Res
Austr. 5468 (1,2

Szabó Dezső
iró-kiárusitott könyvtárából.
A könyv árát Szabó Dezső saját-
kezüleg vezette rá.

50

A IV.
681

[illegible]

Tisztelettel elegyitett szere„
„tetének emlékezett jeléül
ajánlja ezen Könyvet
Körispataky Antal Imre
a Haza Törvényében volt
Tanitojának Árkosi Te„
„kintetes Bentő Ferencz
Urnak. — Vásárhelyen
2a Apr. 1824. —

TRANSSILVANIA.

SIVE

MAGNVS TRANSSILVANIAE

PRINCIPATVS.

OLIM

DACIA MEDITERRANEA

DICTVS.

ORBI NONDVM SATIS COGNITVS:

NVNC MVLTIFARIAM, AT STRICTIM ILLVSTRATVS.

AVCTORE

IOSEPHO BENKÖ

TRANSSILVANO - SICVLO,

PAROCHO KÖZEP - AJTENSI ET NOTARIO VENER. DIOECESEOS ERDÖVIDEKENSIS HELVETICAE CONFESSIONI ADDICTORVM ORDINARIO.

PARS PRIOR SIVE GENERALIS.

TOM. II.

Fron. Benkő de Arkos

VINDOBONAE,

TYPIS IOSEPHI NOB. DE KVRTZBÖK, CAES., REG. AVLAE ILLYR. TYPOGRAPHI ET BIBLIOPOLAE.

MDCCLXXVIII.

Jerifi inst. A/71/432

Boëthius de Consol. Philos. Lib. I. Pros. IV.

Tu (*dicit ad philosophiam*) hanc sententiam Platonis ore sanxisti: beatas fore Respublicas, si eas vel studiosi sapientiæ regerent, vel earum rectores studere sapientiæ contigisset. Tu ejusdem viri ore hanc sapientibus capessendæ Reipublicæ necessariam causam esse monuisti, ne improbis flagitiosisque civibus urbium relicta gubernacula, pestem bonis ac perniciem inferrent.

Bayerische Staatsbibliothek München

PRAEFATIO
AD
LECTOREM.

Tomum secundum Lucubrationum mearum edenti mihi, nulla opus esse, præter eam, quam Tomo primo, pro omnibus tamen, præfixi, præfatione, probè quamvis videam: tribus tamen me loquentem verbis, Lectorem Benevolum mente compositâ toleraturum, non est cur dubitem.

Quincuplicem Transsilvaniæ Administrationem pertractanti, sæpè Archivis Civilibus æquè ac Ecclesiasticis, qualia saltem Barbarorum in Transsilvania populationes reliqua fe-

cerunt, opus mihi fuiſſe, ſapiens quisque intelliget: ut adeò multùm ob iis remotus, vel ſi Operis mei Conſpectui, juxta præfationem Tomi primi in lucem dato, minùs ſatisfecerim; ab æquis Lectoribus cenſoriam animadverſionem vix metuendam putem. Quis enim antehac in hæc argumenta vel glaciem fregit? Amicas verò obſervationes eorum, qui rebus patriis ſtudent, ſi quas in hæc mea Scripta haberent, non modò citra indignationem audirem; ſed quo adcuratior ad reliqua pergerem, per Veredarium Coronenſem quàm lubentiſſimè accepturum me promitto. Gratum autem quàm maximè facerent ii, qui Diplomata in ſcriniis ſuis latentia mecum communicare non dubitarent; ea cumprimis, quæ lucem adfunderent rebus Transſilvanicis, ac Illuſtribus Prænobilibusque Familiis: quasdam namque Proſapias, ut Ill. BETHLENIORUM, TELEKIORUM, *cet*, hac vice, ubi de eruditis egimus, cum nexu genealogico commemoravimus; ſed in ſequentibus, Magnificas Gentes, BÁNFFIANAM, GYULAIANAM, HALLERIANAM, KEMÉNYIANAM, VASIANAM, *cet*, imò etiam complures Nobilium ex equeſtri Ordine Stirpes, ad illuſtrandam Gentis noſtræ Hiſtoriam, deſcripturum me fuſiùs, non ampliùs celo.

Eruditos Transſilvaniæ, quorum ſola nomina commemorare conſtitueram, mutatâ ſubitò cogitatione, tumultuario & rudi labore, cum præcipuis ſuis Scriptis recenſui: at hac in parte, vota Eruditorum expleviſſe *Cl.* P.

ALEX.

ALEX. HORÁNYIUM (ut innuimus *pag.* 331,) gaudemus. Reperient interim Lectores, hoc in Opere meo, Eruditos, quorum Nomina Scriptaque incaſſùm apud alios quærent.

Id unum demùm ſignificandum cenſeo: Status Perſonales Præcipuorum in Transſilvania Dicaſteriorum, ſuis quemque videlicet locis, Operi huic meo, dum ad prelum ſcriberem, inſerueram: ſed ex inadvertentia quadam typis illi exſcripti non ſunt; ideoque hiatus quidam ſeu lacunæ hìc ibique adſunt. Sic, e gr. pag. 25. linea 25, pro titulo Excellentiſſimi Domini D. *Gubernii* (tunc) *Præſidis*, iam verò *Gubernatoris Transſilvaniæ*, commonſtrat *notam* 8^{vam}, quæ nusquam reperitur. At fuerat ea primùm, eratque ibi titulus: *Excellentiſſimus ac Illuſtriſſimus* D. SAMUEL L. B. à BRUCKENTHAL, *Inſignis Ordinis S. Stephani Regis Apoſt. Commendator, Sacr. Cæſar. & Apoſt. Regiarum Majeſt. Statûs Conſiliarius Actualis Intimus, per Magnum Transſilvaniæ Principatum, Partesque eidem reapplicatas COMMISSARIUS Regius, nec non GUBERNII in eodem M. Principatu Regii PRAESES.* Pariter pag. 456, lin. 29 — 32: *D. ANTONIUS SZEREDAI de Sz. Háromság, SS Theol. Dr, Protonotarius Apoſtolicus, Capituli Cathedralis Eccleſiæ Albenſis Transſilvaniæ Præpoſitus Major Infulatus, Excellentiſſimi Illuſtriſſ. ac Reverendiſſimi Domini Epiſcopi Transſilvanienſis in Spiritualibus Vicarius,*

rius , *&* *Causarum Auditor Generalis* , *nec non Inclitæ Tabulæ Regiæ Judiciariæ Prælatus.* Tales aliosque errores, quos irrepsisse contigit, pro non factis & non scriptis reputari peto humillimè. Jam Lector Benevole, vale. *Dabam Közép-Ajtæ.* 1777. 4 *Octobris.*



CONSPECTVS
TOM. II.

III. SEGMENTO.

De Administratione M. Principatûs Transsilvaniæ, quæ est: POLITICA, JVDICIARIA, CAMERALIS, MILITARIS, & ECCLESIASTICA.

Cap. VIII.

I. De *Administratione Politica*, quæ fit:

1. Per Comitia sive Diætas.
2. Cancellariam Regiam Aulicam.
3. Gubernium Regium. Hoc verò habet etiam in & sub se: Cancellariam Provincialem, Commissionem Militarem Mixtam, Commiss. in Contributionalibus, Commiss. Commercialem, Commiss. Sanitatis, & Commissionem Censuræ Librorum.
4. Supremum Commissariatum Provincialem.
5. Per Continuas Tabulas Comitatuum, Districtuum, & Sedium Siculicalium.
6. Per Magistratus Civitatum & Oppidorum.
7. Per Judices & Juratos Pagorum.

Cap. IX.

II. De *Administratione Judiciaria*, quæ (præter Judicatum Pagensem; Continuas Tabulas Comitatuum, Districtuum, Sediumque Siculicalium; item, præter Magistratus Civitatum & Oppidorum; nec non Gubernium Regium) fit:

1. Per Inclitam Tabulam Regiam Judiciariam.
2. Per Forum Productionale, &
3. Forum Dominale.

Cap. X.

III. De *Administratione Camerali* sive *Thesaurariali*.

Huc pertinent:

1. Regius Thesaurariatus. Huic
2. Subordinata Dicasteria; & quidem

α. *Politico-Cameralia*, videlicet: Salis Perceptoratus, Officia Tricesimalia, Provisoratus in Bonis Fiscalibus, Arendæ Perceptoratus in Comitatibus, & Decimarum Administratio in Fundo Regio.

β. *Montanistico-& Monetario-Cameralia*, ut: Judicium Montanisticum, Officium Monetarium, Officium Montanum Zalathnense & Radnense, Auri Campsoratus, Auri Loturæ Provisoratus, Res Ustoria, Officium Rei Silvestris Regium, Provisoratus Dominiorum Montanorum Zalathna & Vajda-Húnyad.

Cap. XI.

IV. De *Statu Militari*.

Cujus fuit Periodus

1ma, sub antiquis Hungariæ Regibus.

2da,

2da, sub Patriis Provinciæ Principibus.
3tia, sub Aug. Leopoldo M. Imperatore.
4ta, sub Aug. Carolo VI, & Sacratissimis Ejus Hæredibus.

Status Militaris Transsilvanici Corpus geminum est. *Unum* complectitur

α. Militiam Campestrem, *Alterum*

β. Limitaneam. Et quidem:

a. Militiam Siculicam; in qua sunt:
1. Inclita Prima Legio Siculica Pedestris Ordinis.
2. I. Secunda Legio Sic. Ped. Ord.

b. Militiam Valachicam; in qua censentur:
1. I. Prima Legio Valachica Ped. Ord.
2. I. Secunda Legio Val. Ped. Ord.

c. Incl. Legionem Equestrem Valach-Siculicam.

Administratio Militaris, specialiter in Legionibus peragitur per Legionum ac Centuriarum Officiales; generaliter autem, per

Supremam Cæsareo-Regiam Armorum Præfecturam; Cui, præter Legiones, subsunt:
1. Delegatum Cæsareo Regium Militare Judicium.
2. Commissio C. R. Authorizata in Re Sanitatis.
3. Forum Superrevisorium mixtum.
4. Commissariatus Bellicus.
5. Officium Rei Militaris Architectonicum.
6. Officium Rei Armamentariæ Bellicum.
7. Præsidiorum Civitatumque Commendatura.

Cap. XII.

V. De *Statu Ecclesiastico*.

Huc pertinent:
Res Sacra & Litteraria.

A.) In Re Sacra consideranda sunt:

I. Qua-

I. Quatuor Receptæ Religiones, puta; Romano-Catholica, Reformata seu Helveticæ Confessionis, Lutherana seu Augustanæ Confessionis, & Vnitaria sive Antitrinitaria.

II. Religiones Toleratæ.

CAP. XIII.

De Religione Romano-Catholica, ejusque

1. Episcopis Albensibus; ac episcopatu quoque Milkoviensi.
2. Capitulo Albensi.
3. Districtibus Archidiaconalibus.
4. Ecclesiis Parochialibus.
5. Ordinibus Religiosis.

CAP. XIV.

De Religione Helveticæ Confessioni addicta, & ejus

1. Ortu, Progressu, ac Confessione.
2. Superintendentibus.
3. Diœcesibus ac earum Senioribus.
4. Verbi Divini Ministris.

CAP. XV.

De Religione Aug. Confessioni addicta, ejusque:

1. Ortu, Progressu & Confessione.
2. Superintendentibus.
3. Capitulis, Decanis & Parochis.

CAP. XVI.

De Religione Vnitaria.

Ejus itaque

1. Ortu, Progressu & Confessione.

2. Su-

2. Superintendentibus.
3. Tractibus & eorum Senioribus.

Cap. XVII.

De Religionibus Toleratis:

1. Græci Ritûs Orientali.
2. Judaica Judæorum.

Cap. XVIII.

B.) De Re Litteraria in Transſilvania.

Apud

1. Romano-Catholicos: Claudiopoli; Albæ-Carolinæ, Areapoli, Csik-Somlyoviæ, Mediæ, Biſtricii, *cet.*
2. Helveticæ Confeſſioni Addictos: Nagy-Enyedini, Claudiopoli, Agropoli *ſive* Marus-Váſárhelyini, Areapoli *ſive* Udvarhelyini, Saxopoli, *&c.*
3. Lutheranos: Cibinii, Coronæ, Schæsburgi, Mediæ, Biſtricii, *cet.*
4. Vnitarios: Claudiopoli, Tordæ, *&c.*
5. Valachos: Balásfalvæ, Coronæ.

Cap. XIX.

De Typographeis Transſilvanicis.

Cap. XX.

De Eruditis Transſilvaniæ, & iis cumprimis, qui editis in lucem Operibus inclaruerunt.

I. Seculo XVI[to]:
1. Romano-Catholici.
2. Helveticæ Confeſſioni Addicti.

3. An-

3. Auguſtanæ Confeſſioni Addicti.

4. Vnitarii.

II. Seculo XVII^mo^:

1. R-Catholici. 2. Helv. Conf. Addicti. 3. Aug. Conf. Addicti. 4. Vnitarii.

III. Seculo XVIII^vo^:

1. Romano-Catholici. 2. Helv. Conf. Addicti. 3. Aug. Conf. Addicti. 4. Vnitarii.

Finis Patris Prioris.

Bayerische
Staatsbibliothek
München



SEGMENTUM III.

DE ADMINISTRATIONE M. PRINCIPATVS TRANSSILVANIAE.

§. CLXXXI.

ADMINISTRATIO Magni Principatûs Transſilvaniæ quintuplex eſt: POLITICA, JVDICIARIA, CAMERALIS, MILITARIS, & ECCLESIASTICA; & hi adminiſtrandi modi totidem Status nuncupantur.

CAPVT VIII.

DE ADMINISTRATIONE POLITICA.

§. CLXXXII.

Administratio Politica fit 1. per *Comitia Publica*. 2. per *Cancellariam Regiam Aulicam*. 3. per *Gubernium Regium*. 4. per *Supremum Commissariatum Provincialem*. 5. per *Continuas Tabulas Comitatuum*, *Districtuum*, & *Sedium Siculicalium*. 6. per *Magistratus Civitatum* & *Oppidorum*. 7. per *Judices* & *Juratos Pagorum*.

§. CLXXXIII.

I. COMITIA sive DIAETAE (Hung. *Orszäg-Gyüléfe*, i. e. Regni Conventus) sunt Publici Conventus Vniversorum Statuum et Ordinum, Trium Nationum M. P. Transsilvaniæ, Partiumque Hungariæ eidem Incorporatarum, ad consultandum & deliberandum in majoribus negotiis, Principis Auctoritate, per Regales Literas, convocatorum.

1. Loca celebrandæ Diætæ olim, pro placito Principum & Statuum, fuêre varia, puta: *Alba-Julia*, *Claudiopolis*, *Torda*, *Bistricium*, *Agropolis*, *Schæs-*

§. 183.

Sebæsburgum, *Media*, *Fagaras*, *Sabeſus* cet, noſtra ætate, in Liberam Regiamque Civitatem Saxonum, *Cibinium*, indici ſolet. Ea Status Transſilvaniæ fuiſſe mente, vt Claudiopoli celebrarentur, innuit *Punctum* I. *Circa politica Reſolutionis* Cæſareo - Regiæ de An. 1742. 20. Jul. (§. 129. *n. b.*) in hæc verba: „ Cur autem pro celebrandis in futurum Diætis, & Gubernio, Tabulaque Noſtra Regia Judiciaria, Claudiopolim reſolvendam Status & Ordines Noſtri petant, rationes & motiva, ſub hac Diæta, uberius examinentur; ac deſuper Vos etiam Status & Ordines Noſtri, ulteriorem informationem, cum opinione Veſtra, Nobis, pro benigna determinatione humillimè ſubmittatis. " Ratio demiſſi Statuum poſtulati in promtu eſt: Cibinii quippe Magnates Hungarorum juris habent nihil, nihil fundi; paucique prope Civitatem Poſſeſſiones, quæ Naturalia ipſis ſuppeditent; Claudiopolis ex adverſò his eorum commoditatibus adfluit. Quia tamen Cibinium, omnium in Transſilvania Vrbium, hoſtilibus quoque temporibus, publicis Principatûs hujus Archivis, hoſpitium promittit ſecurius, pro Supremis Provinciæ Dicaſteriis aptiſſimum cenſitum eſt.

2. Convocatio ad Diætas fit per Regales Literas ad omnes Principatûs Status expediri ſolitas; quas, nomine Regnantis Principis, excelſum Regium Gubernium propalat. Pœna vocatorum, nec comparentium, 200. Florenos importat, *Compil. P. 5. Edict.* 18. Eadem pœna ante diſſolutionem Diætæ digredientes manet. *Ibid.* Conf. *Edict.* 17. & *Part.* 2. *T.* 2. *Art.* 3, 4. Intelligitur ex his, quan-

§.183.

quantum pro Siculis valuerit *Art.* 8. anni 1666. 1. Febr. quo decretum fuerat, *ne Proceres Siculorum, contra antiquam gentis libertatem per Regales ad Comitia invitentur.* Idem An. 1674. 17. Nov. de Oppido Bánfi-Húnyad, Articulo 20^{mo}, ſtatutum fuerat. Sed ex alio reſpectu, conſideratione nempe ſtatûs depauperati.

3. Membra Comitiorum ſunt: 1.) Excelſum Conſilium Regium Guberniale. 2.) Tabula Regia Judiciaria. 3. Supremi Comites Comitatuum, & Supremi Judices Regii Sedium Siculicalium, nec non Officiales Sedium Saxonicarum. 4. Regaliſtæ (h. e. per Regales Litteras vocati) è Statibus Magnatum & Nobilium (è Statu Nobilium An. 1767. Regaliſtæ 30. numerabantur) 5. Deputati ſive Ablegati Comitatuum, Sedium, Liberarum Regiarum Civitatum, Oppidorumque Privilegiatorum.

4. Ipſa celebratio Diætæ fit in duabus Tabulis, in publicæ Principatûs Domûs hypocausti. In *Tabula Superiore*, Excelſum Regium Gubernium conſidet. Ad *Inferiorem Tabulam*, cui Præſidens Statuum (tempore Diætarum huc ſe ex Exc. Gubernio conferens) præſidet, Inclita Tabula Regia Judiciaria, Regaliſtæ & Deputati conveniunt. Summus verò Præſes Diætæ (cum Hæreditarius Princeps extra Provinciam reſideat) eſt *Regius Commiſſarius Plenipotentiarius*; qui Seſſionibus quidem Statuum intereſſe non ſolet, ſed exordio Diætæ, in medio eorum comparens, Propoſitiones Regio-Principales Statibus & Ordini-

bus

§. 183.

bus Principatûs ritu exhibet Sollemni; & mox eadem Solemnitate Comitia dimittit.

5. Negotia in Diætis tractari solita sunt potissimùm: 1. Propositiones Principis. 2. Tributi augendi vel minuendi ratio. 3. Legum latio vel inmutatio. 4. Receptio in Indigenas, Personarum benè de Principe & Patria meritarum; cujus modum, Punct. 19. Resolutionis An. 1742. *circa Politica*, luculenter declarat. 5. Alia Principatûs negotia pu ica; qualia in Articulis Diætalibus ubertim exhibentur. 6. Causæ maximi momenti, de quibus Egregius quondàm *Michaël Váró de Bágyon*, in *Idea Actionum Juridicarum*, sic fatur: „In Curia Inclytorum Statuum & Ordinum, juxta „Benignissimum, non pridem ex hac terra ad „Cœlestem Hæreditatem evocati Augustissimi ac „Gloriosissimi Imperatoris Rescriptum, de An. „1737. Clementissimè indultum, nonnisi Casus „Notorii; nec non Causæ Publicationis Privile„gialium, & subsequentium Contradictionum, „si hæ publicè, seu in Curia Statuum factæ fue„rint; Injuriarum ad Diætam proficiscentibus „aut verò ibi existentibus illatarum; Productio „Bonorum purè Fiscalium; Metalium reambu„lationum, si cui per Mandata, & Proto-No„tarios, vel Capitulares procedere visum non „fuerit, Oculatarum revisionum, si nimirum „materia subversans diversorum Comitatuum, „Sedium, Civitatum & Oppidorum annexa Ter„ritoria involvat, etiamsi litigantes sint privatæ „personæ, de restitutione in integrum contra „aliquam Communitatem Magistratualem, vel „superiorem Jurisdictionis Justiarium motæ, per-

§. 183.

„ tractentur. “ Caußarum Diætalium intuitu, An. 1684. 8. Mart. Articulus (numero 10mus) talis conditus erat: *In caußis Diætalibus, ſi Actor tribus terminis Inctum non proclamaſſet, hic in tertio termino abſolvatur; niſi meritalibus rationibus Actor rem ſuam ſtabiliverit; quod & de Fiſco intellectum eſto.*

6. Modus Deliberationis his abſolvitur partibus: 1. Vtraque vt coaleſcat Tabula, mittuntur de Tabula ad Tabulam Ablegati cum ſignificatione ſententiæ. 2. Vbi ex parte utriusque Tabulæ coalitum eſt, denominantur Ablegati, Opinionem Statuum in ſcriptum redactam, Regio Commiſſario exhibituri. 3. Vt Acta Diætæ Legis vigorem ſortiantur, Adprobatio Principalis Majeſtatis eſt abſolutè neceſſaria. 4. Facta ratificatione Principali, Acta Diætæ in Puncta ſeu Articulos reſoluta, typisque excuſa, ſub Majeſtatis Cæſareo-Regio-Principalis ſubſcriptione & Sigillo, pro authenticis Legibus habentur. Hujus argumenti eſt *Punct.* 3. *Circa Politica*, Reſolutionis Anni 1742, quod ſic legitur: „Articulos Diætales, „ mutua conſenſione cum Commiſſario Noſtro „ Regio Plenipotentiario habita, concipiendi fa„ cultatem, Statibus & Ordinibus Noſtris, ita „ Benignè indulgemus, vt illi Majeſtati Noſtræ, „ ad approbandum & confirmandum ſubmittan„ tur, vim dein & robur ſortituri. “ Huc planè pertinet etiam *Art.* 9. Anni 1744. in *Dilucidationem Articuli Approb. Conſt. P.* 3. *Tit.* 12. latus, ex quo hæc transſcribimus: „Quidquid per „ formam Articulorum concluditur nomine Sta„ tuum, antequam à Sua Majeſtate confirmabi-

tur,

§. 183. ...

„ tur, eousque nec vim Legis induet, nec ſub „ Sigillis & ſubſcriptionibus diſtribuentur, ſed in „ Archivo ſolummodò & Protocollo manebit „ eventualiter; dum verò poſt Confirmationem „ Principis prelo ſubjecti Articuli ſubſcriptione & „ Sigillo Principis roborati erunt, Depoſitio ad „ ſpecificata loca (*Comitatus nempe, Sedes & Fiſ-* „ *cum*) juxta ſenſum Articuli obſervanda veniet.“ Ex Articulis Diætalibus, (qui ad tempora Imperii Auguſtiſſimi quondàm CAROLI VI. Cæſaris, linguâ hungarica (jam latinâ) exarabantur) Codices Legum noſtrarum compilati ſunt. Scilicet, Liber *Approbatarum Conſtitutionum*, ex Articulis poſt Transſilvaniæ abs Hungaria Separationem (§. 102.) usque ad An. 1653. conditis; Codex verò *Compilatarum Conſtitutionum*, ab An. 1653. ad An. 1669. conceptis; adornati, & poſtmodùm usque in hunc diem ab Imperantibus adprobati & confirmati ſunt; paucis Articulorum in iis contentorum Diætaliter inmutatis. Articuli ab An. 1669. emanati, nonnullis *Novellares* fortè audiunt: at *Novellares Articuli* illi propriè ſunt, qui poſt An. 1722. lucem publicam viderunt. Articulis Diætarum, ſæpiùs nos, vt debita rebus fides conciliaretur, in texendo hoc opere, uſos eſſe, ſingulæ fermè paginæ teſtabuntur.

7. Plenis malorum iliade temporibus patriorum Principum, §. 102. *ſeqq.* Status & Ordines hujus Provinciæ cogebantur, qui Inſurrectionum æquè ac Contributionum mutabili nimium methodo adminiſtrari ſolitarum ratione, ſepiùs, bis terque per annum, Diætis vacarent: jam pacata hac ætate, rebusque Provinciæ in juſtum ordinem

J. 183.

compofitis, rariùs Comitia convocantur. Sed fatis hucusque in Diætis verfati, ad Excelfam Cancellariam Aulicam nos conferamus.

8. Ante tamen quàm è Comitiis, univerforum nempe Statuum, & Ordinum Congregatione egrederemur, de Supremis etiam Magni Principatûs Officiis quædam hic commemoranda habemus.

Erant fcilicet fub Nationalibus quoque Principibus fuftinendo eorum Honori, & Dignitati Aulæ infervientia eminentioris gradûs Officia, quæ tamen, ubi Regimini alia fucceffit facies, vel intercidiffe, vel prorfus defiiffe jam videbantur; at Regnans Auguftiffima Princeps MARIA THERESIA ut Nobilitatis Transfilvanicæ in fubminiftrandis Bellorum fubfidiis, quæ pro Regia fua Dignitate, & Provinciis tuendis invicto animo, & memorabili fortitudine geffit, teftatam fidem, zelum, & promptitudinem hac etiam ratione remuneratam redderet, Honores illos in conftituendis feptem Supremis Transfilvaniæ Officiis inftauravit, immò longè fplendidiores fecit.

Refcriptum quo fummus hic favor per totum Principatum folemni promulgatione notus omnibus reddebatur, fequentis erat tenoris:

MARIA THERESIA, Divina favente Clementia Romanorum Imperatrix, Regina Hungariæ Bohemiæque, Archidux Auftriæ, Dux Lotharingiæ & Barri, Magna Dux Hetruriæ, Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ & Carnioliæ, Princeps Transfilvaniæ, Comes Flandriæ, Tyrolis, Goritiæ & Siculorum.

Illu-

§. 183.

Illuſtres, Reverende, Spectabiles, Magnifici, Generoſi, Egregii, Prudentes item & Circumſpecti, Fideles noſtri ſincere nobis dilecti! Charum illum, & hæreditarium Principatum noſtrum inde à ſuſcepto ejus Regimine Cordi nobis ſemper fuiſſe, tot in ejus ſalutem, & conſervationem directa ſtudia, ac ſollicitudines noſtræ, & quæ hinc tam in Boni Publici, quam Privatorum rationes jugiter emanârunt, ſolatia teſtantur; non his materni affectus teneritudo vel exhauriri voluit, vel finiri; verùm inter modernas etiam graviſſimi Belli curas, ultrà ſe, & eò ferri ſuſtinuit, ut quo in Magnatum, Equeſtriſque Ordinis non conſervandum modò, ſed amplificandum quoque decus eſſemus animo, palam fieret nova Benignitatis noſtræ declaratione. Hinc reſolvimus Clementiſſimè, vt, quemadmodum in aliis id Regnis, & Ditionibus noſtris honorificè obtineret, in eodem quoque Principatu noſtro nonnulla, & quidem ſeptem Suprema Principatûs Transſilvaniæ Officia nuncupanda erigantur, & introducantur, adeoque Supremus Principatus Aulæ Præfectus; Supremi item Cubiculariorum, Agaſonum, Pincernarum, Dapiferorum, Venatorum & Janitorum Magiſtri conſtituantur. Quo verò Inſtituti hujus & ratio Vobis, & proveniens inde honos magis innoteſcat, declaramus porrò & quidem:

Primo: Supremos hos Principatûs Officiales è diſtinctis Magnatum Familiis nominaturæ ſumus; quum verò Equeſtrem quoque Principatus illius Ordinem in huius ornamenti venire communionem velimus,

§. 183.

Secundò: Ex eodem Equeſtri Ordine totidem conſtituemus Vice Officiales hoc titulo condecorandos.

Tertio: Præfati ſupremi & Vice Officiales Principatus præter caſus præſtandi homagii nulla obibunt ſervitia, niſi Nos, aut Succeſſores noſtri occaſione ſolemnis alicujus actûs illos in eodem Principatu noſtro ad obſequium Perſonæ Principis ordinare vellemus, aut vellent. Cæterum

Quartò: Nulli Principali Commiſſario aut Plenipotentiario aliqua præſentare ſervitia obligabuntur, hoc unico excepto, ſi talis è Regio Archiducali Domo noſtra eſſet. Demùm

Quintò: Quod ad horum Supremorum & Vice Officialium præcedentiam adtinet: eorumdem intuitu, dum in actuali functione erunt, idem, ac in aliis Ditionibus noſtris Germanicis viget, obſervabitur ordo; extra functionem verò ſecundùm uſum in aliis Ditionibus noſtris introductum nullum alium, quàm, qui alias ipſis competeret, occupabunt locum, inter ſe tamen utriusque Statûs Officiales prædemonſtratum habebunt Ordinem obſervandum.

Vobis proinde Gubernio noſtro Regio Clementer mandamus, vt benigniſſimam hanc Reſolutionem noſtram in illo Principatu noſtro ſuô modô publicetis. Quibus in reliquo Gratia noſtra Cæſareo Regia, ac Principali benigne propenſæ manemus. Datum in Civitate noſtra Vienna Auſtriæ die Decima octava Menſis Junii. Anno Domini Milleſimo Septingenteſimo Sexageſimo Secundo, Regnorum verò noſtrorum Vigeſimo Secundo.

§. CLXXXIV.

§. 184.

§. CLXXXIV.

II. Excelſa CANCELLARIA Regia TRANSSILVANICO AVLICA jugiter penes Auguſtam Aulam Cæſareo Regiam Viennæ Auſtriæ reſidet. Ordinarium Præſidem habet Aulæ per Transſilvaniam Cancellarium, & componitur ex Conſiliariis Aulicis, & Referendariis, Secretariis & Regiſtratore, qui ſimul Taxator eſt, Expeditore, Protocolliſta, Concipiſtis, Regiſtrantibus, & Cancelliſtis ſeu Juratis Notariis. Habet etiam Janitorem, qui & [redacted] Rolliſta eſt, Calefactorem, & Portarium. In Conſilio ejus, omnia Magnum Transſilvaniæ Principatum tangentia negotia publica, & privata tractantur.

1. Cancellariæ Aulicæ (§. 186. n. 1.) reſidentia Viennæ eſt. Domum ejus 82000. Florenis ex Caſſa Provinciali emtam & inſtauratam, ex eademque Caſſa reparandam eſſe, docet *Reſcriptum* An. 1760, 25. *Jul.*

2. Tractat omnia Principatûs negotia non tantum Politica, Juridica, & Religioſa directè, ſed per correſpondentias Militaria etiam, & Cameralia. Mandata Principis quæ ad Transſilvaniam diriguntur, aliasque Reſolutiones expedit & promovet.

§.184. N. 1.

vet. Privilegialia quidem & Reſcripta cum ſubſcriptione Suæ Majeſtatis, Cancellarii & Referendarii, Decreta autem Cancellario tantum & Referendario ſubſcribentibus; & hæc verò, & illa munit Sigillo Regio, quod duplex habet, majus & minus, utriusque autem Conſervator idem eſt, qui Archivi, Regiſtrator nempe.

3. Nullam hæc Cancellaria in expediendis publicis negotiis, ſeu cum Hungaricâ, ſeu Auſtriacâ, nexum habet; & à ſolo Principe dependet. Ita ſcilicet impetratum eſt à D. Leopoldo, in *Reſolutionibus Alvintzianis.* (§. 124. *n. c.*) Puncto 22do, ſic indulgente: „ Exiſtimaſſet quidem Sacratiſſima „ Cæſarea Regiaque Majeſtas, cum Cancellaria „ Aulica Hungarica, Expeditionem Tranſylvanicam in Aula, avito jure ita potuiſſe reuniri, „ vt particulare tamen Archivum & Regiſtratura, vt & diſtincti pro hac Expeditione Referendarii & Secretarii inſtituerentur: cum tamen Status & hoc deprecati ſint, malintque „ ſeparatam prorſus ab Hungarica Cancellaria Expeditionem inſtitui; ita & in hoc Sacr. Cæſ. Regiaque Majeſtas illis gratificari Clementiſſimè „ reſolvit, à Gubernio Suo Tranſylvanico poſtulatura opinionem, ex quot & qualibus perſonis, cum qua pro ſingulis Inſtructione conſtitui convenientiùs poſſit.

4. Faciunt ad illuſtrationem *Cancellariarum*, verba Ill. *Alexii Cſerei*, qui *Praxis Procuratoriæ*, Pag. 30. & 31, ſic fatur: „ Olim in Tranſylvania erat „ duplex *Cancellaria*; & etiam nunc eſt. Vna „ erat propria ipſius Principis, cui præerat *Can-*

„ *cella-*

S. 184.

„ *cellarius*; ubi Donationes, Commiſſiones, & alia
„ miſſilia Mandata, ſub Sigillo Principis authen-
„ tico Aulico expediri ſolebant, vocabaturque
„ *Cancellaria Aulica*, & *Major*. Altera erat penes
„ Protonotarios; quorum Cancelliſtæ, ſunt ju-
„ rati Tabulæ Regiæ Judiciariæ Notarii. Hæc
„ communiter vocatur *Protonotarialis* & *Minor*.
„ Vbi omnia Mandata Juridica, Faſſiones item
„ quævis, Contradictiones & Retractationes &c.
„ ſub Nomine, Sigilloque Principis authentico
„ & judiciali expediebantur, prout etiam nunc
„ expediuntur. Prior, mutato rerum ſtatu, vi-
„ detur non nihil eſſe minutata, & quaſi diviſa
„ in *Aulicam* & *Provincialem*. Aulica eſt Viennæ
„ ad latus Principis; Provincialis eſt in Provincia,
„ ad latus Regio-Principalis Gubernii: unde etiam
„ Gubernialis nominatur.

5. Poſtquam ad mandatum Aug. Imp. Leopoldi, pro denominandis Cancellariæ in Aula Sua conſtituendæ Perſonis, An. 1693., 20. Maji datum, à Gubernio Regio, pro Vice-Cancellario in Aula reſidente, *D. Petrus Alvintzi* præſentatus fuiſſet; at, ob rationem, quòd Supremus in Transſilvania Cancellarius, *D. Nicolaus de Bethlen* ex Helveticæ Confeſſioni Addictis (quorum è numero etiam *D. Alvintzius* erat) eſſet, ſtudio paritatis inter Romano-Catholicos & H. C. Addictos in ejusmodi promotionibus obſervandæ, de idoneo Subjecto R-Catholico mandatum denuò, 15ta Jan. 1694., ad Idem Gubernium Transſilvanicum Cæſar dediſſet: tum in publicis Provinciæ Comitiis, ad diem 25. Apr. ejusdem anni Claudiopolim indictis, & uſque d. 6^{tum} Apr. celebratis, in V-Cancella-

S. 184.

cellarium electus eſt *Ill. D. Samuel Kálnoki de Körös-patak*, hac conditione, ut in Patria officio & titulo Magiſtri Protonotarii, in Aula verò V-Cancellarii titulo utatur; poſt unius autem anni revolutionem, alter binorum Protonotariorum in Aulicum ejus officium ſuccedat, & ſic porrò; ut tres Protonotarii Transſilvanici, alternis annuis (quæ tamen annua functio, ut moleſta, non viguit) vicibus V-Cancellariatum in Aula gerant. Decretum Comitiorum hanc in rem lingvâ hungaricâ concinnatum iſtud eſt: „ *Külömb-külömb-*
„ *féle ezen* materia *Körül forgott nehézſégek hoſzſzas*
„ *és hathatós* Diſcurſu*sok által* moder*áltatván*,
„ communicatis univerſorum Dnor. SS. & Or-
„ dinum Trium Nationum Regni hujus Trans-
„ ſilvaniæ & Partium Hungariæ eidem annexarum
„ deſuper conſiliis: *Méltoſágos Gubernátor és Fö-Can-*
„ *cellárius Uramék elött külön-külön ſzemély ſzerént* re-
„ præſen*tált* Vox*oknak nagyobb réſze által*, *Körös-pa-*
„ *taki KÁLNOKI SÁMUEL Uram válaſztatott* Vi-
„ ce-Cancellarius*nak*, ily modálitasokkal: Hogy
„ ez *Hazában az Itélö-Meſterségnek Tiſztit 's* Ti-
„ tulus*ſát viselje*, *de az* Cancellariatus*ságnak semmi*
„ *tekinteti és* titulus*sa* Ö *Kegyelmét ne illeſse*, *'s ne*
„ *is* prætend*álya*, *hanem ott fenn az Felséges Udvar-*
„ *ban míg* fung*ál*, Vice-Cancellarius*i*, Titulus*sal*
„ *éljen*, *az eleibe adandó* Inſtructio *ſzerént*, *egy*
„ *eſztendö forgása alatt*; poſt unius autem anni
„ revolutionem, *az más két Itélö-Mester Atyánk-*
„ *fiai közzül edgyik ki-váltván* Ö *Kegyelmét*, *az*
„ fung*álvon ott fenn ismét eſztendeig*, *eleiben adan-*
„ *dó* Inſtructio*ja ſzerént*, *és élyen az* Vice-Can-
„ cellarius*i Titulussal is*; *az ki penig ott fenn* fun
„ *gált*, *és eſztendö múlva ki-váltatván haza jö*, *az*

„ *itt*

§.184.

„ *itt honn ülyön az Itélö-Mester Székiben*, *és az Ité-* „ *lö - Mesterségnek Tisztit* '*s* Titulus*sát tartozó kö-* „ *telessége szerént viselje* ; & sic seriatim *az három* „ *Itélö - Mesterek között forogjon az Bétsi* Vice-Can- „ cellariatus*ságnak Tiszti és Hivatalya*, *elejekben ad-* „ *andó* Instructio*jok szerént*. „ Sic, præsentatus & confirmatus est Ill. Sam. Kálnoki. Eousque autem nomine Residentis & Secretarii in Aula fungebatur, *I. D. Andr. Szentkereszti*, qui, post constitutionem Cancellariæ, ex parte Helv. Conf. Addictorum, Referendarius creatus est.

6. En Catalogum Illustrissimorum Cancellariorum Transsilvanico - Aulicorum : 1.) Comes *Samuel Kálnoki* de Köröspatak, antea Trium Sedium Siculicalium Sepsi, Kézdi ac Orbai, ut & Miklósvár, Supr. Iudex Regius. 2.) Com. *Sigismundus Kornis*, qui postmodùm An. 1713. Gubernator Transsilvaniæ creatus est. 3.) Lib. Baro *Joan. Jos. Bornemisza*; antea Consiliarius Transsilvanicus Intimus, & Sedium Siculicalium Csik, Gyergyó ac Kászon Supr. Judex Regius. 4.) Com, *Ladislaus Giúlafi*, Statûs Actualis Intimus Consiliarius & Cancellarius; antea Sedis Siculicalis Udvarhely Supr. Judex Regius. Factus erat Cancell. 1741., mortuus Viennæ 1754., 26. Sept. 5.) Com. *Gabriel de Bethlen*, Camerarius &c. successit 1755.

§. CLXXXV.

III. EXCELSVM REGIVM Incliti Magni Principatûs Transsilvaniæ GV-

BER-

§. 185. [illegible]

BERNIVM, five *Excelſum Conſilium Regium Guberniale*, Supremum Provinciale Dicaſterium, auſpiciis Magni Leopoldi Imperatoris & Transſilvaniæ Principis An. 1693. inſtitutum, Cibiniique reſidens, ſub Præſide *Tit.* Regio GVBERNATORE, & XII. (ordinarie) *Tit.* GVBERNIALIBVS CONSILIARIIS Actualibus Intimis, Res Politicas, Oeconomicas, & Religioſas, Hæreditarii Principis Nomine, Suprema in toto Principatu auctoritate tractat.

1. *Michaële* Seniore *Apafi* Principatûs clavum tenente, præter Ordinarios Aulæ ejus Conſiliarios, novem è tribus Receptis Nationibus An. 1680. 12. Jan. denominati fuerant, qui turbida ea tempeſtate Principi Conſiliis adeſſent, & inſtar Generalis Diætæ res Patriæ tractarent. *Deputati* Domini (*Deputatus Urak*) nominabantur. An. 1685. 24. Oct. Art. 2. Penes Principem & Conſilium ad Res dirigendas plena denuò auctoritate 40. Proceres delegantur, & ſub Sigillis Nationum aſſecurantur, vt quidquid pro Bono Patriæ concluſerint, aut fecerint, ratum eſto: hæc eorum auctoritas, An. 1686. 12. Apr. Art. 4to iterum confirmatur Anno verò 1690. 15. Apr. Principe Apafio morte maturâ vitam terminante; ſequente tandem, GEORGIVS BÁNFI, Conſenſu D. Leopoldi Imperatoris, in GVBERNATOREM

Trans-

§.185.

Transsilvaniæ electus est, 10. Januarii; simulque statutum, *vt donec Cæsarea Resolutio, super confirmatione electorum & præsentatorum Officialium advenerit, interim tres è Consiliariis sint continuo ad latus Principis Electi Michaëlis junioris Apafi.* Circa idem tempus, Dicasterium, novo nomine, erectum est, quod *Consilium Statûs*, nuncupatum legimus. Anno proinde 1691. 1. Aug. conduntur Articuli, sub titulo: *Nos CONSILIUM STATVS Regni Transsilvaniæ & Partium eidem annexarum;* ac Subscriptionibus Georgii Bánfi, Præsidentis & duorum Protonotariorum. Non diu hi tituli durarunt; sed sublato tam Deputationis, quàm Consilii Statûs nomine, vocabulo convenientissimo, Supremum Provinciæ Dicasterium, sub nomine: *Gubernium Regium Transsylvaniæ*, An. 1693. erectum est. Instructiones eodem anno, pro Gubernatore Punctis 10. cum adnexâ Juramenti Formula, & pro Consiliariis Punctis 10. cum inserta Juris jurandi Formula, Viennæ Austriæ, 29. Apr. exaratæ. Hæc fuere initia Exc. Regii Transsilvanici Gubernii. Paucis elapsis annis, Gubernium inquietabatur, turbis à Francisco Rákóczi excitatis, (§. 126.) non mediocriter. Gubernium namque, cum Statibus & Ordinibus Trium Transsilvaniæ Nationum, ad Generalem Diætam in diem 15tum Nov. An. 1703. Cibinium convocatis, Principatum Francisci Rákóczi invalidaverat, (Testatur Instrumentum, quod possidemus) vnde odia & persecutiones à Rákoczianis in Gubernium fidei suæ tenacissimum. Cibinii igitur adversis temporibus Gubernium sibi hospitium invenit. Decedentibus è vita Gubernatore & nonnullis Consiliariis, suppleri, vt conveniebat, per

§. 185. 1213.

dierum injuriam, defectus haud potuit: verùm, quoad pacatiora redirent, DEPVTATIO 16. perſonis Procerum conſtans, pro Regimine adflictæ Provinciæ, juſſu Cæſareo denuò inſtituta eſt. Et aliud mox acceſſit malum; Peſte enim Cibinium penetrante, *Proceres Deputati*, in pagum Saxonicum Diſznód, indeque Nagy-Sinkinum, mox Mediam in Civitatem, ſe receperunt. Extincta denique lue, & facta Cæſaream Domum inter & Rákóczianos optata pace (§. 127.) Gubernium Regium à Glorioſiſſimo Imperatore & Principe Carolo VI reſtauratum eſt, nitetque hodiedum ſplendore auctoritatis ſibi tunc attributæ.

2. Sedes Exc. R. Gubernii Albæ-Juliæ primitùs fixa erat, indulgente D. Leopoldo, Puncto 21mo *Reſolutionum Alvintzianarum*, quod hujus eſt tenoris: „Annuit Clementiſſimè (*Sacratiſſima Majeſtas*) vt „Gubernium Tranſylvanicum Albæ-Juliæ reſi„deat, cui majori ejusdem ſecuritati de Præſidio „militari, quantum opus fuerit, proſpici de„mandabit.“ Sed ob procellas Rákóczianas, vt diximus, Cibinium translata tandem fuit, nec ampliùs inde amota. *Confer Punct.* 11. *Reſolut. An.* 1742. *circa Pol.*

3. Gubernium Regium Titulo EXCELSI, ad modum *Conſilii Regii Locumtenentialis* Hungariæ gaudet; antea *Inclytum* vocatum videtur quidem ex *Punct.* 28. *Reſolutionum Anni* 1742. *Circa Politica*, ſic habente: „Quâ Titulaturâ Gubernium No„ſtrum Regium, tam in Correſpondentiis Dica„ſteriorum, quam relationibus majorum Offi„cialium Provinciæ nuncupandum ſit, inveni-

mus

§. 185. 17. 2.

„ mus eidem Titulum Inclyti convenire, velut „ id etiam in Aulicis Dicasteriis observatur, *cet*: " fuit tamen, & ante annum eum, *Excelsum* dictum.

4. Auctoritas Excelsi Regii Gubernii per universum M. Principatum Transsilvaniæ est summa, nec ab ullo præterquàm à Principe dependet; Cui (quia remotiùs à Principatu residet) negotia Principatûs per scripta, per Informationes, & Repræsentationes; Regnans Princeps è converso per Rescripta Voluntatem suam Gubernio indicat. In activitate Excelsi hujus Dicasterii positum est (vt docet Rescriptum Regium Anni 1760. 25. Julii) Juridica, Religiosa, Publica, Oeconomica, Politica, Exactoralia, Commissariatica, Cameralia & reliqua in commodum Altissimi Servitii Principalis & Provinciæ, exactissimè procurare. Hac tamen activitate Guberniali ex auctoritate inferiorum Dicasteriorum detrahitur nihil; quin imò ex ea hæc auctoritatem mutuantur suam. Excelsum namque Gubernium, Juridica, exceptis causis ad recuperationem Bonorum fiscalium titulo inscriptionis possessorum penes *Appr. Const. P, 1. T. 8. Art. 2.* moveri solitis, nonnullisque aliis ejusdem cognitioni per expressum, reservatis, non aliter, quàm per viam appellationis è Foris Judiciariis inferioribus promota dijudicat; Politica autem & Oeconomica, Religiosâ, ceteraque, Principis Nomine suis competentiis tractanda committit; Tribunalia & officia dirigit, corrigenda in iis corrigit: querelas cujuslibet vel privati & infimæ sortis benignè audit, medelasque adhibet; Relationes rerum ponderosiorum Augustæ Aulæ submit-

S. 185. 22. 3.

tit; Regnantis denique Principis Decreta & Altiſſimas Ordinationes Viennâ reſcriptas, per *Litteras Gubernialcs Commiſſionales* ſeorſim ad omnium Circulorum Tabulas & præcipuos Magiſtratus, ſub Sigillo Regio perſcribit; viciſſim ab his Relationes & Informationes recipit. Sciendum verò eſt, ſicut è Foris Judiciariis inferioribus pedaneis ad Inclitam Tabulam Regiam Judiciariam, ita & inde ad Exc. R. Gubernium viam adpellationis patere, nec denique hinc viam appellationis ad Auguſtam Aulam Cæſareo-Regiam præcluſam eſſe. Sed operæ pretium exiſtimamus, Articulum Diætalem 2dum anni 1757., aut potius 1755.) certa ſui parte, huc adduxiſſe; cujus verba ſunt: „ Quemadmodum è Foris Judiciariis in-
„ ferioribus pedaneis, ita etiam è Tabula Regia
„ in Transſilvania Judiciaria, omnes Cauſæ in
„ merito (demtis Criminalibus in facto delicti de-
„ prehenſis, & quæ Juramento ſolius Actoris per
„ adverſam Partem ſubmittuntur) juxta præſcri-
„ ptum Legis, & receptas Patriæ Conſvetudines,
„ in præſentiam Regii Gubernii, vigore Ordi-
„ nationis Regiæ, Fori Reviſorii, in Forma Apo-
„ ſtolorum (*i. e. Libellorum dimiſſoriorum* ſive Lit-
„ terarum transmiſſionalium) cum plenitudine
„ Actorum transmittantur. E Superioribus verò
„ dicti Principatûs Transſilvaniæ Dicaſteriis ac
„ Tribunalibus Judiciariis, Regio videlicet Gu-
„ bernio è præſentia Statuum & Ordinum Trium
„ Nationum, ac Foro Productionali dictum Re-
„ gium Gubernium, Tabulam Regiam & Su-
„ premos Officiales, ad mentem *Compilat. Con-*
„ *ſtit. Part. 5. Edicti* 27. complectente, in *Reali-*
„ *bus*, mobilibus & immobilibus, juxta ſuperius

citati

§. 185.

„ citati Regii Reſcripti (*anni nempe* 1754. 14.
„ *Jun.*) tenorem, & Reſolutionis (Cæſareo-Regiæ
„ de Anno 1693. d. 24. M. Maji Emanatæ Ar-
„ ticulum 4. in eodem Reſcripto Regio allega-
„ tum, ter mille aureorum in Capitali Summa
„ adæquantes vel ſuperantes; ita etiam in *Perſo-*
„ *nalibus*, ſignanter: Criminis læſæ Majeſtatis,
„ Perduellionis, Proditionis, & Statum ac tran-
„ quillitatem publicam reſpicientes Cauſæ, abs-
„ que omni difficultate, penes Appellationem,
„ pro Altiſſima Suæ Majeſtatis Determinatione ac
„ Deciſione, ſubmittantur. Reliquæ verò Cau-
„ ſæ, tam reales, quàm perſonales, è præme-
„ moratis Superioribus Foris Judiciariis, per viam
„ Appellationis non transmittuntur: Recurſus ta-
„ tamen ad Thronum Suæ Majeſtatis, non ex
„ dictamine Legis, ſed ex benigna Regia annuen-
„ tia, omnibus patet, *cet.* Quo autem modo
Recurſus ad Auguſtiſſimam Aulam fiat, declara-
tur *Puncto* 13tio *Circa Politica*, *Reſolutionum anni*
1742., his verbis adornato: „ Privatis privata
„ duntaxat ſua procurantibus, ad Aulam Noſtram,
„ dum voluerint venire, liberum erit; Commu-
„ nitatibus verò per Ordinarios Juratos Agentes
„ & Advocatos Sua agendi via aliunde præcluſa
„ non fuit, nec in poſterum præcludetur: Sin
„ verò Communitates ſuos Deputatos mittere,
„ aut in publicis Officiis conſtituti ipſimet venire
„ vellent; ad mentem Reſolutionum Cæſareo-
„ Regiarum, non niſi petitâ & obtentâ à Nobis
„ facultate huc ſe conferre poterunt. "

5. *Tit.* Conſiliarii Guberniales, è Tribus hujus Principatûs Nationibus Receptis (§. 143.) Religio-

 nique

S. 185.

nique Catholicæ, Helveticæ & Auguſtanæ addi. ctis deliguntur. Benigniſſimam, circa hoc, Regnantis Principis Reſolutionem, intuitu Inclitæ Nationis Siculicæ, teſtatur *Punct. 2. quoad Siculos, Reſolutionum* toties dictarum *Anni* 1742. cujus verbalis continentia hæc eſt: „ Siculicæ hujus Na- „ tionis, ex qua nullus inpræſentiarum eſſet in „ Gubernii noſtri Conſilio, qui in Repartitioni- „ bus Contributionalis Quanti, aliisque rebus, „ ejusdem Nationis curam ageret, benignam ha- „ bebimus rationem, vt ad mentem Diploma- „ tis, & Reſolutionum Cæſareo-Regiarum, Le- „ gumque Patriarum, tam in Gubernio Noſtro „ Regio, vtpote Supremo Provinciali Dicaſterio „ Perſonam Noſtram ibidem repræſentante, „ quàm Tabula Noſtra Regia Judiciaria, capa- „ cia & benemerita Subjecta, ex eadem Natio- „ ne, congruo numero habeantur. “

6. Præſidis & Conſiliariorum obligationem Gubernialium, præter memoratas ſuperiùs Inſtructiones Leopoldinas, Reſcripta Regia exhibent, itemque Reſolutiones. Noſtri non eſt inſtituti omnia ea referre, en tamen unum eorum alterumque; *Reſolutionis Anni* 1742., *Circa Jurisdictionalia*, Punctum 12mum, ſic ſonat: „ Annuimus porrò „ maternè petito-Veſtro, vt vacante Gubernato- „ ris Regii Officio, aut ipſo Gubernatore, per „ morbum, vel alia ratione impedito, aut ab- „ ſente, Conſiliarius Noſter Gubernialis, Seſſio- „ ne & voto primus, in Conſilio Gubernii No- „ ſtri præſideat; qui informationes Nobis ſub- „ mittendas, aliasque Expeditiones Guberniales, „ cum reſolvendo Cancellario Noſtro Gubernia-

„ li

§. 185.

„ li ſubſcribet.“ Vi Reſcripti Regii An. 1760. 25. Jul. abſente R. Gubernatore, Epiſcopus, aut Theſaurarius, aut Statuum Præſidens habet Præſidium. Idem Reſcriptum, hæc in rem noſtram confert: „ Quo itaque hoc cum Perſonali, Sum-
„ mum Servitium noſtrum Principatûs illius pu-
„ blicum, & Privatorum negotia, absque inter-
„ ruptione, tanto exactius & celerius promove-
„ antur, decernimus poſitivè, vt cum Operatio-
„ nes Veſtræ nullas admittant ferias, ſublata pe-
„ nitùs Claſſici Gubernii nomenclatione, idem
„ Gubernium in Claſſes diviſum deinceps nulla-
„ tenus operetur, ſed pleno ſemper numero,
„ in loco Veſtræ reſidentiæ perſiſtat. Admitti-
„ mus nihilominus, vt Gubernator uni alterive,
„ ſive præmentium privatorum negotiorum cauſa
„ ſive ad curanda Oeconomica, tempore præ-
„ primis Meſſis & Vindemiarum, ad breve tem-
„ pus abinde exeundi licentiam impertiri poſſit;
„ ea tamen cum cautela & circumſpectione, ne
„ ad tractanda & perficienda negotia occurren-
„ tia, juſto pauciores remanere, & abinde Ser-
„ vitium Noſtrum ac Publicum morari, tanto
„ minus pati, contingat.“

7. Gubernatoris & Præſidii Gubernialis Honorem, á prima Excelſi Dicaſterii erectione obtinuerunt: 1.) Illuſtr. Dominus Comes GEORGIVS BÁNFFI *de Loſontz*, An. 1691. 10. Jan. creatus, & An. 1707. 15. Nov. ætatis ſuæ 47., Cibinii ad Cœleſtem hæreditatem evocatus. Numisma Exequiale, memoriam retinens, videatur apud *Köleſerium* in Auraria Romano-Dacica, pag. 149. 2.) Ill. ac Excell. D. Comes SIGISMVNDVS

§. 185.

KORNIS *de Göntz-Ruſzka*, An. 1713. denominatus, An. 1731. 15. Dec. Claudiopoli diem obiit Supremum. 3.) Ill. ac Ex. D. C. JOANNES HALLER de Hallerſtein, An. 1734. dignitatem Gubernatoris obtinuit, quam A. 1756. 18. Oct. ætatis 64. Cibinii, cum vitâ, poſuit. 4.) Ill. ac Exc. D. Comes LADISLAVS KEMÉNY, Lib. Baro de Magyar-Gyerö-Monoſtor, An. 1758 6. Jul. nominatus, ac A. 1759. 27. Aug. Cibinii, publicis in Comitiis, Sellæ curruli ſollemniter impoſitus eſt: An. 1762. Officium reſignavit, hancque ab AVGVSTISSIMA Reſolutionem obtinuit:

„ Spectabilis ac Magnifice Comes
„ Fidelis Nobis ſincerè Dilecte!

„ Demiſſas preces Tuas, quibus propter adverſam valetudinem, & debilitatas vires, Te Officio Gubernatoris in Tranſylvania Regii (cui hactenus è Benignitate Noſtra præfuiſti) ritè amplius defungi haud poſſe expoſuiſti; & hinc qua Servus, diutinis ſervitiis, affecta valetudine, & ætate feſſus, ad quietem mitti humillimè ſupplicaſti, in benignam ſumentes conſiderationem; hanc Officii Tui reſignationem à Te ipſomet factam clementer acceptamus, atque vni Fidelium, qui longo à tempore Summi Principis, Patriæ & Privatorum commoda geſſit, ſervitiorum intuitu, ad dies vitæ quatuor millium quotennes Rhenenſes Florenos, è Fundo, vnde hactenus Salarium Tuum percepiſti, Penſionis nomine Tibi ritè pendendos, Clementer reſolvimus, vlteriora quoque Benignitatis Noſtræ Cæſareo-Regiæ erga Te Symbola edituræ. Cui in reliquo, Gratia &

„ Cle-

§. 185.

„ Clementia Nostra Cæsareo-Regia ac Principa-
„ li, jugiter propensæ manemus. Datum Vien-
„ næ Austriæ, 7. Maji 1762.

MARIA THERESIA
m. pr.

Gabriel Comes de Bethlen.
m. pr.

An. 1774. ad finem vergente, 8. Octobr. in Possessione *Bükkös*, diem clausit. Ab An. 1762., ad An. 1771. Exc. R. Gubernii Præsidium tenuerunt *Tit.* Domini Supremi per Inclitum M. Transsilvaniæ Principatum Cæsareo Regiorum Armorum Præfecti, videlicet, 5.) Ill. ac Exc. D. Lib. Baro ADOLPHVS NICOLAVS à BVCCOW §. 205. *n.* 2. 6) Ill. ac Exc. D. Comes ANDREAS ab HADIK §. 205. *n.* 2. 7.) Ill. ac Exc. Dominus S. Rom. Imp. Comes CAROLVS O-DONELL §. 205. *n.* 2. 8.) An. 1771. Augustissimæ Clementiâ, Exc. ac Ill. D. MARIA JOSEPHVS S. R. I. *Comes* ab AVERSPERG, *Tit. Tit.* Gubernator Regius constitutus est An. 1774. ad Gubernationem Ducatûs Carnioliæ evocatus, viam ad Præsidium aperuit. 9.) Excellentissimo Domino SAMVELI L. B. *de* BRVCKENTHAL Regio Commissario Plenipotentiario *Vid. n.* 8.

§. CLXXXVI.

Habet autem Supremum hoc Provinciæ Dicasterium, pro tractandis, & curandis expeditionibus suis peculiarem

§. 186.

Cancellariam, quæ *Regia Provincialis*, & quod Gubernii eſſet, etiam *Gubernialis* nuncupatur, moderatur illam ſecundum Gubernii Præſidem, Cancellarius Regius Provincialis, qui ſimul Conſiliarius Gubernialis eſt cum Secretariis, Regiſtratoribus, & Expeditore. *Conf.* §. 184. *n.* 4.

1. Tempore inſtituti Gubernii An. 1693. duos Aug. M. LEOPOLDVS Cancellarios, Supremum vl. & Vice-Cancellarium creaverat; quorum alter Viennæ, in Tranſſilvania alter reſideret; & ille publicas privataſque Statuum Tranſſilvanicorum cauſas, ſtatutis diebus, ad Audentiam Cæſareo-Regiam & principalem referret. Sequentibus igitur annis Supremum plerumque Cancellarium in Tranſſilvania, Vice-Cancellarium Viennæ manſiſſe publica nos Acta condocent. At pro reſervata Sibi Poteſtate Auguſta Aula, eam Cancellariatûs diſtinctionem ſuſtulit, inque Provinciæ commodum, duas diſtinctas Cancellarias, Aulicam nempe, & Provincialem clementer ordinavit.

2. Cancellarii, Cancellariæque Reg. Provincialis cognitionem ſummariam, exhibet nobis *Inſtructio Cæſareo-Regia*, An. 1742. 19. *Dec.* pro Cancellario Regio exarata, cujus Præambulum ſic decurrit: „ Quandoquidem Nos ad demiſſam univerſorum Fidelium Noſtrorum Statuum & Ordinum hæreditarii Nobis Tranſſilvaniæ Principatûs Inſtantiam, Officium Cancellarii à pluribus

jam

„ jam annis in illo Principatu vacans, ea lege
„ reſtaurare dignatæ ſumus, vt in poſterum, is
„ non *Supremus*, velut antea, ſed *Cancellarius* No-
„ ſter *Regius Provincialis Tranſylvanicus* nominan-
„ dus ſit: hinc nova etiam Inſtructione, eo quod
„ Supremi Cancellarii Inſtructio, etiam ad Can-
„ cellariæ Noſtræ Aulicæ Tranſylvanicæ activita-
„ tem extendebatur, eundem Cancellarium No-
„ ſtrum Provincialem Tranſylvanicum, pro ulte-
„ riori ſua directione, munire neceſſarium judi-
„ cavimus. „ Ipſa Inſtructio 13. Punctis abſol-
vitur.

3. Inclita Cancellaria R. Provincialis, habet juratos Notarios ſive Actuales Cancelliſtas (vulgò Cancelliſtæ Guberniales nuncupantur) trium Claſſium, & quælibet Claſſis 6. Perſonas (ordinariè quidem) complectitur. Sunt, præter eos, Jurati Notarii plus minus 30. non Salario quidem, ſed cenſu quartieriali gaudentes. Hæ Cancelliſtarum Claſſes, omnes Commiſſiones aliasque Expeditiones Guberniales, ex concepto ſtilo, in Domo Cancellariæ publica, deſcribunt. Deſcripta taliter Mandata, Reſolutiones, Commiſſiones, & Publicationes, à Præſide Gubernii Regii, & Secretario expediente ſubſcribuntur, & ad Circulorum Principatûs Tabulas ac Magiſtratus transmittuntur. Perferuntur verò partim per Poſtas ordinarias, (qua illis iter eſt) partim per Curſores Provinciales, quibus Supremus Poſtarum Provincialium Magiſter præeſt. Sunt quoque Advocati ad Exc. Regium Gubernium.

§. CLXXXVII.

§.187.

§. CLXXXVII.

Et quia inter alia muneris Supremo huic Dicaſterio incumbentis objecta habetur etiam Harmonia & Cointelligentiæ Provincialium cum Militaribus fovendæ ſtudium, Cura Contributionis, & rationum ſuper ea exigendarum, necnon promotio Commercii, & conſervatio Sanitatis, attentio item in libros, ut non, niſi probi vel imprimantur in Principatu, vel aliunde adlati diſſeminentur; quodlibet horum per diſtinctum Perſonale ſub ipſius inſpectione & ſuperattendentia pertractatur.

1. Id, quod inter Provinciales, & Militares vincula Harmoniæ & Cointelligentiæ tuetur, *Commiſſio militaris mixta* appellatur. Præſes ejus eſt unus è Conſiliariis Gubernialibus, Statûs Actualis Intimi Conſiliarii dignitate condecoratus; adjunctos hic habet unum Conſiliarium Gubernialem, unum Generalem, unum Officialem Stabalem, & Commiſſarium Bellicum quà Aſſeſſores, quibus circumſtantiis ita poſcentibus alter etiam Officialis Stabalis adjungi ſolet, duos item Actuarios, alterum ex parte Gubernii, alterum ex parte ſupremæ Armorum Præfecturæ. Commiſſio hæc in ſeſſionibus ſuis intra quindenam, vel etiam quavis hebdomada ſemel, aut pro occurentium rerum exigentia ſæpius celebrandis tractat omnia tam limitaneos, quam reliquum Magno Principatui illocatum militem concernentia, qualicunque modò cum re Provinciali

con-

§. 187.

connexa negotia, ſuper relatis, & concluſis Protocolla confici curat, & hæc per Actuarios ſubſcripta de qualibet Seſſione; ex parte quidem Politici per Gubernium Cancellariæ Transſilvanico Aulicæ, ex parte Militaris autem Conſilio Aulæ Bellico ſubmittit.

2. Quod Contributionis curam gerit, *Commiſſio in Contributionalibus* vocatur, ſtudetque ſub Præſidio unius Conſiliarii Gubernialis promotioni *Rei tributariæ, & Reviſioni Rationum.* Quorum quidem objectorum omni meliori modò tractandorum causâ, ſpeciale Officium ſub nomine *Exactoratus Provincialis* erectum habetur, conſtituuntque illud, Exactor, Vice Exactor, quatuor Reviſores, octo Calculatores, ſeptem Ingroſſiſtæ ſeu Cancelliſtæ cum uno Officii ſervo, & uno Calefactore. Subdividitur in quatuor Reviſoratus, quorum alter per totius anni decurſum unicè Reviſioni Rationum incumbit.

Juvat hic parumper ad prima Exactoratus Provincialis initia regredi. Officium iſtud veluti Servitio Regio, & Communi Bono valde neceſſarium, erigendum reſolverat Auguſtiſſimus Imperator CAROLVS Sextus, glorioſe autem Regnans Majeſtas paternum perfectura Inſtitutum, ita illud per benignam 4. Auguſti An. 1742. editam Reſolutionem conſtituendum voluit, ut ex uno ſupremo Exactore, tribus Adjunctis, ſeu Exactoratus Officialibus, uno Protocolliſta, tribus Cancelliſtis, & uno Officii ſervo Conſtaret. Fecit initium operationibus ſub Præſidio Viri poſt funera etiam omni laude digniſſimi Michaëlis S. R. J. Comitis Teleki de Szék; duravit in hac forma

§. 187.

ma ad Annum 1763. tunc circumſtantiis rerum ita poſcentibus reductum ejus Perſonale extitit, & alia cenſendarum Rationum media ſubſtituta, donec modernus, de quo paulo ante meminimus, per benignum 6. Decembris Anni 1771. exaratum Reſcriptum Stabilitus Exactoratus fuiſſet.

3. Quod negotia Commercialia tractat, *Commiſſio Commercialis* audit, præſidetque & illi Conſiliarius Gubernialis, & objecta cum Aſſiſtentibus partim è Gubernio, partim è Theſaurariatu deputatis in deliberationem ſumit, ducente calamum uno Actuario, Protocolla autem, & alias expeditiones duobus Cancelliſtis in mundum redigentibus.

4. Perſonale curandæ Sanitati præpoſitum *Commiſſionis Sanitatis* nomen habet, & dirigitur per ipſiusmet Gubernii Præſidem cum interventu Aſſeſſorum è Statu Provinciali, Militari, & Camerali adhibitorum, aſſidente etiam Protomedico, & ea, quæ calamo excipienda ſunt, uno Actuario & aliquot Cancelliſtis Curantibus. Subſunt autem huic Commiſſioni Directores, & Chirurgi Contumaciarum ad *Rubram Turrim*, *Törtsvár*, *Tömös*, *Bodza*, *Ojtoz*, *Gyimes*, *Piritske*, *Radna* & *Volkány* una cum ſervitoribus ad easdem conſtitutis.

5. Quod libris attendit, *Commiſſio Cenſuræ librorum* dicitur, facitque ſua ſub Præſidio Epiſcopi Transſilvanienſis, cui adjuncti ſunt quatuor Conſiliarii Gubernialis & nonnulli è ſtatu Eccleſiaſtico.

vid. pag 533.

CLXXXVIII.

§. CLXXXVIII.

IV. SUPREMUS COMMISSARIATUS PROVINCIALIS adminiſtrationem Contributionis, dislocationem Militiæ, cæteraque his adnexa negotia curanda habet.

1. Præſes ejus, *Supremi Commiſſarii Provincialis* titulo inſignitus, unus ex *Tit.* Conſiliariis Gubernialibus eſſe ſolet, cujus ſub Directione, *Cancellaria Commiſſarialis*, & *Caſſa Regia Provincialis* Cibinii fixæ ſunt. Caſſæ præſunt Generalis Perceptor cum Contrarotulario, & influunt in illam omnes pecuniæ, quæ per Contribuentes ſeu nomine quanti Militaris, ſeu pro Dicaſteriorum, aliorumque Officialium, & ſervitorum Salariis; cæteriſque Provinciæ expenſis dependitur. Habet autem Caſſa hæc unum etiam Scribam; in Cancellaria Perſonali verò ſunt Concipiſta, & ſex in tribus Claſſibus Cancelliſtæ. Eſt præterea unus Officii Aſſiſtens, qui Seſſionibus ſub Præſidio Supremi Commiſſarii celebrari ſolitis una cum adjunctis Commiſſariis dum præſentes Cibinii ſunt, & Generali Perceptore intereſſe ſolet. Dum hæc ſcribimus, Supremi Commiſſarii Provincialis Officio fungitur Excellentiſſimus, & Illuſtriſſimus Dominus Comes JOANNES NEMES de Hidvégh; Sacratiſſimæ ſuæ Majeſtatis Camerarius & Statûs actualis Intimus Conſiliarius.

2. Vniverſa Transſilvania, cum Partibus Hungariæ, intuitu rerum Commiſſarialium, in quatuor Diſtrictus, *Cibinienſem* nempe, *Coronenſem*, *Claudio*-

poli-

politanum & *Devensem*, dividitur; quatuor proinde in iisdem sunt *Adjuncti Commissarii Provinciales*, qui suis in Circulis resident quidem, at quoties occasio poscit, Cibinii comparent, & à Supr. Commissario Provinciali dependent. E Cassa Provinciali id, quod Militiæ competit Cassæ Bellicæ transponit, ut docet punctum 5. An. 1759. Quod autem ad exsolvenda Salaria, aliosque fines convertendum est, æque secundùm statum erogationum sibi præfixum, & assignationes Gubernii iis, quibus debetur, exsolvit.

3. Ambitu quatuor Districtuum Commissarialium, Regii Perceptores Comitatuum, Sedium, quarundam Civitatum, & Oppidorum Taxalium, (quæ non ad Comitatum aut Sedem, sed seorsim Contributionem administrare §. 139. *n.* 1. *e.* diximus) 67. numerantur. Sunt enim in Comitatu *Albensi* Regii Perceptores, numero 3, *Kolosensi* 2, *Kükü llensi* 2, *Thordensi* 2, *Dobocensi* 2, *Hunyadensi* 3, Comitatu *Szólnok Interiori* 2, *Szólnok Mediocri* 2, *Krasznensi* 1, *Zarándensi* 1, Districtu *Fagaras* 1, *Kövár* 1; *Sede* Siculicali *Udvarhely* 2, *Három-Szék* 2, *Csík* 2, *Marus* 2, *Aranyas* 1; *Sede* Saxonicali *Cibiniensi* 3, *Coronensi* 3, *Schæsburgensi* 2, *Mediensi* 2, *Rupensi* 2, *Nagy-Sinkensi* 2, *Sabesiensi* 1, *Mercuriensi* 1, *Ujegyháziensi* 1, *Bistritziensi* 2, *Szász-Vårosiensi* 1. In Civitate *Claudiopolitana* 1, *Maros-Vásárhely* 1. In Oppidis: *Albæ-Carolinæ* 1, *Vizaknæ* 1, *Armenopoli* 1, *Illyefalvæ* 1, *Sepsi-Szent-Györgyini* 1, *Abrud-Bányæ* 1, *Udvarhelyini* 1, *Elisabethapoli* 1, *Hátszeg* 1, *Vajda-Húnyad* 1, *Csík-Szeredæ* 1, *Kézdi-Vásárhely* 1, *Bereczk* 1; in Pago *Olá-Falu* 1. Regii

hi

§. 188.

hi Perceptores, collectum Oppidatim & Vicatim per communitatum Judices eorumque Adjunctos, sibique adlatum Tributum, *Generali Perceptori Cassæ Provincialis* administrant; qui itidem è Cassa Provinciali in Cassam Cæsareo-Regioque-Bellicam subministrat; vt docet *Punctum* 5. *Regulamenti Militaris de An.* 1759.

4. Commissariatui Provinciali incumbit, fidelem Quanti Contributionalis administrationem curare, & ad loca, si quæ fortè negligentiùs administrarent, Brachium militare à Commissariatu Bellico indultum, pro exactione expedire. 2. Militiam Campestrem, mutuo cum Bellico Commissariatu consilio, in Stativa dislocare, §. 207. *n.* 1. 3. Intertentionem Militiæ procurare §. *eodem* 4. Computum generalem, cum Statu Militari, instituere §. *eodem.* 5. Sunt & alia his similia, Incliti hujus Commissariatûs Officia.

§. CLXXXIX.

V. Inclitæ TABULÆ CONTINUÆ Comitatuum, Districtuum & Sedium Siculicalium, sunt Collegia omnium seorsim Circulorum, An. 1764. instituta, quæ Præside, Adsessoribus & Subalternis nisa, res Politicas & Oeconomicas secundum institutionem sibi præscriptam, Judicialia vero ad Legum dictamen tractant.

§. 189.

1. Ante A. 1764, varia pro variis temporibus fuit Legum & Jurium, tam in Comitatibus, quàm Sedibus Siculicalibus, adminiſtratio. Qualiter ſe in his Comitatus Hungarorum habuerint, ætate vetuſtiore, ex Articulis Diætalibus, quæ ſuperant, & Legum Codicibus aliquid lucis adfunditur. A. 1594. 2. Febr. Albæ Juliæ definitum: *Intuitu Minorum Potentiarum, ſingulis Quindenis, Comites Sedes celebrent, & ſi cauſæ appellentur, in Tabulam* Regiam *transmittant*. A. 1623. 14. Maji Albæ Juliæ: *Comites Menſe quovis Sedrias celebrent in Comitatibus* A. 1678. 1. Nov. Art. 4: *Sedes Comitatuum in Albenſi quater, i. e. per utrumque Proceſſum bis, in reliquis ter, annuatim celebrentur: ſic & Fora inter Receptas Religiones Spiritualia.* Articulo 7mo: *Omnes Sedriæ Partiales tollantur, & cauſæ illic ſuſcitatæ ad Generalem* Sedriam *transferantur; ibi, ubi ſubſtiterunt, citra novam Citationem continuandæ.* A. 1680. 18. Maji, Art. 6: *In Comitatibus Sedes Partiales denuò celebrari jubentur, ſed ea lege, vt ſolùm ad Flor. 60. inapellabiliter, ad Fl.* 100. *appellabiliter; in debitis, pignoribus, rebusque aliis ad hunc valorem reducendis judicare poſſint. Sedes ante Quindenam publicetur. Septem Aſſeſſores, cum Supremis Judicibus Nobilium ſi conveniant, ſufficiat.* A. 1691. 1. Aug. Art. 6: *Sedriæ Partiales, quæ antea ſuſpenſæ erant per Articulos, rurſùs continuari, & cauſæ ibi deciſæ exequi jubentur.* A. 1696. 19. Oct. Art. 8: *Ad Sedrias quasvis Generales, quas Supremus Officialis indixerit, univerſi Magnates, Aſſeſſores & Nobiles Circuli congregentur: Magnates quidem ſub pœna Flor. 12, Aſſeſſores Flor. 6, Nobiles Flor. 3, per Supremum Officialem de facto è Bonis eorum exſequenda.* Judica ex his, L. B. quæ Ar-

ticuli

ticuli, de Sedriis perhibent, vt se Judicia olim habuerint. Progressu verò temporis, sub sacratissimis Austriacis Principibus, rebus pacatioribus, cursus Juris sæpe antea Classicis impeditus, viam nactus est promtiorem, Sedriæque quadruplices in Comitatibus obtinuerunt. *Prima* dicebatur FILIALIS SEDRIA, lingvâ hungaricâ *Ispány Széki* nuncupata; quam Jus non scriptum i. e. consvetudo, induxit, & inde à Principatûs fundatione adprobavit. Fuit Forum Ignobilium, in quo nempe Inctorum (*in causam attractorum*) sive *Reorum* vices personæ Ignobiles sustinuerunt, & omnes malefactores ignobilis conditionis, quos Domini Terrestres legitimè prosecuti non fuerint (§. 178. *n.* 3.) ad hoc Judicium tracti fuerunt. *Actor* autem Nobilis æquè ac Ignobilis esse potuit. Nomenclationem habuit, quod Partialis & Filialis Sedriæ, instar Filiarum Inclitæ Generalis Sedriæ habitæ fuerint. *Præses* hujus Fori fuit Supremus Judex Nobilium; *Judices* Jurati Assessores Comitatûs cum aliis Nobilibus tum præsentibus, colligente in Judicio eorum vota Jurato Notario. Causæ in hoc Foro tractari solitæ fuere Criminales æque ac Civiles. Licet enim Jus Patrium facultatem Dominis terrestribus indulserit, in acta Personarum Ignobilium, non tantum civiliter, sed etiam pœna sangvinis, ratione jurisdictionis Dominalis animadvertendi, *Approb. P.* 3. *T.* 47. *Art.* 19. *Compil. P.* 3. *T.* 11. *Art.* 1. Conf. §. 178. *n.* 3. Si tamen Domini terrestres, præ Magistratu Comitatensi jure prioritatis gaudentes, obligationi suæ defuerint; tunc Magistratus Comitatensis, ratione Officii sui, habuit facultatem, tam contra malefactores à Dominis Terrestribus legi-

timè non proſecutos, per Actoratum Vice-Comitis, ad hoc Judicium tractos, tam etiam debitores, ac aliter quoque obligatos Ignobiles, Civiliter juxtâ ac criminaliter in judicio procedendi. Appellatio, ſive Cauſæ provocatio, per Partem ſuccumbentem ex hoc Foro ad Sedriam Generalem fieri potuit. *Secunda Sedria* fuit *Particularis* nuncupata, quam uſus vocavit *Partialem*, in qua tam agentes, quàm patientes ſoli Nobiles exſtiterunt. Facultas hujus ad illas tantum cauſas fuit reſtricta, quarum objectum circa ſummam centum duntaxat florenorum occupabatur, ſive ea ſumma præciſè in pecunia, ſive in aliis rebus mobilibus, vel in æſtimatione alicujus rei vel actûs tantundem valente conſtiterit. Judices, & Judiciorum in hoc Foro Præſides, iidem, qui in Filiali. *Cfr. Alexii Cſerei Praxis Procur. p.* 73. Cauſantes, ex hac Sedria, Cauſas ſexaginta florenos excedentes, poterant per viam appellationis, ad Generalem Sedem Judiciariam illius Comitatûs provocare. *Tertia* nominata fuit *Generalis Sedria*, quæ ceterarum Sedriarum Mater velut exſtitit, *primò* ratione Præſidis & Judicum: hìc enim utriusque Proceſſûs (ſi v. l. in duos fuerit diviſus ille Comitatus) Supremi- & Vice-Judices Nobilium, vt & Vice-Comites, cum ceteris Aſſeſſoribus & Notario, tota denique univerſitate Dominorum Comitum, Baronum & Nobilium Incliti Comitatûs, ſub Præſidio Supremi Comitis adeſſe debuêre; ita, vt absque Supremo Comite, tanquam totius Univerſitatis capite, & ambobus Judicibus Nobilium, celebrari ordinariè non potuerit. Sed ne quidem Vice-Comitibus, niſi forte Boni publici ratio exigeret, hinc abeſſe licuit; ſed in Partiali

Sede

§. 189.

Sede ſolùm Supremus Judex Nobilium, cum ſeptem ad minimum ſuiProceſſûs juratis aſſeſſoribus juris dicendi cauſâ præſedit. *Secundò*, ratione Auctoritatis, cum tam ratione Mobilium, quàm Immobilium rerum & Bonorum, ac Jurium poſſeſſionariorum motis in cauſis illimitata & indefinita judicandi facultate gaviſa fuerit, omnesque illos Caſus, quorum Jus Patrium *Approbat. P.* 4. *T.* 1. *Art.* 11. meminit judicio ſuo ſubſtratos tenuerit. *Tertio*, ratione Juris Gladii, quod Particulàris Sedria non, Filialis autem in ſolos Ignobiles ſceleratos habuit: Generalis verò Sedria etiam in Nobilitaris conditionis facinoroſos gladium ſtrinxit; exceptis pœnam Notæ infidelitatis merentibus. *Quartò*, ratione Acquiſitionis Bonorum Immobilium, etiam aviticorum perennali jure abalienatorum, vt & Concambii, quorum intuitu hic agere prætendentibus poteſtas fuit; excepto eo, ſi fortè in aliqua cauſa, Privilegii productio requireretur: talis enim cauſa directe ad Inclitam Tabulam Regiam ſpectabat, *Approb. P.* 4. *T.* 1. *Art.* 12. *Vid. Mich. Várô Idea. Generalis Sedria*, ante erectionem Continuarum Tabularum, ſemel in anno, at tum tribus integris diebus, celebrabatur, ſæpeque Commiſſiones e Collegio Nobilium delegebantur, quæ extra Prætorium publici Conventûs, cauſas quasdam deciderent; ſicque plurium pertractationi rerum conſuleretur. *Sedria Partialis* bis annuatim, ſed ſolo die pro uno termino admiſſo, habita fuit. *Filialis Sedria* ter quolibet anno convocabatur, unoque terminus quilibet die abſolvebatur: at totus dies, horulâ pro prandio excepta, Iudiciis dicabatur. Interim, rebus urgentibus, plures quoque Sedrias fuiſſe celebra-

tas, ſcias velim. Objecta recenſitarum trium Sedriarum, jam ad Tabulas Continuas tranſierunt. Fuit autem & *quarta*, *Marchalis Sedria* (vernaculâ *Girás Szék*) nominata quoties publica Comitatuum neceſſitas, & novorum Officialium electio poſcebat, convocata, & à toto Nobilium Circuli cœtu, ſub Præſidio Supremi Comitis, celebrata: hæc hodieque obtinet, nec ejus objecta in Continuas Tabulas translata ſunt: demtis nonnullis negotiis. *Hæc de Comitatuum Judiciis.* Fuêre inter Siculos quoque *V. Sedriæ*, *Quindenæ* dictæ, ex quibus ad *Generalem Sedriam* Sedis cujuslibet Appellatio fiebat; in *Vice Sedria* enim Vice-Judex Regius, in *Generali* vero Supremus Judex Regius præſidebat; jam Tabulæ Continuæ earum curas peragunt; *Sede Marcali*, more Comitatuum, vim habente. Sunt autem Sedis Marcalis objecta; Deputatos ad Diætam eligere, Inſtructionibusque circa Publica Gravamina & Credentionalibus inſtruere; de Rebus Lege forſan non definitis, vel in arbitrio utentium relictis, ſalutares Conſtitutiones in gremio ſui, & inter ſe, valituras, ſtatuere; ad vacantias item Officiorum aut membrorum Collegii, quà Actualium, qua Supernumerariorum, candidare, & nomina Candidatorum, Excelſo Gubernio Regio ſubmittere; denique, ſi quid Juſſu Sacratiſſ. Principis, vel Gubernii, modo extraordinario tractari ibidem mandaretur, ſuſcipere & exſequi. Et, ſi quæ ſimilia. In antiqua *Lege Conſvetudinaria* Siculorum Puncto 6^to^ *de Jurisdictione Wajvodali*, legimus, hunc morem viguiſſe: *Denique dum quis ad Tabulam* (Regiam) *appellavit, per Nuncium res controverſa delata eſt, & ubi cauſa differretur, ſeries Actorum*

§. 159.

rum à Nuncio relata, gratis Protocollo inſcribi debuit; ne duplici onere partes graventur. Hinc factum eſt, vt Puncto 6to Comitiorum Schæsburgenſium, An. 1562. 20. Jun. celebratorum, de *Siculis* concluſum fuerit: *Appellatio, vt ante fiebat, non ad Sedem Siculorum Nationalem,* (quæ ſcilicet ſupra generales Sedrias jus ſuum exercuit) *ſed immediatè ad Principis præſentiam; nec per Nuncios referentes, qui rerum ſæpè obliviſcuntur; ſed per Literas Transmiſſionales fieri debeat.*

2. Viderunt Status Transſilvaniæ, perſpexit Benignè & Sereniſſimus Transſilvaniæ Princeps D. D. CAROLUS VI. periodicis Sedriis Juſtitiæ adminiſtrationem remorari: differri tamen correctio debuit, & Altiſſimis THERESIANIS auſpiciis reſervari. Et adfulſit dies, quo Clementiſſima Princeps & Domina Noſtra MARIA THERESIA, pro jugi & Materna, quam in hæreditarii charique SIBI Principatûs Transſilvaniæ felicitatem continuò gerit, ſollicitudine, expeditum ac continuum Juris Proceſſum inſtitueret. Clementiſſimo proinde Juſſu Sacratiſſimæ SUÆ Majeſtatis, A. 1762. Excelſum Gubernium Regium COMMISSIONEM in Re Juſtitiaria ordinavit, vt Ea, omnia & ſingula impedimenta, quæ Curſum Juris & Adminiſtrationem Juſtitiæ remorarentur, ſedulò indaget, conſignet, & media correctionis ſuggerat, concinnatumque debitè opus Excelſo Regio Gubernio, pro altiſſima Regio-Principali determinatione repræſentaturo, ſubmittat. PRÆSES Inclitæ ejus Commiſſionis exſtitit Illuſtr. *D. Adamus Comes Nemes* de Hidvég, Tabulæ Regiæ Judiciariæ Præſes. Commembra Commiſſionis ſive

COMMISSARII fuêre: Ill. D. *Samuel L. Baro Szent-Kereſzti* de Zágon, Tabulæ Regiæ Actualis Adſeſſor, & in Commiſſione Ordinatus Protonotarius; *D. Ladislaus Szombatfalvi*, in Commiſſione Ordinatus Protonotarius; *D. Alexius Geréb* de Árapataka, ex parte Comitatuum Commiſſarius; *D. Joan. Simon* de Bibartzfalva, incl. Comitatuum Albenſis & Húnyadenſis Juratus Aſſeſſor, & ex parte Comitatuum Commiſſarius: *D. Andr. Bándi* de Sz. Udvarhely, Tabulæ Regiæ Actualis Aſſeſſor, & à parte Inclitæ Nationis Siculicæ Commiſſarius; *D. Joannes Siménfalvi*, ex parte Incl. Nat. Sic. Commiſſ; *D. Martinus Cloſius*. Senator Coronenſis, & ex parte Nat. Saxonicæ Commiſſarius; *D. Joan. Zalmen*, Senator Schæsburgenſis & ex p. Nat. Sax. Commiſſ. Simul atque Inclita Commiſſio Cibinii conſedit, *nihil inter Hungaros æquè ac Siculos, adeo Curſus Cauſarum, promotionemque Servitii, quà Regii, quà Publici, impediviſſe obſervavit, quam defectum* Judicii *ubique Continui; nimiam Aſſeſſorum ſine delectu frequentiam; magnam Officialium & inter ſe, & à Supremo Officiali, dum quisque domi ſuæ, locis diſſitis, Officio vacat, diſtantiam; inde moras cointelligentiæ; Sedriarum denique inanes, poſt An.* 1678. *ſubdiviſiones, & ex eo natas graduum Appellationis multiplicationes. Eveniſſeque palam, ut nihil in ſervitio accuratum dici, Lites verò nec integrâ Cauſantis ætate terminari queant.* (Verba ſunt incl. Commiſſionis) Quibus perpenſis, de inducendo *Continuo Judicio*, & Statu ejus Perſonali, Incl. Commiſſio, *haud ſecus, quàm Exc. Regium Gubernium, in Reflexionibus ad Projecta Circulorum, altiori Judicio definierat, voto ſuo ſtatuendum cenſuit, ut multiplices Sedes iſtæ Judiciariæ,*

Gene-

9.159.

Generalis, *Partialis*, *Filialis* & *Vice*-(Sic *Particulares* in Sedibus Siculicis Sedriæ, quod ſub Præſidio Vice Judicis Regii celebratæ ſint, nuncupatæ) inquam, *Vice-Sedria, dictæ*, *penitùs tollantur*; *Collegium Officiolatûs ubique Continuum ex* 12. *Aſſeſſoribus Actualibus* (*quo* & *Vice-Officiales*, *Notarii ac Perceptores* Regii *includi debeant*) & 12. *Aſſeſſoribus Supernumerariis*, perſoniſque ſubalternis, ſub Præſidio Supremi Officialis *Conſtituatur*. Eadem Commiſſio, alia etiam Forûm Judiciariorum Impedimenta ſapienter inveſtigavit, & Medelas monſtravit, integrumque Opus ſuum, An. 1763. ſubſcriptum ac Sigillis munitum, Excelſo Regio Gubernio, ſub Titulo: „PRÆVIUM OPUS „*Commiſſionis in Re Juſticiaria ordinatæ de tollendis* „*Impedimentis PROCESSUUM JURIS*, *per Circulos Comitatuum*, *Diſtrictuum* & *Siculorum obſervatis*, *Juſſu Excelſi Gubernii Regii concinnatum*, „*Cibinii*, 1763." ſubmiſit. Opus hoc, in Excelſo Regio Gubernio, reviſum, tandemque 12ma Mart. ejusdem anni, ad Auguſtam Aulam miſſum eſt. Auguſtiſſima igitur Princeps eodem 1763. anno, *Inclitas Tabulas Continuas Judiciarias*, de quibus ſermonem ſerimus, erexit; quæ, ſequente anno exorto, muniis ſuis inſtiterunt. Cauſæ, ex eo tempore, in Judiciis Continuis, (Terminis 5. in Incl. Tabula Regia) ſex Terminis inceſſanter tractantur. Terminus *primus* eſt, à Feſto S. Martini Epiſcopi ad Dominicam ultimam Adventûs Domini; 2^{dus}, à Dominica prima Epiphaniarum, ad Dom. Quadrageſimæ; 3^{tius}, à Dom. Invocavit, uſque ad Domin. Judica; 4^{tus}, à Dom. Miſerere, ad Dom. Pentecoſtes; 5^{tus}, à Dom. Trinitatis, ad Feſtum Viſitationis B. M.

§. 189.

Virginis; 6^tus, à Feſto S. Regis Stephani, ad Feſt. S. Michaëlis Archangeli.

3. Tabularum Continuarum, non is exacte, qui Circulorum, eſt numerus. Comitatus quippe *Albenſis*, quia totum, quàm longus eſt, Principatum diſſecat, latiùsque, quàm omnes Sedes Saxonicales protenditur, duos Supremos Comites ab An. 1774., & duas Tabulas, ab ipſa erectione Anni 1764., Superiorem nempe & inferiorem, à ſitu loci dictas, habet. Sedes connexæ Siculicales, *Sepſi*, *Kézdi* & *Orbai*, vulgò *Háromſzék*, i. e. *Tres Sedes* dictæ, in unam coaluerunt Tabulam. Sedes verò *Miklósvár*, tribus prioribus unita; nec non *Filiales* Sedes *Bardotz* & *Gyergyó*, quia ſilvoſo tractu, à Matre ſua ſejunguntur, peculiares impetrarunt Tabulas. Numerantur igitur Continuæ per M. P. Transſilvaniæ Tabulæ 21, è quibus COMITATUUM ſunt: *Albenſes* geminæ, *Küküllöenſis*, *Thordenſis*, *Coloſienſis*, *Dobocenſis*, *Szólnokenſis Interior*, *Szólnokenſis Mediocris*, *Húnyadenſis*, *Kraſznenſis*, *Zarándenſis*; *DISTRICTUUMQUE Fagaras* & *Kövár*. Vid. §. 145. *SEDIUM SICULICALIUM* ſunt: *Udvarhelyenſis*, *Bardotzenſis*, *Háromſzékienſis*, *Miklósvárienſis*. *Cſikenſis*, *Gyergyoenſis*, *Maruſienſis*, & *Aranyaſenſis*. §. 148. Prætoria verò in commodioribus Circulorum locis conſtituta, non tamen ubique fixa, ſunt.

4. Quod attinet Statum Perſonalem Tabularum: *Præſides* earum in *Comitatibus* ſunt *Supremi Comites*; duarum Albenſium unus erat Præſes usque ad An. 1774. quo alter etiam Supr. Comes Principali Indultu

§. 189.

dultu creatus eſt. In Sedibus Siculicalibus *Supremi Judices Regii*, ita quidem, ut Præſes Udvarhelyenſis Bardotzenſi quoque, Három-Székenſis Miklosvarienſi, Cſikenſis denique Gyergyoenſi præſit. *Aſſeſſores* tam Actuales, quàm Supernumerarii ubique 12. ordinarie numerantur, præter Miklósvár, Bardotz & Gyergyó Sedes, in quibus 9. ſolùm Actuales, & Supernumerararii pauciores ſunt. Numerus *Actualium*, in Comitatibus, Supremos Judlium, (h. e. *Judices Nobilium*) Regios Perceptores, Vice-Comites, Ordinarios & Vice-Notarios quoque includit. Aſſeſſores *Supernumerarii*, Expeditionibus Inquiſitionum & Citationum; celebrandis Sedriis Dominalibus, (§. 178. *n.* 3.) & ſicubi Judicium Continuum, legali de cauſa, mancitate laboraret, ſupplendo iſti Judicio deſerviant: ad ſupplendas autem mancitates, ſinguli ſeriatim, & non ex Præſidis arbitrio, erga diurnum 50. xferorum, vacari debeant, ne arbitrio ad Judicatum applicatio, vel ei, qui negligitur, præjudicio; vel ſinceræ Juſtitiæ impedimento ſit futura; ſtatutum eſt, juxta opinionem citatæ Commiſſionis. Vice-Officialium Valedictiones & Reſtaurationes, aut ex iisdem, aut novis, biennio exacto (ordinariè) fiunt. Pertinent inſuper ad Tabulas Continuas ſubalterni, quales ſunt: Scribæ Tabulares, Advocati Fiſcales, & Procuratores jurati, Chyrurgi, Janitores; nec non Vice-Judices Nobilium in Comitatibus, Dulones in Sedibus Siculicis. Salaria, ſingula Statûs Perſonalis Membra, è Caſſa Provinciali accipiunt; quæ in concreto, per Principatum Transſilvaniæ & partes eidem applicatas, ſummam Flor. Rhenenſium, plus minus, 80000, faci-

§. 189.

faciunt. *Conf.* §. 140. *n. b.* Eſt autem ſpeciatim, Salarium Supremi Comitis, Flor. Rhen. 1200. Supremi Judicis Nobilium Fl. Rh. 300. Totidem & Perceptoris Regii; Vice-Comitis 250. Totidem etiam Ordinarii Notarii; Vice-Notarii 200, Adſeſſoris Actualis 200; at in Sedibus Miklósvár, Bardotz & Gyergyó 100. Rhenenſes. *Conf.* §. 57. *n.* 4.

5. Tractat Tabula quælibet Continua, *Politica* æquè ac *Juridica.* In *Politicis* & *Oeconomicis* à Commiſſionibus Gubernialibus §. 185. *n.* 4. dependet, ejusdemque Exc. R. Gubernii Commiſſiones publicandas vicatim publicat, ac executioni mandat; vt ſic, has Tabulas, totidem manus pedesque Gubernii meritò dixeris. Eſt verò Stilus Gubernialis ad Continuas Tabulas, talis aut Similis:
„ Sacratiſſimæ Cæſareo-Regiæ & Apoſtolicæ Ma-
„ jeſtatis, Archi-Ducis Auſtriæ, Magnæ Prin-
„ cipis Transſilvaniæ, & Siculorum Comitis, Do-
„ minæ Dominæ noſtræ Clementiſſimæ Nomine.

„ Illuſtris, Egregii Nobiles, & Agiles, No-
„ bis Obſervande & Benevoli! Salutem & Gra-
„ tiæ Cæſareo-Regiæ Incrementum! *Poſtea de-*
„ *ſcribitur, & clauditur:* " Sic facturis, Altefa-
„ ta Sua Majeſtas Sacratiſſima, Benignè propen-
„ ſa manet. E Regio Magni Principatûs Trans-
„ ſilvaniæ Gubernio, Cibinii, Die T. Anno T."

Subſcribiturque ipſa Commiſſio à ~~dextra~~ per Præſidem, à ſiniſtra autem per Secretarium Gubernialem expedientem. In *Juridicis* & *Criminalibus*, vt prima Inſtantia, Cauſas, juxta Leges §. 192. *n.* 3. citatas, dijudicat, appellatasque ad Incl. Ta-

bulam

+ ſiniſtra „ dextra

S. 189. ..

bulam Regiam transmittit. Nec in his verò Tabulis, licet Continuis, Causæ omnes, angusto temporis spatio finem & decisionem sortiuntur: processus enim Litium in Transsilvania, prout & Hungaria, ex antiquis Legibus & Consvetudinibus, Asyla & Perfugia (ne scilicet Litigantes, Judicia præcipitationis arguerent) non pauca, & si fas est dicere, justo fortè plura, admisit. En curtum eorum schema: Litis motio incipit ab *Accusatione*, vel per modum *Supplicis Libelli* (in quibus nempe Lex permittit) vel per modum *Juris*. Si per modum *Suppl. Libelli* (vulgò *Instantiæ*) Causa inchoetur, per *Certificationem*, si per modum *Juris*, per *Citationem*, notificari alteri Parti debet. Est verò modus uterque in Jus vocatio, auctoritate & Sigillo Judicis legitimè facta, diciturque conceptu generali, *Evocatio;* at proprie *Evocatio* dicitur, virtute *Litterarum Præceptoriarum* Principis ad Inclitam Tabulam Regiam vocatio. Adveniente præfixo in Citatione Judicii termino, fit *Proclamatio*, & Causæ *Legitimatio* à parte Actoris. Incto *non comparente* prima hac vice, per alium aliquem, sententia adversus eum lata, eodem die, in facie vel extra faciem Sedis, apud Notarium prohiberi potest, penes reddendam non comparitionis rationem. *Comparente* Incto, vel vtitur *Dilationibus* & *Prorogatis*, si hæc, Lege, in ea Causa, admittantur; vel petit *Paria* Literalium Instrumentorum, per Actorem in Judicio productorum, sicque Causam in alium transfert terminum; Postea aut *Exceptionibus* (si habeat) utitur, & excipit, vel contra Forum, vel contra Actoratum, vel contra Processum; aut in merito ad Actionem contra se propositam respondet.

§. 189.

det. Sed respondet, vel *Adfirmativè*, dum nempè propositæ contra se Actionis meritum confitetur, tuncque Actor à Proba liberatur; vel *Qualificativè*, dum Actionem adfirmat, cur tamen id fecerit, rationem adsignat; vel *Negativè*, dum purè negat, & tunc Actori Proba incumbit, sed & sæpè Incto, (intellige: *In causam attracto*) cum talibus se circumstantiis defendit, quæ probam requirunt. Volentes proinde utræque Partes *Exmissionem* obtinent ad comprobandas suas Adsertiones, est enim *Exmissio* justum temporis intervallum: quod Litigantes à Sedria, ad prospiciendum de mediis & instrumentis legitimarum probationum, per Literas & humana Testimonia, impetrant. Fit itaque *Inquisitio*, h. e. Fassionum, medio Personarum (Regii dicuntur) fide dignarum à Judice exmissarum receptio. Futuro tandem Termino, Fassiones ex *Relatoriis* legitime confectis præleguntur, quibus sæpe accedunt Exceptiones, aut intuitu Inquisitorum Regiorum, aut Testium. Fit postea in Foro Judiciario, juxta legalia Documenta, per suffragia Judicum, Litis Decisio, *Deliberatumque* Partibus prælegitur. Hoc porro, excipit *Executio* velut Judicii complementum, dum quæ judicialiter decisa sunt, reali quoque executioni mancipantur. At non desunt Remedia Juris, quibus Executio a parte convicta impediatur. Si enim ob non venientiam sive non comparitionem Rei, Sententia lata fuerit; eodem, vt dictum est, die, *Prohibita* admittitur; sequentibus vero, imò & Exsecutioni præfixo die, *Inhibitione* (quæ penes Literas Protonotariales fit) utendum erit. Dum autem, præsente Incto, Sententia pronunciata fuerit, tum pars sententiâ gra-

vata,

§. 189.

vata, (Actor æquè ac Inctus) habet poteſtatem, aut *Appellatione*, aut *Novo Judicio* utendi. Eſt adeoque *Appellatio*, Partis ſententiâ non contentæ, à Judice inferiore, maturioris reviſionis gratia, ad ſuperiorem Judicem, debitâ cum reverentiâ, provocatio. *Novum* autem *Judicium*, eſt Remedium Juris, quo Pars in cauſa ſuccumbens, iterum eam reſuſcitare, ac omnia allegare, excipere, non productas Literas producere, & generaliter omnia, quæ Juris & Juſtitiæ, nec non defenſioni Cauſæ ſuæ proficua eſſe cognoverit, peragere valet, & quidem coram Judice priore, *Decr. Tripart. P.* 2. *T.* 77. Si ſuccumbat iterum, tanta eſt liberalitas Juris, vt mederi denuò Cauſæ ſuæ poſſit *Novo cum Gratiâ*, h. e. Remedio Juris, quod ſolus Princeps, apud quem plena eſt gratiarum diſpenſandarum poteſtas, Supplicanti medio Cancellariæ elargitur: at hoc medio, non aliter, quam poſt factam executionem cauſa ſuſcitatur. *Decr. Tripart. P.* 2. *T.* 27. & *Art.* An. 1723. 33. Hæc denique omnia, generalia ſolùm ſunt remedia; quis ſpecialia hic enumeret?

§. CXC.

VI. MAGISTRATUS *Sedium* ac Diſtrictuum *Saxonicalium*, vt & Liberarum Regiarumque *Civitatum*, nec non *Oppidorum*, inſtar Tabularum Continuarum, Politica & Juridica, intra ſuos terminos, curant.

§. 190.

1. Magiſtratus Circulorum Saxonicalium duplicis ſunt generis: *hi* enim ſimul & Liberarum Regiarumque Civitatum, *illi* Oppidorum itidem Saxonicalium Rebus præſunt. Id namque obſervatu dignum eſt, vt inter Saxones; non quemadmodum apud Hungaros & Siculos Officiales & Adſeſſores paſſim ex Oppidis & pagis colliguntur in unum Collegium Judiciale; ſed in Circulis, ubi L. Regiæque Civitates reperiuntur, earum omnino Magiſtratus toti Sedi & Diſtrictui jura dictant; in ceteris, Oppidorum primariorum Senatus publica negotia peragunt. Sunt igitur Sedes à Civitatibus dependentes quatuor, v. l. *Cibiniensis*, *Schæsburgensis*, *Mediensis* & *Sabeſiensis*, ſic ab ipſis Civitatibus dictæ; nec non duo Diſtrictus, *Coronensis* nempe & *Biſtritzensis*. Sex enim ſunt Lib. Regiæque Civitates Almæ Nationis Saxonicæ. Sedes reliquæ v. l. *Nagy-Sinkensis*, *Rupensis*, *Mercuriensis*, *Löſchkirchensis* & *Szaſzvároſensis*, cognomina Oppida audiunt. *Conf.* §. 153. Officiales Circulorum ſunt: *Conſules*, *Judices Regii* & *Primarii*, atque *Judices Sedis*: at Circulus quilibet non hos omnes habet, vt *Parte Speciali* docebimus. Sunt præter eos, *Senatores* numero convenienti, quos inter Regii Perceptores & Notarii comparent: hos reliqui Officiolantes ordine excipiunt. Magiſtratus hi omnes, Ordinationes Excelſi Regii Gubernii in Politicis ad modum Tabularum Continuarum §. 192. obſervant & effectui mandant. In Juridicis Statuta ſua (§. 154. *n.* 1.) ſequuntur.

2. Civitates Liberæ Regiæque Comitatuum & Siculorum duæ ſunt; *Claudiopolis* & *Agropolis*: harum

§. 190.

rum verò Magiſtratus, intra ſua ſolum mœnia Jurisdictionem habent. Oppida plura in Transſilvania numerantur, quæ ſuos habent Senatus; nunc tamen ea cumprimis intelligimus, quæ *Taxalia*, §. 139. *e.* dicuntur, propriosque Regios Perceptores habent; ſunt autem talia: *Alba Carolina*, *Kézdi-Váſárhely*, *Vizakna*, *Udvarhely*, *Abrud-Bánya*, *Sepſi-ſzent-György*, *Vajda-Húnyad*, *Illyefalva*, *Beretzk*, *Armenopolis* & *Eliſabethopolis*. Quibus adnumeranda non Taxalia quidem, at Nobilia Oppida: *Thorda*, & *Dés*. & NB, *Claudiopolis* & *Agropolis* reſpectu Contributionis, ad *Loca Taxalia* referuntur.

§. CXCI.

VII. Pago cuique eſt proprius JUDEX, cui JURATI à Communitate electi adjunguntur: hi negotia minoris momenti tractant, Judiciumque ſuper Cauſis eorum deciſioni ſubſternendis ferunt, collectioni Contributionis inſiſtunt, Gubernialium inſuper Commiſſionum §. 189. *n.* 5. extractum ſenſualem, & mandata quælibet, ab Officialibus Circuli, circulatim emiſſa promulgant & ad effectum deducunt: vt adeo non incongruè totidem manus pedesque Inclitarum Continuarum Tabularum, immò digitos Excelſi Regii Gubernii dixeris.

§. 191

Judex unus pago ſingulo, ex more, præeſt: at Siculicis in pagis, licet non omnibus, peculiarem Milites, ſuum proprium & Jobbagiones Judicem conſtituunt.

CAPVT IX.

DE ADMINISTRATIONE JUDICIARIA.

§. CXCII.

Juſtitia in Magno hoc Principatu adminiſtratur 1. per primas, 2. per ſecundas Inſtantias.

Prima eſt, ubi moveri primò; & ità demùm, ſi inferiores eſſent, ultra inde promoveri per Appellationem, Cauſæ ſolent. Prima Inſtantia eſt quævis Jurisdictio relate ad illos, quos ſibi immediate ſubjectos habet. Tales ſunt: Continuæ Tabulæ Comitatuum, Diſtrictuum & Sedium Siculicalium. Magiſtratus Civitatum, & Oppidorum. Tabula Regia reſpectu Cauſarum per evocationem ad cognitionem ejus deductarum. Gubernium Regium ratione Cauſarum Judicio ipſius ſpecialiter reſervatarum. Forum Productionale, reſpectu Bonorum & Proventuum purè fiſcalium. Sedes Dominales reſpectu ſubditorum & ſervitorum ignobilium, vel rerum ad Jurisdictionem territorialem pertinentium. Secunda Inſtantia eſt, quodlibet Forum Reviſorium, quò nempe à ſententiis inferio-

§.192.

feriorum appellari Leges permiſerunt. De Continuis Tabulis, Magiſtratibus, Gubernioque etiam egimus in præcedentibus, ſupereſt, ut de Tabula Regia, Foro Productionali, & Sede Dominali hoc loco pauca quædam exponamus.

§. CXCIII.

I. Inclita TABULA REGIA in Magno Transſilvaniæ Principatu JUDICIARIA in Libera Regiaque Civitate *Maros-Váſárhely* ab Anno 1754. conſidens, eſt continuum totius Provinciæ Tribunal Judiciale, tractans ſola Juridica, Cauſas nempe vel penes evocationem, vel in via appellationis ad ſe devolutas. Sententias, quas in iis fert, ſolet Nomine, & ſub Sigillo Regio expedire.

1. Inter Incl. Tabulam Reg. Judiciariam hodiernam, & antiquam, (quæ *Tabula Principis* dicebatur) tam reſpectu Celebrationis, quàm Reſidentiæ multum certè differt. Nunc continuè Tabula Judiciis incumbit; (exceptis Jurisſtitiorum temporibus) olim ſtatis ſolùm terminis ad dirimendas Cauſas conſidebat; diesque celebrationis *Terminorum Octavalium* nomine veniebant. Anno 1570. Dominica 1. poſt Feſtum Pentec. in Comitiis Tordenſibus ſtatuebatur: *Quotannis duo ſint* Termini Octavales; NOBILIUM *ab Octavo Feſti B. Georgii; SICULORUM ab Octavo Feſti Epiphaniarum;*

S. 193. Nr. 3.

niarum; NOBILIUM insuper *ex Partibus* Hungariæ, *ab Octavo Festi S. Lucæ inchoëtur: duret uterque per dies* 40, *demtis Dominicis.* An. 1578. 27. Apr. Claudiopoli conclusum: *Comitatenses & Siculi annuatim duos* Terminos Octavarum, *Nobiles Partium vnicum habeant*, cet. An. 1674. 17. Nov. *Art.* 1: *Terminus pro Comitatibus Regni & Partium* 1. *Februarii; pro Siculis* 1. *Maji, ex eo celebretur, quod tempus in Approbatis statutum, pro Diætis impendi debeat.* Sed præter hos Terminos, tempore quoque Diætarum, horis nonnullis, Cursus Tabulæ Regiæ observabatur; de quo *Mich. Váró* in *Idea Actionum Juridicarum* hæc habet: „Illa „ Judicii forma, quam hactenus Inclyta Tabula „ Regia, sub Generali Diæta, horis nempe po- „ meridianis exercuit: ita, vt publicum præpri- „ mis Suæ Majestatis, vt & Principatûs Servi- „ tium Spectantia, sive illa sint Juridica, sive „ verò Politica, ante Meridiem; Judicia verò „ in Tabula Regia sub Diæta exerceri solita, „ post prandium pertractentur: & quidem in „ Tabula Diætali antea discutiebantur Causæ pu- „ blicationum universaliter quarumlibet Trans- „ missionum ad Tabulam directarum, nec non „ repetitionis & non restitutionis Jobbagionum, „ servorumque fugitivorum, ac aliorum, in Ar- „ ticulis passim denotatorum.“ Circa hoc igitur, An. 1685. 22. Febr. Art. 14to edictum est: *Diæta cursum Tabulæ ne impediat.* Pro diversa interim ratione temporum, variæ mutationes in Tabulæ celebrationem influebant. Postquam verò Augustissima & Providentissima Domina, Princeps Hereditaria nostra, perspexisset Clementissimè, moram & inde damnum Litigantium ex

longo

§. 193.

longo Judicii Tabularis ſilentio conſequi frequentiſſimè, Tabulam Regiam Judiciariam voluit eſſe *Continuam.* Anno igitur 1742., *Reſolutionum, circa Politica*, (§. 129. *n. b.*) *Puncto* 2do, ſic ſtatuit: „*Continuus* Tabulæ Regiæ *Curſus*, ad mentem Benignæ Reſolutionis Cæſareo-Regiæ aſſumatur, & præfata Diæta (*quæ An.* 1743. „ 21. *Aug.* & *ſeqq. celebrari debebat*) exſpirante „ inchoetur; Cauſæ proceſſuales tantopere accumulatæ promoveantur, & quamprimùm fieri „ poterit determinentur; ac ſubinde circa curſum „ Judiciorum Tabularium ulteriùs reſolvere dignabimur." Poſtquam ad continuum curſum Tabula Regia determinata fuit, locum in Libera Regiaque Civitate Saxonicali Medgyes ad An. 1754., quo, adulto Novembri, Benigno Cæſareo-Principali Indultu, reſidentiam ſuam Agropolim tranſtulit, primamque Seſſionem Judiciariam in Domo Prætoriali Inclitæ Sedis Siculicalis Marus celebravit. *NB.* Anno adhuc 1737. fuerat primùm determinatum, Tabulam R. continuam eſſe debere.

2. Cauſæ Incl. Tabulam Regiam concernentes duplicis ſunt generis, *aliæ* enim ſunt in Tabula Regia *inchoandæ*, *aliæ* ad Eam *adpellandæ*. *Inchoantur*, juxta *Approb. Conſt. P.* 4. *T.* 1. *Art.* 11. *Cauſæ quinque Caſuum Actuum Potentiariorum majorum* (Decret. Tripart. P. 2. Tit. 67.) & *minorum, deliberati item homicidii, Dotum, rerum parapher-nalium, Quartalitiorum, Tutelarum, Bonorum impignoratitiorum, Vinculorum & Obligaminum, Depoſitorum, Diffamationum, falſorum delatorum, Repetitionis Literarum & Literalium Inſtrumentorum, nec*

§. 193. ...

non Jobbagionum servorumque fugitivorum, aliorumque in Articulis Regni superinde editis specifice denotatorum; de quibus vid. *Váró Idea Actionum Juridicarum p.* 303-305. In his verò, quoad Processum, arbitrium litigantium liberum est, vtrum in Sedriis Comitatuum, vel verò in Tabula Regia velint eas inchoare, & prosequi. *Appellantur* autem per partem Litigantium succumbentem è Tabulis Continuis Comitatuum, velut primis Instantiis, ad Regiam Tabulam, tamquam secundam Instantiam, Causæ Seculares, valorem (circiter) ducentorum Florenorum æquantes. Olim verò (An. 1584. 20. Sept. Albæ Juliæ) fuerat statutum, vt *vniversæ Causæ ex Comitatibus & Sedibus, vltra valorem trium florenorum, ad Tabulam Regiam transmittantur, exceptis criminalibus.* Et hoc statutum hodieque suffragatur *Siculis*, inter quos, vniversæ Causæ, in facto Hæreditatum ultra valorem trium florenorum, motæ, servatis appellationibus, in Tabulam Regiam, inde verò, pro evidentiori discussione, etiam in præsentiam Principis transmittendæ dignoscuntur. *Vid. Decr. Trip. P.* 3. *Tit.* 4. E veteri Tabula Regia, Causæ per viam Appellationis provocari ad Principem poterant; vt docet *Articulus* Anno 1558., Domin. Trinitatis, Albæ Juliæ conditus; aut absente Principe, in præsentiam Locumtenentis ejus, teste *Art.* An. 1565. 8. Oct in Kolosmonostor lato: at nunc, quia Excelsum Regium Gubernium Augustissimam Hereditarii Principis Personam repræsentat, ad idem Gubernium Adpellatio fieri consvevit; ex quo rursus, potestatem appellandi ad Thronum Sacratissimæ Cæsareo-Principalis Majestatis, indultam esse, §. 185. *n.* 4. innuimus.

3. Le-

§. 193.

3. Leges, secundùm quas, tam hic, quam in pedaneis Foris, justitia administratur, sunt: 1.) Jus Consvetudinarium, seu *Decretum Tripartitum*, à Stephano Verbötzi, jussu Regio, in Hungaria, concinnatum; quo & Hungaria utitur. 2) *Approbatæ Constitutiones* Vid. §. 183. n. 6. 3.) *Compilatæ Constitutiones*, l. c. 4.) *Articuli Diætales* ibid. 5.) Diplomata Principum Hereditariorum, vt & Resolutiones, Rescripta & Decreta Eorundem. Libri alii Juridici, non per modum Legis, verùm rationis in Foris nostris adhibentur. De Processibus Juridicis, præter Articulos, præsertim *Approb. Const.* Part. 4. Tit. 1. usus vel maximè consulendus est. De Taxa denique Literarum nil attinet dicere.

4. Quod attinet ad Statum Inclitæ Tabulæ Regiæ Personalem; is à prisco multum diversus, longèque præstantior est. Olim, qui Tabulæ seu Sedi Judiciariæ Principis præfuit, *Præsidentis* Titulum gessit, hodie PRÆSES nominatur, estque simul intimus Consiliarius Gubernialis, & quidem, dum hæc scribimus, in Persona Excellentissimi Domini PAULI Comitis de BETHLEN, Sacratissimæ suæ Majestatis Consiliarii Status Intimi, & Magni Principatus Transsilvaniæ Supremi Janitorum Magistri. Ordine illum Assessor è Statu Ecclesiastico †(ab An. 1770.) excipit. Sequuntur hunc Protonotarii, & reliqui Assessores. Olim duo fuere PROTONOTARII *Hungaricus* nempe & *Transsilvanicus*, i. e. *hic* à parte Transsilvanorum, *ille* ex parte Comitatuum Hungariæ ad Transsilvaniam adnexorum, testibus Articulis An. 1558, & 1659. hodie tres †Catholico

§. 193.

numerantur. Aſſeſſores olim indicante *Appr. Conſt. P. IV. T. 16. Art.* 1. erant 12. imò ne infra numerum hunc eſſent, lege cautum fuit *Comp. Conſt. P. III. T. 5. Art.* 1. totidem & hodie numerantur *Actuales*, Seſſionem utpote, & Votum cum integro Salario habentes. Pars horum dimidia ex Magnatum, dimidia è Nobilium Statu, obſervata inter Comitatenſes & Siculos nationali etiam æqualitate, conſtitui ſolet; & horum & illorum ordinem in aſſidendo definit ſenium adepti officii. Non defuêre olim *Procuratores* ſive Advocati Tabulares, ad Cauſas ſincerè tractandas jurati; ad quos pertinebat *Articulus* Diætalis, An. 1615., 3. Maji, Albæ Juliæ, hoc tenore promulgatus: *Procuratoribus à Cauſis maximis Floreni* 10. *usque totalem deciſionem, à minoribus juxta proportionem ſolvatur in Tabula; at in Sedibus medio ſalario contenti ſint.* Item, An. 1673. 18. Nov. Art. 14to: *Procuratoribus, pro ſervitio procuratorio, nulla Bona perennaliter, ſed in forma pignoris, Seſſio* (Fundus *habitabilis*) *una, ſolùm in Flor.* 40. *inſcribi poſſit, ſub pœna amittendi juris:* noſtra ætas *Advocatos* ut educavit eruditiſſimos & graviſſimos, quorum plures ad Incl. Tabulam Regiam Officio funguntur: ita & ſtipendio, pro ratione Seculi, condigno honorantur.

†

5. Numeratur porro inter judices hujus Fori Fiſcalis etiam Director, aſſidetque ſecundum Antiquam conſvetudinem ad finem Tabulæ. De eo ſonat Articulus Diætæ An. 1558. ad Feſtum SS. Trinitatis Albam Juliam indictæ: *Vir Jurium peritus, auctoritate gravis, eligatur; qui Judiciis interſit, vocife-*

§.193.

ciferationes cohibeat, *Proventus Tabulæ percipiat*, *Assessoribus pactum Salarium pendat*, *reliquum ad Cameram administraturus*: Hoc ratione Proventuum habetur etiam in *Appr. Const. P. IV. T.* 16. *Art.* 1. ratione autem cohibendarum vociferationum, ne ulla scilicet in facie Judiciorum accideret indignitas, renovabatur etiam sub Diæta An. 1574. in *Segesvár* celebrata.

6. Inde ab Anno 1748. ex providentia Regnantis Majestatis in subsidium ocyoris administrationis justitiæ altera quoque cum præattacta Statûs, & Nationum proportione Inclyto huic Tribunali accessit Assessorum duodena, Supernumerarii hi vocantur, & formant duas Classes, primam constituunt octo, & hi certo etiam Salario provisi sunt, secundam quatuor; tam hi verò, quam illi consident pone Præsidem in distinctis subselliis, & dum legalem actualium numerum morbo, absentia, vel alio impedimento deficere contingit. cum voto decisivo ad ferendum Judicium admittuntur, alias votum consultativum duntaxat habent.

7. Est præterea ad Tabulam Regiam frequentissima Nobilis Juventus, qui & ipsi fine hauriendæ Rerum Judicialium notitiæ ad audiendas Consultationes, & Deliberationes ab antiquo admitti consveverunt; extra has verò etiam partim ad latus Præsidis, partim apud Protonotarios in Praxi Judiciaria exercentur, vocanturque Tabulæ Regiæ Scribæ, ac Jurati Notarii ideo, quod scribenda calamo excipiant, & ad fidelem negotiorum sibi commissorum curam, servandumque de iis, quæ Tribunalium ratio propalanda non per-

§. 193.

mittit, ſilentium juramento obſtricti habeantur. Ex his quinque penes Salaria ducendis Protocollis operam impendunt, tres nimirum apud totidem Protonotarios, unus apud Præſidem, unus autem, qui primarius eſt, ad ipſam Tabulam in menſa tamen ſeparata; & quoniam quilibet Protonotarius diſtinctam habet Cancellariam, hæc autem Præſidem, Directorem & Notarium, ſub quorum nempe vigilantia & manuductione juventus in Officio, & terminis diſciplinæ contineatur; ſolet Præſidio fungi, qui cauſarum ad Protonotarii ſui Referatum pertinentium Protocollum ducit. Solent denique etiam Inquiſitiones, Evocationes, Admonitiones, ſtatutiones, litterarum præ manibus alienis indebitè detentarum, prout fugitivorum quoque repetitiones, & aliæ exequutiones Judiciales per præfatos Scribas, ſeu Cancelliſtas peragi, ubi hoc fine ſpecialis ipſis per Protonotarios ſuos data exmiſſio fuiſſet.

8. Poſtquam I. Tab. Regia, Continua facta eſt, ejus Præſides fuêre: 1.) Baro *Georg. Bâlintith* ab A. 1742. 2.) Baro *Wolffgangus Bánffi*, mortuus 1761. 7. Apr. 3.) Comes *Adamus Nemes*, antea Protonotarius, ab An. 1762. ad 1765, 28. Jan. quo de vita migravit. 4.) Qui hodie fungitur, introductus 1765, 28. Sept.

§. CXCIV.

II. Forum Productionale ex præſcripto Legis *Comp. Conſt. Part.* 5. *Edict.* 27. Conſtituunt Conſiliarii Guberniales, Supre-

mi

§. 194.

mi Circulorum Officiales, & Tabula Regia.

Nomen accipit inde, quòd ubi Fiscus Regius ex Articulis Regni, vel Regestro Fiscalitatum Bona, vel Proventus liti substratos in numero purarum Fiscalitatum contineri ostendisset, in causam attractus de titulo possidendi Donationales, siquas haberet producere teneatur, ad disquisitionem an subsistere possint, nec ne; & hoc ideo, quia cautum Legibus Transsilvanicis est, ne ejus modi Bona, & Proventus jure perennali cuiquam conferantur, nisi communi Statuum, & Ordinum Decreto è Regestro, cui olim inscripta fuissent, eximantur.

Tractantur in hoc Foro Causæ summariè, funtque appellationes pro ratione meriti directè ad Supremam Principis Revisionem.

§. CXCV.

III. Injecimus in præcedentibus (§. 178. n. 3.) mentionem Fori sive Sedis Dominalis, cujus fundamentum uberius hic exponendum erat.

1. Habent quippe Domini terrestres subditos suos tam civiliter, quam criminaliter, imò juxta *Ap. Const. P. 3. T. 47. Art.* 19. alios etiam intra fines ipsorum maleficia patrantes, ubi in loco delicti comprehensi fuissent, judicandi, & puniendi potestatem per leges attributam.

Domi-

2. Dominus terrestris ubi de justitia, contra subditum aut servitorem ignobilem, injuriam Nobili vel alteri in persona, aut rebus inferentem administranda, per læsum, vel si is æquè subditus aut servitor ignobilis esset, per Dominum ejus terrestrem requiritur, hujusmodi requisitioni locum dare, imò si illa cum judiciaria admonitione fiat, Judicium sub poena Legis *Ap. Const. P.* 4. *T.* 1. *Art.* 28. in termino, & loco ad id præfigendis impendere tenetur; actus quo justitia hoc modo administratur, *impensio Judicii*, via autem, & modus per quem eo devenitur, *Processus impensarius* vocatur. Solent verò hujusmodi impensiones fieri Judice Nobilium, vel apud Siculos Vice Judice Regio præsente, adhibitis nonnullis etiam Assessoribus, vel nobilibus ut jam in citato §. 178. insinuavi, ubi de appellationibus quoque ex hoc Foro instituendis mentionem feci.

3. Huc pertinet etiam de Processu Triduali in *Trip. P.* 3. *T.* 33. fundato aliquid meminisse, cujus casus est, dum colonus furtim vel manifestè, manu violenta silvam cujuspiam Terrestralis succidit, vel arbores in ea decorticat, & in prohibito hujus modi actu deprehenditur, hinc etiam liberè intercipitur, interceptusque in Curiam Domini terrestris cujus nempe silvam succidebat, vel arbores in ea decorticabat deducitur in vincula conjiciendus, & ex iis ad tertium diem pro recipiendo Judicio certificandus, inque rerum omnium tempore incaptivationis secum habitarum amissione, ac simul pœna homagiali convincendus. Quin ab ejus modi convictione cum effectu

fectu

§ 195.

fectu ſiſtendi exequutionem ad quodcunque Forum appellare poſſit.

CAPUT X.

DE ADMINISTRATIONE CAMERALI.

§. CXCVI.

Ea, quæ in Transſilvania Aerarii, ſeu Fiſci Regii ſunt, adminiſtrantur per peculiare Dicaſterium, quod *Regius Theſaurariatus* audit, habetque pro diverſitate rerum tractandarum diverſa *Subordinata Officia.*

§. CXCVII.

I. Dicaſterium hoc ſubdividitur in *Theſaurariatum* generatim ſic dictum, & *Theſaurariatum in Monetariis*, & *Montaniſticis*, utrique tamen, idem Præſes eſt, qui honorificentiſſimo Nomine *Regius Transſilvaniæ Theſaurarius* vocatur, ſoletque ſimul eſſe ſemper Conſiliarius Gubernii. Officium ejus quo dum hæc ſcribimus fungitur Excellentiſſimus, ac Illuſtriſſimus Dominus NICOLAUS Comes de BETHLEN, Sacratiſſimæ ſuæ Majeſtatis

ſtatis Camerarius, & Status actualis Intimus Conſiliarius, inter Cardinales Magni Principatûs dignitates præcipuum locum obtinet, vi cujus præcedit omnes Conſiliarios Guberniales Seculares. Reſidentia hujus Dicaſterii Cibinii eſt.

1. Primus in Transſilvania poſt terminatam cum morte Michaëlis Apaffi Nationalium Principum Periodum, Regius Theſaurarius cretus fuit Heros celeberrimus Baro *Joannes Haller*, (ſucceſſorem Comitem *Apor* habuit.) An. 1692. quem, ut & Gubernatorem, Cancellarium & Generalem Transſilvaniæ tunc unà conſtitutos, Comes Veterani Commiſſarius Regius Plenipotentiarius, publice in Officium introduxit, præſcriptis certis conditionibus; quæ docent, quatuor tunc primarios Officiales Camerales Theſaurario ſubfuiſſe, duos utpote Salis Fodinarum, & Triceſimarum Inſpectores, totidemque Bonorum Fiſcalium & Decimarum, atque Minerarum Præfectos. An. ſequente 1693. 29. Aprilis Inſtructionem 10. punctis abſolutam Divus Leopoldus M. Theſaurario præſcripſit.

2. Statum Perſonalem hujus Dicaſterii conſtituunt Conſiliarii, Secretarii, & alii, ducendis Protocollis, formandis Conceptibus, regiſtrandis, & conſervandis actis, curandis & perficiendis expeditionibus, cenſendis Rationibus, dirigendis & procurandis Fiſci cauſis, & Adminiſtrandæ Caſſæ adhibiti.

CXCVIII.

§. 198.

§. CXCVIII.

II. Subordinata Regio Theſaurariatui & in variis per Transſilvaniam locis conſtituta Officia aut ſunt α *Politico-Cameralia*, aut β *Cameratico-Monetaria*, & *Montaniſtica.*

§. CXCIX.

α Politico-Cameralia ſunt: *Salis Perceptoratûs*; *Officia Triceſimalia*; *Reviſoratus in Bonis Fiſcalibus*; *Arendæ Perceptoratus in Comitatibus*; & *Decimarum Adminiſtratio in Fundo Regio.*

1. Salis Perceptoratûs Officium viget ad Fodinam *Thordenſem*, *Koloſenſem*, *Dés-Aknenſem*, *Viz-Aknenſem*, *Parajdenſem*, (quibus adſunt: Salis Perceptores, Contra-Rotularii ſive Contra-Agentes, Ponderum Magiſtri, Curſores & Obequitatores) & *Székenſem*, ubi eſt Salis Oeconomiæ Proviſor. Salis pariter Perceptoratûs Officium exſtat in *Portu Maruſii*, infra *Albam-Carolinam*, ſuntque ibi: Salis Perceptor, Contra-Rotularius, Transportûs Officiales, Ponderum Magiſtri, Requiſitorum Cuſtos, Salis Officii Scriba, Nautarum Magiſtri, Salis Ponderatores, Curſores & Obequitatores, Horreorumque Cuſtodes. Hic Portus, in Articulis Legum, ab adjacente vico Maros-Váradja, *Portus Váradjaienſis*, aliàs verò *Carolinenſis*, nuncupatur, deque hoc An. 1659. 26. Febr. Art. 6., ſtatutum erat, ut quæſtura iſt-

hic Salis ad usque biennium pro Turca convertatur. *Filialia* verò in Portibus *Salis Emporia* sunt, ad pagum *Miriſzló* ſupra Enyed, ubi adeſt Salis Officialis & Contralorizans Ponderator, cum Horreorum Cuſtode; & ad pagum *Sólymos* Comitatûs Húnyadenſis, vbi ſunt, Ponderum Magiſter & Adponderans Hajdo. E Fodina *Tordenſi* ad Miriſzlenſem, & cumprimis Carolinenſem Portum celebratiſſimum ſal devehitur §. 28. *n.* 1. ex *Vizaknenſi* ad *Sólymoſenſem.* Continua ferè plauſtrorum vectione ad hos ſal defertur, qua argentum non pauci adquirunt incolarum, regionum præſertim vicinarum. At ubi fortè homines ceſſarent, à Supremis Comitatuum Comitibus juxta pagorum ſeriem incolæ diſponuntur (cogi enim ex præſcripto Legis *Ap. Conſt. P.* 3. *T.* 15. *Art.* 3. non poſſunt,) qui erga ſolutionem ſalem vehant. His de Portibus, A. 1671. 25. Nov. talem (*numero* 30.) latum fuiſſe Articulum legimus: *Proventus Salis Portuum Indigenis locentur, erga Arendam: at Arendator, in contentationem Portæ* Turcicæ, *Flor.* 20000., *in Contributionem Thaler.* 100. *& à ſingulis Navibus Thal.* 1. *præſtet.* Sal Koloſenſis, ad loca circa Chryſios amnes ſita, §. 28. *n.* 4. per Tractum *Kalotaſzeg* dictum *Compil. P.* 3. *T.* 16. *Art.* 1. transportatur, ac Magno-Váradini deponitur: quinquagies mille Centenarii quotannis terreſtri itinere trajiciuntur. Fodina Dés-Aknenſis, per Samoſium, Hungariæ Incolis ſalem ſubminiſtrare valet. Sal Parajdenſis Siculis & quibusdam Saxonibus §. 149. *n.* 4. deſervit.

2. Ratione *Triceſimarum* quatuor in Transſilvania numerantur Diſtrictus I. CORONENSIS, in quo lo-

ca-

§. 199.

ca Tricesimarum sunt: *Corona*, *Törcsvár*, *Tömös*, *Bozza*, *Ojtoz*, *Gymes*, *Gyergyó-Szent-Miklós*. II. DISTRICTUS CLAUDIOPOLITANUS, ad quem pertinent: *Claudiopolis*, *Bánffi-Húnyad*, *Bistricium*, *Armenopolis*, *Dees*, *Magyar-Lapós* (Tricesimator hujus loci habet Filialistas in *Remete* & *Kapnik*) *Tasnád*, *Somlyó* (cum filialibus, *Kémer*, *Lampért* & *Nagy-Falu*) *Zilah*. III. D. SZÁSZVÁROSENSIS, cui se addicunt: *Szászváros*, cum filiali *Déva*, *Dobra*, *Záám*, *Halmágy*, *Topánfalva*, *Zajkán*, *Volkán*, *Hátszeg*. IV. D. CIBINIENSI: *Cibinium*, *Rubra Turris*, *Ebesfalva*. His addatur *Teloniator* ad *Portum Marusii*. Omnibus iis locis unus est Tricesimator, plerisque etiam Contra-Rotularius, vt & Cursor ac Obequitator. Fuerat moris, vetustioribus temporibus, Tricesimas, Decimas, similesque Proventus Camerales, juxta certam taxam, personis privatis, non sine Cassæ Principalis detrimento, annuatim vendere; vnde frequens memoria in Actis priscis Supremorum- & Vice-Arendatorum, Arendarumque, i. e. Taxarum. Sed mos postmodùm prohibitus, simul & conclusum, An. 1663. 23. Febr. ne vel particulatim, aliquid horum privatis donare aut vendere liceat. *Articulus* hunc fermè in modum se habet: *Decimæ*, *Arendæ*, *Telonia*, *Tricesimæ* & *alii Proventus Fiscales*, *omnibus simpliciter adimi debent*, *nisi quibus pro pecunia*, *in excontentationem Portæ*, (§. 103. *n.* 4. *a.*) *inscripta fuissent*. *Dehinc verò Proventus tales*, *nec pro pecunia*, *nedum gratis cuipiam conferantur*; *quin importuni impetratores non solum amissione Collatorum*, *sed insuper altero tanto puniantur*; & *si tanta Bona non habeant*, *captiventur usque ad satisfactionem*. Vid. de Tricesimis *Approb*. *P.* 2. *T.* 12.

3. In Bonis Fiſcalibus, quæ hodie in rationem Aerarii adminiſtrantur, Proviſoratus ſunt: 1. In *Utſa* & *Jáſz*. 2. In *Robi*, *Domokos*, *Cſitſo-Győrfalú*, *Cſitſo-Poján*, *Cſitſo-Ujfalú*. 3. In *Ördöngös*, *Füzes*. 4. *In Maros-Váradgya*, *Cſügöd*, *Benedek*, *Magyar-Orbo*, *Kisfalud*, *Magyar-* & *Olá-Boros-Botſárd*, *Sárd*, *Magyar-Igen* & *Tövis*. 5. Adminiſtrator *in Türe* & *Valkó*. His adnumerandus *Zingarorum* Fiſcalium Inſpector. De Dominiis *Zalathna* & Vajda-Hunyad Montanisque, mox dicendi locus erit. Sed miraberis fortè, tam pauca in Magno Transſilvaniæ Principatu eſſe Bona Fiſcalia, quanta retulimus, & mox referemus. Mirari deſines, dum perpendas, Transſilvaniam ſeculis retrò lapſis, Chriſtianorum ac Turcarum Martium campum exſtitiſſe, ideoque Reges ac Principes in eos fuiſſe liberales, qui hoc Chriſtianitatis antemurale, ſangvine defendiſſent: iis amplæ donatæ poſſeſſiones. Nec diffitendum, profuſam nonnullorum Principum liberalitatem Fiſcalitates diminuiſſe. Hinc *Inſtructio Leopoldina* An. 1696. 11. Mart. pro Theſaurario exarata, puncto 9no, taliter fatur: „ Quoniam etiam in-„ formaremur, Bona Fiſcalia, à Principibus „ Transſilvaniæ, & cumprimis à defuncto Apaf-„ fio, immoderatâ quadam largiendi prodigali-„ tate, in tantum diſſipata eſſe, vt vix tertia pars „ illarum Poſſeſſionum ampliùs exſtet, quæ olim „ ad Arces Fiſcales ſpectabant *cet.* Sed ipſi quoque Status Patriæ idem perviderunt, ex eoque, An. 1667. 20. Apr. Albæ Juliæ, Articulo Diætali 16to, ſanxerunt: *Univerſæ Donationes Michaëlis Apafi, poſt Cancellariatum Joannis Betlen emanatæ, niſi & Cancellarius vel Secretarius ſubſcripſiſſent caſſan-*

cassantur: qui tamen citra fraudem, antea illo defectu impetrassent, Nova Donatio in bona forma pro ipsis concedatur; sed in futurum defectu isto laborantes pro invigorosis habeantur: demtis tamen Principum, qui praecesserunt, Donationibus. Conf. §. 123. *n. l.* Sæpè etiam Articulariter, ab Inclitis Statibus determinatum intuemur, vt omnes ii, qui è Bonis Fiscalibus, aut integram possessionem, aut portiones possessionarias impetrassent, jus suum producerent: institutas quoque fuisse Productiones, & illegitimos possessores hæreditate exclusos, iidem Articuli testantur. *Bona* denique Fiscalia aut sunt & fuerunt *purè Fiscalia*, sive *Bona Coronæ*, aut *accessoriè Fiscalia.* Bona *purè Fiscalia*, nec ipsi Principes, de lege, donare cuipiam & à Fisco abalienare potuêre, vtpote, quæ ab initio Regni, Coronæ attributa fuerunt. Hac ex ratione resolutum legimus, An. 1742. *Circa Jurisdictionalia*, puncto 5^to^: „ Bona Coronæ, sive vt in Transsilvania usus obtinuit, purè Fiscalia, non videntur ita esse abalienanda, vt eorum reluitio „ difficilis, aut planè impossibilis reddatur; si „ quæ autem ex iis alienanda essent, tales pro „ illorum æstimatione eligentur à Thesaurariatu „ Nostro Viri, quorum integritate tam Ærarii „ Nostri, quàm Emptoris securitati consulatur, *cet.* Bona verò *accessoriè Fiscalia* benè meritis conferri solebant sæpissimè. Hanc ob rem, Divus quoque Imperator, LEOPOLDUS M. Diplomatis, cuius toties meminimus, An. 1691. 4. Dec. exarati, Puncto 6^to^, his Clementissimè Voluntatem Cæsareo-Regiam expressit: „ Bonis, ob defectum Prolium, aut Notam infidelitatis ad „ Fiscum Regium devolvendis benè meritos Transylva-

„ ſylvanos, Hungaros, nempe, Siculos & Sa-
„ xones Indigenas, non attento Religionis diſcri-
„ mine, propenſi erimus dignari.

4. *Arenda Decimarum* vocatur ſolutio pecuniaria ex earumdem redemptione in rationem ærarii reſultans; ut ùt enim juxta *Appr. Conſt. P.* 2. *T.* 10. *Art.* 5. Decimæ ad Proventus Fiſcales pertinerent, ex antiquiſſima tamen, & per Leges quoque confirmata, & ſtabilita conſvetudine habent Poſſeſſores, ſeu Domini Terreſtres jus, illas ex parte Colonorum in territoriis ſuis provenientes, erga Arendam jam olim limitatam, pro ſe retinendi. Redemtio hæc, pretio frumentorum, Vini *cet* integro, exilior eſt, fuitque ab antiquo, docente Articulo Anni 1545. d. 25. Apr. An. 1616., 9. Oct. ſtatutum fuit: *Stet in arbitrio Poſſeſſorum, an Decimas redimere velint; ſi nolint, Princeps colligat.* Notatur ſimul, in Articulis, hoc & antecedentibus quibusdam annis, fuiſſe Arendam relaxatam. An. 1571. 24. Maji in *Articulum* refertur: *Si quis Arendam pro Decimis præſtare nollet, Decimæ aliis elocentur.* Valeant reliqui Articuli Comitiorum, quos cumulare in hoc argumentum pronum eſſet; Diplomatis Leopoldini de An. 1691. Puncto 16to prætermiſſo, quod ſic habet: „ De-
„ cimas etiam conſvetâ hactenus inter ipſos Aren-
„ dâ redimi ſolitas, Dominis Terreſtribus relin-
„ quemus; Arendâ tamen Fiſco reſervatâ. „ Perceptores Arendarum novem numerantur, vtpote in Comitatibus: *Albenſi, Küküllö, Koloſenſi, Thordenſi, Dobocenſi, Szólnok Interiori, Szólnok Mediocri, Kraſznenſi, Hunyadenſi.* Loca Siculica non ſunt decumana. Jam de Saxonicis.

5. De-

§. 199.

5. Decimæ in Fundo Regio, h. e. Sedibus & Diſtrictibus Saxonum, per Decimatores Fiſcales, qui plures ſunt, pro locorum numero, colliguntur; *quartâ* earum parte Parochis Saxonum attributâ. Memorabile ſuper his Decimis eſt Privilegium An. 1612. 28. Nov. á Gabriele Báthori Principe datum.

§. CC.

β. Directio Theſaurariatûs in Monetariis & Montaniſticis, Præſidem ipſum Theſaurarium, pro reliquo autem Perſonali tres Conſiliarios & Cancellariam habet; cui ſubordinata ſunt omnia illa Officia, quæ Rerum Montanarum, & Monetariarum curam habent, qualia ſunt: *Judicium Montaniſticum*; *Officium Monetarium*; *Officium Montanum Zalathnenſe*, & *Radnenſe*; *Auri Campſoratûs*; *Auri loturæ Proviſoratus*; *Res Uſtoria*; *Officium Silvanum*; *Proviſoratus Dominiorum Montanorum Zalathna*, & *Vajda-Hunyad.*

1. *Judicii Montaniſtici* ſeu Metallurgici Statum Perſonalem conſtituunt: Judex Montanus; Aſſeſſores tres è Statu Provinciali, totidem è Statu Montano; Notarius; & Fiſcalis Judicii. Sedem habet Zalathnæ. Hoc Judicium, eâ, quam nunc obtinet, formalitate, circa A. 1747. ordinatum eſt, & pro ejus directione, univerſâque Re Me-

§. 200.

tallurgica, in Diæta An. 1747. ad d. 23. Jan. Cibinium indicta, sunt Articuli 14. conditi, quorum medullam, pro historica, hac in parte, intelligentia, huc transtulisse, operæ precium erit. *Art.* 1. Judicium Metallurgicum, jam ordinatum, in ea sit & conservetur activitate, vt omnibus Metallurgicis, Vrburariisque Auri, Argenti, Æris, Mercurii, Sulphuris &c. Fodinas colentibus, pro prima Instantia habeatur, omnesque Lites de Metallurgia & rebus ad illam immediatè pertinentibus, coram hoc Judicio agantur. In Judicio duo Assessores (at An. 1755. 21. Aug. Art. 4^to in Comitiis Cibinii celebratis, tertius quoque Assessor, à parte Nationis Saxonicæ, Principali indulgentia adhibitus est) è duabus Nationibus, Legum patriarum periti, cum Salario Rh. Flor. 300. esse debeant; & in alterutrius Vacantia, Regium Gubernium, cum Thesaurario cointelligenter, tria idonea Subjecta denominet; & Thesaurarius medio Directionis in Re Monetaria & Metallurgica ordinati Collegii Aulici, Gubernium verò per Cancellariam Aulicam, nomina Candidatorum, directè ad Sacratissimam Suam Majestatem deferat. Omnes & singuli Metallurgi, seu Directores Fodinarum, qui Fodinas vel erigendo novas, vel veteres collapsas restituendo colere vellent, Literas (vt vocant) Facultatorias ab hoc Judicio expetant; quas sine Taxa dabit. Ideo nec Dominis Terrestribus, in proprio suo Territorio jam apertis vel aperiendis Fodinis suis, Directores Fodinarum suarum alios, quàm qui Facultatoriis provisi fuerint, admittere integrum esto. Anni verò *liberi*, (i. e. quibus decimæ ex mineris & metallis non solvuntur) pro Dominis

Terre-

§. 200.

Terreſtribus, ſi qui Fodinas aperire velint, cumprimis concedentur. A Decimarum præſtatione, Ferrum & hoc Ignobiliora Metalla eximantur. *Art.* 2. Ligna & Trabes, quibus Fodinæ, Stompæ, Molæque opus habent, ſi in terreno Domini, (Fodinas enim in loco quolibet aperire, Lege Patria, fas eſt) vbi Fodina eſt, ſuppetant, is juſto pretio, Urburariis, vt convenitur, præſtabit. Si conveniri nequeat; Delegati è Judicio, adſcitis pari numero Provincialibus Loci Legumque peritis, Differentiam cognoſcent, pretiumque ſtatuent: quod. ſi cui parti diſplicuerit, provocare ad Gubernium Regium, vt præſente Theſaurario, definitio ibidem fiat, integrum habet. Vbi denique Poſſeſſor loci, ſilvis, quæ & Officinæ & ſibi ſufficiant, caruerit; re compertâ, detrimento ſuo, vt præſtet, adigi nequit; ſed Vrburarius de neceſſariis ſibi lignis provideat. *Art.* 3. Metallurgi, aut ad hos pertinentes Laboratores (quibus unam alteramque vaccam, pro ſua domeſtica neceſſitate, licitum ſit ſervare) in pagis, Fodinis vel Stompis, quas colent, proximioribus, teneantur reſidere: vt pecora opportunius paſcere in locis liberis, ſeu communi, vt vocant, calcatura, poſſint. Quorum ſi quis conductitiâ domo utatur, locatori ſolùm domûs, & non Domino Terreſtri, taxam præſtet; niſi ſeparatum focum ſervare velit. (Hæc omnia de convenis Laboratoribus) Si propriam ſibi domum ædificaverit, de una ruſticana Seſſione, vel huic æquiparando ſpatio, pro ædificio imponendo, in recognitionem beneficii paſcuationis & lignationis, duos Florenos annuatim Domino Terreſtri ſolvere tenebitur. Si verò pertinentias (agros

§. 200.

cet.) quoque Fundo habitationis adjunctas coluerit, præter Decimas Domino Terrestri debitas, superaddat alios duos Florenos; talesque Oeconomizantes à pecoribus & semente, publicam etiam Contributionem, (alias enim ab oneribus ordinariis & extraordinariis, ab equisque Clitellariis immunes sunt) ad instar reliquorum ejusdem pagi incolarum, solvent. Sed numerus horum, proportioni illius pagi, ubi degitur, quantum fieri potest, accomodetur, ne Contribuentes rustici, ob manifestum defectum pascuorum, pecoribus destituantur, *cet.* Domum propria industriâ ædificatam, si Metallurgus loco migrare velit, licitum sit, quo poterit pretio, vendere: quam si pariter Metallurgus vel Urburarius emerit, eadem taxâ, qua prior tenebat, possidere valeat; si verò extraneus emerit, is teneatur, ad instar reliquorum Inquilinorum, Domino Terrestri servire. *cet.* *Art.* 4. Jobbagiones eodem profugi in tutelam & asylum recipiendi non sunt, invitis Dominis Terrestribus, aut recepti, si legaliter repetantur, reddendi. *Art.* 5. Metallurgi contra Subditos quidpiam perpetrantes, Judicio Montanistico ad congruam Satisfactionem sistendi; eo Justitiæ administrationem, pro æquitate, negligente, ad Thesaurariatum deferendi. In Casibus verò Potentiæ, Criminalibus, & Rem montanisticam non concernentibus, Jurisdictioni Magistratûs Provincialis suberunt. *Art.* 6. Si quidem Jus Educilli Dominis Terrestribus competat; teneantur de sufficienti Liquorum specie providere, vel Educillum Vrburariis in Arendam elocare: quod ipsum & de Jure Macelli intelligendum venit. *Art.* 7. Auri Lotoribus, (Vid. §. 29.

n. 9.

J. 200.

n. 9. §. 57.) cujuscunque conditionis hominibus, in alpibus, fluminibus & rivis, non solùm tridui spatio, (Est. respectus ad Legem patriam, Zingaris circumeuntibus §. 167. *n.* 2. moram uno in loco ultra triduum interdicentem) sed quousque illis libuerit, professionem suam exercere, integrum sit; neque per Territoriorum Patronos (quibus tamen graves & damnosi esse non debent) ullatenus impediantur: sed Patentibus à Judicio Montanistico provisi, iisdem Privilegiis & Immunitatibus, uti reliqui Urburarii, gaudeant. Aurum ab his, vt & omnibus aliis, ad Regium Campsionis Officium, erga statutum modo pretium, sub pœna in Legibus declarata, administretur; exceptis iis, qui circa Auri Lotionem specialia Privilegia habent, *cet.* Zingaris, qui ad Auri Loturam exercendam, privilegiatos in Transsilvania Coetus obtinent, eadem, quæ ceteris Auri Lotoribus, competant quidem Privilegia, ne tamen hæc in odium Dominorum terrestrium convertant, in horum territoriis, non diutiorem, quàm Auri Lotura requireret, moram faciant. Secùs ad Judicium Montanisticum deferendi, & ab hoc coercendi sunt. Reliquis autem Zingaris, Coetibus præfatis non insertis, exercitium Auri Loturæ, per absolutum & universum prohibitum sit. *Art.* 8. Jobbagiones & Inquilini reales, (i. e. fundos & beneficia territorialia tenentes) prævia cum Dominis Terrestribus conventione initâ, Matriculæ seu Regestro Vrbario inarticulari poterunt, & unà cum libertinis Vrburariis, ab extraordinariis oneribus habeantur exemti, pro capitali verò Contributione singulum Florenum annuatim præstent, à quo extranei immunes ha-

S. 200.

beantur; (*Art.* 3.) ne per hoc onus extranei, quorum opera res metallurgica in Transſilvania maximè indiget, ab inmigratiòne deterreantur. *Art.* 9. Si Dominus Terreſtris ipſemet, in ſuo Territorio, Auri Lotionem, Fodinæ cultivationem, exerceri curaret: permiſſum eſto, proportionatam Auri inventi quantitatem in proprium uſum convertere; ita tamen, vt Cæſareo-Regiam Auri Campſionem, de reſervatâ quantitate informet, & Fiſco Regio debitas decimas illius auri pendat; ultra hanc partem, quidquid auri vel argenti, ex fluviis extrahitur, ſive ex Fodinis procreatur, omne illud ex integro ad Auri Campſionem, erga ſtatutum pretium, adminiſtretur, ſub pœna prævaricationis in legibus expreſſa. Id etiam, de Plumbo, Mercurio, *cet*, intelligendum. NB. Vrburæ dicuntur horum decimæ. *Art.* 10. Auri adulteratores denunciati, viâ ſecundùm Decreta Regia præſcriptâ, puniantur: hujusmodi aurum verò adulterinum confiſcetur, ejusque tertialitas denuncianti, in ordinario Campſionis pretio, detur. (*De Auri & Argenti Adulteratoribus Vid. Art.* 5. *An.* 1755.) *Art.* 11. De Auri, Argenti & Mercurii prævaricatorum punitione. *Art.* 12. Idem, de Cuſoribus falſæ Monetæ, quod de adulteratoribus, ſtatuitur; tertialitate denuncianti redditâ. *Art.* 13. Pro avertendis variis inconvenientiis & ſequelis Rei Montaniſticæ maximè damnoſis, ſtatutum eſt, ne Vrburarii vel Laboratores in locis Fodinarum, vel aliis eo pertinentibus, quæ ob continuandum laborem ſuum frequentare debent, item in viis, in quibus Fodinas accedunt, per aliam Jurisdictionem vel quemcunque Magiſtratum, ſine præſci-

tu

§. 200.

tu Judicii Montaniſtici abducantur, vel areſtentur. *Art.* 14. Ex Judicio Montaniſtico ad Theſaurariatum, non exſpectatis Literis Præceptoriis differentiæ transmittendæ; inde etiam pateat recurſus ad Sacratiſſimam Majeſtatem. In quibus caſibus Privilegiorum productio requireretur, illorum ventilatio, non alibi, quàm in Tabula Regia fiat.

2. *Officium Monetarium*, habet Monetæ Magiſtrum, Contra-Agentem alias Quardanum, Caſſæ Monetariæ Perceptorem, Ferri Inciſorem, Scholarem, Practicantes Monetarios, Officii Scribam, Cuſorum Magiſtrum, & ſi qui ſunt alii. Domus Monetaria Albæ-Carolinæ fixa, unicaque nunc in Tranſſilvania eſt: olim illis in Vrbibus & Oppidis Monetæ ſunt cuſæ, *cum quibus fortuna ſtetit.* Quæ ea fuerint, cuſi Numi pulcrè docent apud *P. Fridvaldſzkium* Miner. *pag.* 112., inque hunc ordinem referunt: *Albam Juliam*, (nunc Alba *Carolina* eſt) *Cibinium*, *Coronam*, *Arcem Fagaras*, *Claudiopolim.* Mortuo Michaële I. Apafi, operas Monetales ceſſatas aliquamdiu, innuere videtur Punctum 4^{tum} Reſolutionis Leopoldinæ, An. 1693., 28. Apr. Ablegato Cibinienſi *Joanni Czabanio* datæ, quo ſcriptum eſt: „Non repugnat quidem Sua Majeſtas cudendæ in Tranſſilvania Monetæ juſti valoris & ponderis: cum tamen petitio Privilegii Civitati Cibinienſi largiendi, uberiorem requirat informationem; Sua Majeſtas penitùs indagabit obſervantiam præteritorum temporum, idque deſuper ſtatuet, quod Servitio ſuo, & publicæ Provinciæ commodo magis expedire videbitur, *cet.*

Arti-

§.200.

Articulus Diætalis 27^{mus}, Anni 1674. 17. Nov. notat, *antea facultatem cudendi Monetas, certo tempore, promiscuè indultam fuisse; at ne demùm privatis, præter Thaleros & Ducatos cudere liceat, sub pœna Decretali, i. e. Notæ infidelitatis interdicitur contra Nobiles; contra Rusticos sub pœna mortis.*

3. In Statu Personali *Officii Montani Zalathnensis*, sunt: Montium Magister; septem admodùm Assessores, quos inter nominantur: Geometra Montanus, Cassæ Montanæ Perceptor, Contra-Agens & Minerarum Probator; quos excipiunt, Actuarius Officii; Practicantes Montani; ac Cursores & Obequitatores. Supremum hoc Officium Montanum subsequuntur: 1.) *Officium Auri Campsoratus Zalathnensis*, (*n.* 1. *Art.* 7. & 9.) in quo sunt: Perceptor; Assessores 2 Zalathnæ, 3 Abrud-Bányæ; Vice Auri Campsores in Topánfalva, Brád & Torotzkó; Cursores & Obequitatores septem. 2) *Auri Loturæ Provisoratus*, ad quem pertinent: Provisor, Adjunctus, Cursor & Obequitator; his *Loturæ Curatores* adnumerandi. 3.) *Personale Vstrinæ Regiæ Zalathnensis*, vbi sunt: Ustrinæ Curator; Rei Liquefactoriæ Magister; Minerarum Probator; Minerarum Mensurator: Carbonum Ponderator; Mercurii Exustorum Magister. 4.) *Personale Vstrinæ R. Csertesensis*, cui addicti sunt: Cura tor Vstrinæ; Probator Minerarum; Ponderator Minerarum; Mensurator Carbonum. 5.) *Officium Rei Silvestris Regium*, in quo censentur: Silvarum Magister; Silvarum Csertesensium Curator; Silvarum Custodes numero 4. 6.) *Officiales Regio-Fiscalis Dominii Mont. Zalathnensis*, suntque: Provisor; Rationista; Spani tres, vl. Dominii Inferioris

rioris, Mediocris & Superioris; (ſic enim Dominium Zalathnenſe dividitur) Procurator Dominii; Curſor & Obequitator. 7.) *Fodinarum Regiarum Curatores* Boytzæ & Nagy-Ajæ; Hutmannus Primarius; Hutmannus Verespatakini; Officialis Montanus Körös-Bányæ.

4. *Officium Mont. Radnenſe* abſolvunt: Officii Præfectus; Montium Magiſter; Fodinæ Curator; Montium Scriba & Minerarum Probator; Vſtrinæ Curator; Molarum Contuſoriarum Inſpector; Hutmannus Fodinæ.

5. *Adminiſtrationis Dominii Vajda-Hunyadenſis*, (Ferrariæ celebris §. 54. *n.* 1.) capita & membra ſunt: Adminiſtrator Regius; Præfectus Officinarum Ferri; Duo Subpræfecti; Fiſcalis Dominii; Silvarum Curator; Adjunctus; Supremus Alpium Fiſcalium Gornico, ſive Præfectus Gorniconum; (*Gornicones*, rectiùs *Cornicularii*, ſunt cuſtodes Silvarum) Hutmannus; Chyrurgus. In *Proviſoratu Dominii*: Proviſor; & Rationiſta.

CAPUT XI.
DE STATU MILITARI.

§. CCI.

MILITARIS in Transſilvania STATUS quatuor periodos nactus eſt: *prima* fuit ſub Apoſtolicis Hungariæ Regibus antiquioribus; *ſecunda* ſub Patriis Pro-

vinciæ

§. 202 ... 902

vinciæ Principibus; *tertia*, Divo Leopoldo Imperatore gubernacula tenente initium ſumſit, brevique deſiit; *quartam* præſens Seculum feliciter ducit.

§. CCII.

I. *Quod ad primam Periodum*: Aevo Apoſtolicorum Regum (vt ne antiquiora nunc tempora recolamus) qui Transſilvaniam, velut provinciam ad Sacram Regni Hungariæ Coronam pertinentem, poſſederunt, (§. XCV. XCVI.) Provinciæ Wajvodæ (§. XCVII. XCIX.) Supremos in Transſilvania Armorum Præfectos egerunt, delectamque ex Nobilium & Ignobilium (§. CLXIX. CLXXV. CLXXVII.) ordine Militiam rexerunt.

Quo ſe Militaris Status modo, à tempore S. Stephani Regis, usque ad acerbiſſimum Ludovici II. interitum (§. 96. *n.* 14.) habuerit in Transſilvania, utpote indivulſiſſimo eatenus Hungariæ membro, ex Articulis Legum Hungariæ in *Corpore Juris Hungarici* contentis, & eorum temporum Hiſtoriis partim, partim ex Rei Militaris ſub patriis Principibus exercitæ conſideratione, colligi probè poteſt. Hìc ergo manum de tabula.

CCIII.

§. CCIII.

II. *Secunda Periodo*, quâ Transsilvani Principes (§. 102. *seqq.*) rerum potiebantur; exili numero pacis, tempore verò Belli & Insurrectionum generalium æque ac particularium, pro ratione earum, prolixo agmine, ex omnibus incolarum Nationibus, Nobiliumque & Ignobilium Statu, Militem Transsilvania suppeditavit; quem Principes, velut Summi Belli Duces, per dependentes à se & Intimo Consilio Generales, cum universa Re Militari, direxerunt.

1. Milites in Transsilvania, sub Principibus patriis, pacis tempore, pauci functi sunt, *Præsidiariorum*-*que* nomine venerunt: suo verò nomine Præsidiarios olim Milites Principes non habebant; sed tres Receptæ in Transsilvania Nationes, vario modo, eos constituebant. Articulis Diætalibus res erit clarior. An. 1548. Dom. I. Trinit. statuebatur: *Quælibet Natio* (Hung. Sicul. & Saxon.) *duo millia hominum pro Præsidio ad omnem occasionem teneat.* An. 1698. 23. Mart. *Numerus Militum Præsidiariorum, quia juxta Articulum Anni* 1555. *ter mille esse debebant, minuitur, & ad Equites* 500. *totidemque Pedites restringitur.* An. 1606. 17. Maji: *Siculi bis mille Equites, totidem Pedites, Comitatus* 500. *Equites, totidem Pedites, Principi de more antiquo sistunt; Saxones pro mille peditibus certam summam offerunt.* An. 1608. 3. Mart.; *Miles Præsidiarius*

3.209.

diarius, quem Comitatus in Aula Principis jugiter servabant, rursus ad 500. Equites & 500. Pedites restringitur. Haud rarò, pro securitate Patriæ Miles conscriptus; quod sic iterum Articulis docetur; An. 1577. 25. Oct. *Pro publica securitate, contra vicinos hostes irruptionem molientes, sistantur ex parte Comitatuum equites 200., Pedites 100.; per Siculos Equites 300.; per Saxones Pedites 400.: qui congregati, hostes irrupturos tantisper impediant, donec universim, juxta Articulos, insurgatur.* Idem decretum est An. 1590, 1594, 1599.

2. *Insurrectiones* sive Expeditiones Bellicæ, vel fuerunt *Generales*, vel *Particulares*. Tempore *Generalium* vix aliquis bello se subtrahere potuit; Lege enim definitum fuit, An. 1542.. Feria 4^ta^, post Dominicam Judica: *In Generali Insurrectione, universi Nobiles, Coloni & Saxones, per singula capita insurgant: at pro custodia pagi unus ex decem domi maneat, simul & Mercenarii, Servique conducti Dominorum; sed Scholastici, sub pœna capitis, insurgant omnes. Convocatio fiat, aut per Literas Locumtenentis, aut cruento gladio* (Avitico scilicet more, *Vid. Decret. Tripart. P.* 1. *T.* 3.) An. 1554, ante Festum Barnabæ Feria proxima statuitur: *In Generali Insurrectione, Civitatum, inter Saxones, duæ partes, cum machinis & tormentis bellicis, sub Judice Regio insurgant, & tertia domi maneat. Reliqui Saxones per singula capita ad bellum eant, velut Siculi, Nobiles Comitatuum, & ceteri incolæ. At in particulari Expeditione à 17. Colonis unus Eques sisti debet.* An. 1558. Festo B. Michaëlis: *Universi Nobiles, Siculi & Saxones, juxta priores Articulos, sese & Jobbagiones suos armis instruant; ita,*

ut

§. 203.

vt dum Princeps mandaverit, per ſingula capita inſurgere poſſint. Approbatarum Conſtitutionum *P* 3. *T.* 19., multa de Expeditionibus bellicis Nobilium Comitatenſium, juxta priores Articulos ſtatuuntur, ſignanter: 1.) Nobilis quisque, & tempore pacis, mandato Principis arma capiat, & ad loca Luſtrationis compareat. 2.) Morbo vel defectu corporis inhabiles, ſic & Servi Nobiles, loco ſui alios ſiſtant: at qui Civitatibus ſunt incorporati, perſonaliter quidem non inſurgant, ſed à Bonis & Jobbagionibus duplum præſtent. 3.) Vbi univerſim non inſurgitur, Nobilis quisque, loco ſui, Equitem unum, à 20. Jobbagionibus Peditem unum, vel à 30. Equitem mittat. 4.) Nobiles unius Fundi Equitem unum præſtent. An. 1671. concluſum: *Ad bella Offenſiva Inſurrectio ne jubeatur, nec Nobiles inſurgant.* Tabulæ Regiæ Aſſeſſores, teſte *Art.* 29. Anni 1634. 12. Maji, & Vice Judices Regii Sedium Siculicalium *Approb. P.* 5. Edict. 58. immunes Expeditionum fuêre: Tabulæ tamen Aſſeſſores, dum Princeps iis interfuit, eum ſequi debuêre.

3. In *Particularibus Expeditionibus*, ad quas, juxta ac *Generales*, paratus tempore quolibet eſſe Miles Transſilvanus debuit, varii ſervati ſunt modi. Nobiles æque ac Ignobiles caſtra, dum oportuit, ſecuti: Nobiles quidem ſæpe in perſona militarunt; Subditos alias certo numero expediverunt, ſæpe ſcilicet decimum quemque, ſæpe ſedecimum *cet*, armis & veſtitu militari inſtructum. Extractu Articulorum huc facientium, per diverſa tempora, doceamus; Anno 1545. decretum fuit: *Quilibet Nobilis, à decem Colonis* (Jobbagionibus) *in*

Insurrectione Gentium, uno Equite armis bene instructo paratus sit. Si ipse in alterius servitio fuerit, loco sui Equitem alium det; at penes istum apparatum, & communitas seu Plebs, uti jubebitur, in ea parte Regni, more bellico insurgat. Ne autem Colonis per vecturas vi boves eripiantur, 20. Coloni unum currum Victualem habeant. An. 1558. Festo SS. Trinitatis, Albæ Juliæ: *Dum personaliter Princeps militare intendit, Barones & Magnates, cum Exercitibus, vexillis & gentibus suis, Nobiles verò Hungari & Transsilvani viritim & cum sedecima parte Colonorum, Nobilium unius Sessionis media pars, sub amissione capitis & omnium Bonorum insurgant, & eo, quo necessitas publica postulaverit, proficiscantur.* Idem ferè An. 1568. statutum. An. 1565. Festo S. Vincentii, Claudiopoli, Norma Expeditionum Bellicarum definitur sequentibus: 1.) *Necessitate exposcente, quilibet Nobilium, pro more solito, cum decima sexta Colonorum parte, benè instructus compareat.* 2.) *Plebs promiscua capitatim parata sit; à decem Portis unus Sclopetarius, alter hastâ, octo lanceis instructi, qui unum habeant currum, in eoque securim, terebrum, ligonem* cet. 3.) *Unius Sessionis Nobiles, integrum aratrum habentes, equo benè instructi, dimidii verò aratri Pedites & sclopeto globulisque ac pulvere parati compareant.* 4.) *Servi Stipendiarios pro se sistant.* 5.) *Siculi & Saxones, non minùs in bellicis expeditionibus, quàm Contributione, æqualia cum Nobilibus* (i. e. Comitatensibus) *Onera sustineant.* An. 1566. Domin. Reminisc. Tordæ: *Quorumlibet Nobilium filii, cum decima sexta Colonorum parte, in bello compareant: Servi Regis, aut Dominorum, Stipendiarios loco sui sistant: alioquin Vice-Comites Bona illorum occupent. Unius Sessionis Nobiles quini unum equum,*

equum, hastâ, loricâ, clypeoque instructum præstabunt. Primores Siculorum capitatim insurgent; sic & Primipili viritim in Udvarhely comparituri. Qui inter Siculos præstare Tributum consveverunt, Stipendia pro Militibus persolvent. Civitatenses & Oppidani, 1000. *Darabontones è medio sui delectos, belligerandi peritos sistant; duo millia verò Darabontonum ære parato redimant. Nemo ex his oneribus se subtrahat, sub pœna Notæ infidelitatis.* An. 1573. 24. Jun. *Ad insurgendum, Nobilis quisque, juxta Articulos, sub Joanne II. conditos, cum* 16ta *Jobbagionum parte, personaliter in loco, ubi Literis Princeps jusserit, præsto sit.* An. 1598. 6. Jan. *Quisque, cum Equitibus & Peditibus, à* 20ma *Hominum parte paratus sit; Victualia, dum insurgitur, pro se & suis, ipsemet paret & deportet.* An. 1599. 21. Mart. *Nobilibus vicesimam Hominum partem* (quæ parato, vt notatur, stipendio quotannis interteneri debebat) *sistendi necessitas ea lege remittitur, vt dum res exigat, medio vel integro Jobbagionum numero viritim insurgatur.* An. 1614. 23. Febr. *In Insurrectionibus Magnates, signanter Domini Castrorum* (Kö-Váras Urak) *cum vexillis & bono Stipendiariorum numero, sic & alii Proceres ac Capitanei, quisque pro sua facultate, proprios secum Stipendiarios sistant. A Portis singulis singuli Pedites præstentur; quos non plebs contribuens præstet, sed solvet solùm Mense quovis portatim Flor.* 3, *quo Princeps jusserit, vt ære isto Miles conducatur. Hajdones cum Nobilibus personaliter insurgant, & à Vice-Comitibus dependeant.* An. 1616. 9. Nov. *Duæ Portæ unicum Peditem instructum præstent.* An. 1620. 5. Apr.: Notatur, tunc Nobiles à duabus Portis, Peditem unum, cum stipendio bimestri sistere debuisse; Equitem à sex Portis, simili stipendio,

§. 203.

Interim ſtatuitur, ne in poſterum ad danda Peditibus ſtipendia, cogi Nobiles Comitatuum poſſint. Siculi, quia Expeditio eſſet particularis, ſolùm 600. Equites offerunt. Saxones, more ſuo non defuturos, promittunt. An. 1654. 18. Jan. Art. 4.: *In Comitatibus, ubi Pagus eſt Nobilis, & Judicatum Nobiles ſupportant; temporibus Inſurrectionum, ne Communitatem Viris penitus deſtitutum iri contingat, Judex pagenſis domi maneat.* An. 1611. Apr. *Viduæ Nobilium à 4. Portis unum Equitem præſtent.*

4. Tres in Transſilvania Nationes Receptæ, non æquale ſemper Militiæ onus tulerunt, §. 150. *n.* 8. Vide de Siculis. De *Saxonibus* Art. A. 1575. ſic habet: *Saxones, quia nec Equitem, nec Peditem, à 16. Hominibus dare ſolent: continuos ſemper mille Pedites ſelectim conſervent, Officialibus proviſos.* Scilicet, Saxones inter annos 1558. & 1575. Militem Continuum non habebant, at ab hoc, usque ad An. 1601. loco Stipendiariorum mille ſemper Pedites paratos tenebant; tum in 2000. numerus augebatur; dein ſummâ certâ, quæ Stipendia 2000. Peditum annua conſtitueret, neceſſitatem ſiſtendi Militis Stipendiarii redimebant. *Appr. P.* 3. *T.* 19. *Art.* 14. ſtatuitur, vt Comes Nationis & alii Judices Regii, cum duobus quisque Civibus, & Peditatu, quem Natio ſiſtere ſolet, in Expeditionibus, ad latus Principis perſonaliter compareant; & licet ceteros Princeps, veniâ datâ dimittat, duo tamen præcipui, qui Sax. Nationem repræſentent, præſto ſint: at Peditatus eorum, quo numero ſit, & qualiter præſtari debeat, non definitur. Parochi quoque Saxonum, quia propter amplos Decimales, quos tum habebant, reditus, inſtar

Nobi-

§. 203.

Nobilium Possessionatorum censeri consveverant, tunc solùm, dum & nobiles ii, post An. 1658., contribuebant: at in Expeditionibus Bellicis, ad deportanda Instrumenta bellica, juxta Art. An. 1558. & Privilegium anni 1612. 29. Nov. [quorum vigore, Princeps Gabr. Bátori Decimas Parochis Saxonicis antea ademtas, sic restituit, vt hi bombardas & impedimenta bellica, more antiquo deportent] equos & currus propriis impensis suppeditabant. Quam dein obligationem, juxt *Approb. P.* 3. *T.* 19. *Art.* 18. §phum ultimum, certâ taxâ, quæ quanta fuerit nuspiam signatur, redimebant.

5. Quia hac Militum rustico vacantium labori collectione non bellè bellis consultum perspiciebatur: talis An. 1623. 14. Maji, Articulus (numero 2.) emanavit: *Statuitur, quod si quidem Pedites à duabus Portis dari soliti, hactenus militiæ ignari, parumque habiles fuerint: in posterum à duabus Portis, quisque unicum Jobbagionem, ab opere rustico immunem, armis instructum habeat; quibus Comites, Locumtenentes ordinent, iique angariatim Armilustria & Exercitia publica instituant*, cet. Sæpe hanc ob rem, ære Principes Militem conscribebant, qui continuo Marti famularetur.

6. Stipendia & Vestes Militum, partim per ipsosmet procurabantur, partim à regnicolis suppeditabantur. Nobiles æque ac ignobiles tempore Insurrectionum militiæ addicti propriis ordinariè Stipendiis militabant. Stipendiarii verò, hoc est, quos Nationes constituebant, item & conductitii, ex publica Contributione alebantur. Disertius ex

§.203.

Articulis patebit. An. 1555. 23. Dec. Art. conditur: *Ad ſolutionem Militum ſtipendiariorum, Nobiles è quavis Natione, per Jobbagiones ſuos, portatim Den. 99. pendant.* An. 1575.: *Ad Expeditiones bellicas Nobilis quisque in perſona Eques ſit; à 16ta Hominum parte, unum Equitem & unum Peditem, veſtitu ac armis inſtructum in promptu aſſervent. Dum in ſervitio militari fuerint, ſtipendia menſis unius ipſemet, reliquum Princeps præſtet. Statuti Tirones, pacis tempore ad Dominos redeant; at ſub Decurionibus, Vexiliferis & Centurionibus bis annuatim, coram Supremo Comite luſtrentur. Qui ſtatuere neglexerit, Luſtratione prima, Flor. 10. ſecunda Flor. 24. mulctetur, tertia Bona, pro quibus ſtatuere debebat, occupentur.* An. 1594. 12. Maji, ſtatuitur, Militi Præſidiario, per Menſes, hunc in modum ſolvendum: *Generali Flor. 300. Vexilifero Fl. 5. Tympaniſtæ 4. Capitaneo Pediti 8. Decurioni 4. Tympaniſtæ Pediti 4. Vexilifero 4. Gregario 3. Portio equilis pariter ſit Flor. 3. Miles ſpontaneus conducatur; ſervi conducti & Jobbagiones tributarii recipi non debent.* In ſumma: Conſtat, ab An. 1575. ad An. 1595. Comitatenſes, pro quovis Stipendiario, unius Menſis ſtipendium ſolviſſe. Ab An. 1595. ad An. 1599. trium Menſium penſio Stipendiariis à Nobilitate medio Jobbagionum præſtita eſt. Tandem ab An. 1611. ad 1620. alio ſe modo Stipendiarii habuere. An. 1611. 10. Dec. præter Contributionem ordinariam Stipendia duorum menſium, i. e. portatim Flor. 6. promiſſa. Annis quoque ſequentibus ſimili ferme methodo. Poſtea ſtipendia per ſingulos Menſes Militibus è publico ſoluta. Hinc An. 1671. 25. Nov. Art. 53. *Principe ad intertentio-*

tentio-

§. 203.

tentionem militis, quem augere debuit, stipendia repartiri petente; impositio propter statum plebis attenuatum deprecatur: sed proventus Tricesimæ ad Rubram Turrim, qui antea indultu Provincialium, per Cibinienses percipiebatur, eo convertebatur. An. 1680. 12. Dec. Art. 3. è publica Contributione, ad intertentionem Militis 12000. Flor. deputantur.

7. De pœna eorum, qui vel Militem Stipendiarium sistere neglexissent, vel stationem deseruissent, præter ea, quæ in superioribus retulimus, hæc in Articulis habentur præcipua: An. 1598. 30. Oct. *In Insurrectione absentibus, nisi se rationabiliter excusare valuerint, Bona adimantur; stetque in Principis arbitrio, an reddere illis, vel donare aliis voluerit.* An. 1634. 12. Maji, Art. 29.: *Dum personaliter insurgitur, qui pro sua facultate, decenter instructus comparere neglexerit, aut comparens absque venia recesserit, vel vitandæ solùm militiæ gratia, ante Insurrectionem servitio se addixerit, amissione omnium Bonorum mobilium & immobilium puniatur.* Idem An. 1640. 24. Apr. Art. 9. confirmatur. Illud etiam intelligendum de generalibus Armilustriis, *Approb. P. 3. T. 19. Art.* 3. An. 1648. 16. Mart. Art. 13.: *Siculi insurgere negligentes, pœnâ mortis puniantur; at Bona ne amittant: pro capitis tamen redemtione (si ita Princeps pœnam mitiget) fratribus aut vicinis impignorare possint.* Vid. Approb. l. c. An. 1661. 23. Apr. Art. 3. *Pedites Siculi ex Sede Aranyas, qui è Statione juxta Székelybid domum refugerant, ad arbitrium Principis puniantur: sed Status intercedunt, ne viritim si[...]li, verum aliqui, pro exemplo, plectantur.*

§. 203. ...

8. An. 1576. Dominica Judica, ſtatutum eſt: *Actus Potentiæ ſub Inſurrectionibus patrati, inter Milites, in caſtris dijudicentur; juxta tamen ritus diverſarum Nationum: at in Cauſis Jobbagionum Domini Terreſtres, vt adſiſtere poſſint, præmoneantur.*

9. *Generalis* Militiæ Transſilvanicæ unus aliquando, plures aliàs fuerunt. Nobilium Ignobiliumque Inſurgentium agmen, *Militiæ Campeſtris* nomine veniebat, quibus *Generalis Campeſtris* (Hungaricè *Mezei Hadak Generaliſſa*) præfuit. Miles conductitius Principis, *Aulicæ Militiæ* nomen gerebat, ejusque Generalis *Aulicæ Militiæ G.* (Hung. *Udvari Hadak Generaliſſa*) adpellabatur. Nationi item Siculicæ proprius ſæpiùs *Generalis* adfuit. At non infrequenter unus erat *Generalis Regni* (vt vocabatur) cui in Luſtrationibus annuis, Expeditionibusque bellicis Transſilvanus Miles omnis parebat.

§. CCIV.

III. *Tertia Periodo*, quæ ſub Glorioſiſſimo Rom. Imperatore LEOPOLDO M. viguit, duplex in Transſilvania Militia, *Germanica* nempe ſub Germano, & *Transſilvanica* ſub Transſilvano *Generali*, exſtitit: ſed exorto, auctore *Franciſco Rákótzi*, (§. CXXVI. *n. a.* §. CXXVII. *n.*) calamitoſo populari bello, turbatisque rebus, ab Altefato Imperatore, omnis fermè Militia Transſilvanica defecit, Rákoczioque adhæſit; quæ proinde, ſedato

§. 204

to bello, in Conventione Szathmárenſi, (§. CXXVII. *n. c.*) exauctorata & ad colendum agrum remiſſa eſt.

1. Conventum inter Cæſarem & Transſilvanos erat, An. 1687., de Protectione Auſtriaca, §. 123. *n. k.* Milesque Germanus in Transſilvaniam introductus: Militia tamen Transſilvanica, ſub diſtincta manſit directione, & à proprio ſuo Generali, qui tum Illuſtriſſ. Heros D. Sacri R. I. *Comes* MICHAEL TELEKI *de Szék* erat, dependit. Nec poſt mortem Principis Michaëlis I. Apafi, Benigniſſimus Imperator, eundem ſtatum Militarem inmutari ſivit; ſed, vt docet ∫phus 7^{mus} *Diplomatis Leopoldini de A.* 1691. 4. *Dec.* Transſilvano Militem Transſilvanum Generali regendum dedit, eique (qui tunc GREGORIUS BETHLEN, Magnas primi ſubſellii erat) An. 1693. 29. Apr. hanc, cum Formula Juramenti, præſcripſit Inſtructionem: „ 1.) Noſtræ Transſilvaniæ Militiæ Generalis, ante omnia, conſervationem & emolumenta Patriæ obſervet; in „ omnibus, quæ ad hæc ſpectabunt, negotiis, „ ea exſequatur, quæ Gubernator noſter Regius, „ cum Intimo Conſilio, eidem, Nomine Noſtro, præceperint, vel in ſubitaneis & moram „ non ferentibus motibus, proviſoriè illi faciendum decreverint. 2.) Vt cum noſtro Generali, Germanicam Militiam Commendante, ſinceram habeat colatque correſpondentiam, juxta Diplomatis Articulum 17^{mum}, Mandata & „ Diſpoſitiones Militares, quæ ſibi vel ab Aula, „ vel à Gubernatore Noſtro, & Conſilio Intimo

„ Tranſſilvanico obventura ſunt, cum eodem
„ Noſtræ Germanicæ Militiæ Commendante con-
„ ferat, modumque exequendorum cum prædi-
„ ctis conſultet & definiat; ſi quæ immediatè ab
„ Aula Noſtra Cæſarea, ad eum directa in caſu
„ neceſſitatis pervenirent, Gubernatori Noſtro,
„ & Conſilio Intimo inſinuabit, communicabit-
„ que cum Noſtræ Militiæ Germanicæ Commen-
„ dante, & inſimul executionem eorundem con-
„ ſultabunt & perficient. 3.) Vt inſurrectiones,
„ ſeu Particulares, ſeu Vniverſales, noſtro Regio
„ juſſu, vel ex præcepto Noſtri Regii Guberna-
„ toris & Intimi Conſilii faciendas, cum præſci-
„ tu dicti noſtri Regii Gubernatoris & Conſilii
„ Intimi, nec non Noſtri Generalis Militiam No-
„ ſtram Germanicam Commendantis, ita inſti-
„ tuat, vt earum occaſione nullos, Patria ipſa,
„ vel ſinguli, Statuum & Incolarum, ſentiant
„ commiſſos exceſſus vel abuſus. Quare nec ipſe
„ hujus Inſurrectionis occaſione aliquem quæſtum
„ exercebit, vel ab aliis exerceri permittet. Quar-
„ tirii rationibus & Stationibus Militaribus nul-
„ lum prægravabit, ſed æqualitatem in iis ſerva-
„ bit - - - - - 4.) Extra Militaris Inſurrectio-
„ nis tempora, ſeu in pace, ſeu in bello, Mili-
„ tiâ ſuæ fidei creditâ ad nullos utetur exceſſus,
„ neque aliis quocunque ſub prætextu prædictam
„ Militiam privatis uſibus, & maximè contra
„ juſtitiæ adminiſtrationem, vel executionem,
„ quocunque loco vel tempore concedet. Hæc
„ ſunt, quæ pro tempore, & negotiorum cau-
„ ſa, & conſtitutione moderna, præſenti Inſtru-
„ ctione comprehendenda & demandanda duxi-
„ mus, nobis per expreſſum Clementiſſimè re-

„ ſer-

§. 204. 202.2

„ ſervantes, Inſtructionem eandem hanc noſtram
„ augendi, minuendi, aut mutandi facultatem,
„ vt ſervitium noſtrum, rerum circumſtantiæ,
„ & Reipublicæ Transſilvaniæ ratio, tranquillitas
„ & commoda exigere videbuntur, *cet.*

2. An. 1711. 29. Apr. initâ pace, omnis Miles Transſilvanus dimiſſus eſt, armorumque, reſpectu hoſtilitatis, depoſitio juſſa. De quo Inſtrumentum Conventionis & Gratiæ Amneſtialis, §pho 2^{do}, ſic habet: „ Depoſitio etiam armorum, non
„ eo ſenſu intelligi debet, quaſi non liceat alicui
„ Arma geſtare; verùm omnem hoſtilitatem ceſ-
„ ſare debere. Licebit igitur Magnatibus & No-
„ bilibus, eorumque ſervis, juxta antiquum re-
„ ceptumque morem Nobilitatis, in ſuis præro-
„ gativis, cum geſtatione armorum (nullo ta-
„ men modo ad offendendum parato) liberè uti
„ ac incedere. Si porro aliquis, non obſtante
„ hac Amneſtiali Gratiâ, publicæ ſeu privatæ,
„ Regiæ vel Legalis etiam vindictæ, ſucceſſu tem-
„ poris, deſumendæ timorem obtenderet, Re-
„ giæ Benignitati & Fidei publicæ, non levis per
„ hoc injuria inferretur, Cujus paterna charitas
„ & juſtitia, abolito integrè omni anteriori rea-
„ tu, hanc ampliùs reſumendam non patitur.
„ Militibus demùm inferioris ordinis eandem Am-
„ neſtialem Gratiam ſimiliter benignè elargimur,
„ neque ulli eorum vis inferetur, ut ſervitia Cæ-
„ ſareo-Regia Militaria, ſepoſitis jam ad quietem
„ eorum armis ac animis, accipere cogatur. So-
„ lùm ut præſtito fidelitatis juramento, ad ſuas
„ ædes diſcedant, ibique Oeconomiam colant,
„ & quiete ſeſe contineant. Militibus verò ex-

terarum

§.205.

„ terarum Nationum, vtpote Germanis, Gallis, „ Svecis, Italis, aliisque, liber conceditur passus, „ ad suos redeundi, exceptis illis, qui ex Regi- „ minibus Cæsareo-Regiis profugissent; quibus „ tamen pœna, quam propter desertionem Re- „ giminum meruissent, remittitur; cæteroquin „ tales ad suas Legiones redire vel restitui debent.„ Sic adeoque finis Transsilvanæ Militiæ factus erat: sed non militandi obligatio in perpetuum remissa.

§. CCV.

IV. *Periodus* Rei in Transsilvania Militaris *quarta*, cum felici regimine Immortalis Gloriæ Imperatoris ac Principis, CAROLI VIti, initium cepit; quam nunc Virtutum Paternarum, tanto Cæsare dignarum, Sacratissimi Hæredes, AVGVSTA & AVGVSTVS, ad summum hujus Christianitatis Antemuralis tutamen & tranquillitatem providentissimè dirigunt, Militeque Germano æque ac Hungarico firmant.

1. Augusta & Sacratissima Princeps D. D. MARIA THERESIA, exordio statim felicissimi SVI Reginimis, quales de Militia in Transsilvania stativa habente ediderit Ordinationes, testantur Puncta 6. 7. 8. 9. 10. 11. Resolutionum Anni 1742. (§. 129. *n. b.*) Anno postea 1747. 28. Oct. *Regulamentum Militare* novum exhibuit clementer, quo Miles Suæ Majestatis, quartiria aut transen-

nas

§. 208.

nas in Principatu habens, tractari debeat. Nihil verò clarius, hodiernum in Transsilvania Statum Militarem nobis manifestat, quàm *Regulamentum Militare*, in rationem Militiæ in Transsilvania stativa habentis, An. 1759. 1. Nov. Cæsareis auspiciis emanatum. Inde, cui volupe est, cognoscenda hauriat.

2. Sub *tertia* & *quarta*, quarum meminimus, Militari Periodo, Supremi per Transsilvaniam Armorum Præfecti, nisi alicujus obliti fuerimus, hi functi fuêre: I. CAROLVS, Dux Lotharingiæ, §. 123. *n. k.* Post quem 2. Comes ANTONIVS KARAFA, Generalis Cæsareanus, in Transsilvaniam venit, firmiusque, quàm antea, Militiam Cæsaream stabilivit. 3. SIGEBERTVS HEISLER, An. 1690. Militem in Transsilvania Cæsareum direxit. §. 123. *n. b.* 4. LVDOVICVS MARCHIO BADENSIS, capto Heislero, rem bellicam tractavit. Eo Viennam petente, 5. Comes FRIDERICVS VETERANI, Armorum per Transsilvaniam Præfecturam adeptus, sapienter eam gessit, donec An. 1695. M. Sept. ad Lúgos in Hungaria, inito cum Turcis conflictu, vitam & gloriam, quam bellica virtute, adeptus erat maximam, posuit, gratam verò sui in Transsilvania memoriam reliquit. 6. JOANNES LVDOVICVS RABVTIN, *Comes à Bussi*, Sacratissimæ Majestatis Camerarius, Generalis Equitatûs, & unius Desultoriorum Regiminis Colonellus, initio præsentis Seculi. 7. Comes d'ERBEVILLE, An. 1705. Generalis, sub procellis Ràkóczianis, militarem, quam potuit rem in Transsilvania egit. 8. JACOBVS Marchio

CVSA-

§. 205.

CVSANI Cæſareæ Regiæ Majeſtatis Camerarius, Generalis Equitatûs unius Legionis Cataphractorum Colonellus, & ſimul Partium quoque Regni Hungariæ Cis-Tibiſcanarum Generalis Commendans An. 1708. 9. GEORG. FRIDER. Dominus de KRICHPAVMB, L. B. in Kirchberg, An. 1710. Vitâ functus. 10. STEPHANVS à STEINVILLE, Rei Metallurgicæ amantiſſimus & peritiſſimus, Diſciplinæ militaris cuſtos vigilantiſſimus, An. 1720. M. Sept. è vitâ migravit. 11. DAMIANVS HVGO S. R. I. COMES DE VIRMOND, A. 1721. 24. Jun. accepit, ac, 1722., morte urgente, Armorum directionem aliis reliquit. 12. LOTHARIVS JOSEPHVS S. R. I. COMES à KÖNIGSEG, An. 1722. 28. Sept. creatus, ad An. 1726. poſt Viennam arceſſitus, Legatus in Hiſpaniam mittitur. 13. JOANNES CAROLVS L. B. de TIGE, An. 1726. Officio ornatus, Septembri ejusdem anni, in Oppido Fel-Vintz, Supremum obiit diem. 14. FRANCISCVS PAVL. S. R. I. COMES à VALLIS, An. 1729. 4. Mart. ſucceſſit A. 1737. 28. Sep. ad plures abiit. 15. GEORGIVS CHRISTIANVS S. R. J. PRINCEPS à LOBKOVITZ, An. 1737. 28. Oct. Armorum Præfectus denominatur. 16. THEOBALDVS S. R. I. C. à CZERNIN A. 1743. Subſtitutus Arm. Præfectus. 17. Comes JOSEPHVS à PLATZ interimalis An. 1746. creatus. 18. S. R. I. Comes OTTO FERDINANDVS de TRAVN & *Abensberg*, An. 1747. M. Nov. ordinatus, 18. Febr. 1748., vitam cum morte permutavit Cibinii. 19. MAXIMILIANVS ULYSSES S. R. I. COMES BRAVN de *Montani & Camus*, An. 1749.

Armis

§. 205.

Armis præficitur. 20. Comes à BERNES denominatus, priùs quam Provinciam ingressus fuisset, è vivis, ereptus 1751. 21. Ejus loco Comes VENCESLAVS à WALLIS An. 1752. Constituitur. 22. ADOLPHVS NICOLAVS L. B. de BVCCOV, An. 1712. 7. Jan. natus, S. C. R. Majestatis Generalis Equitatûs, & Tribunus unius Cataphractorum Legionis, An. 1761. munere mactatus, An. 1764. 18. Maji mortuus. 23. Excellentissimus D. Comes ANDREAS ab HADIK, nunquam moriturum in Transsilvania Nomen, An. 1764. 5. Aug. Armis Transsilvanicis præfectus, ad An. 1768. sapientissimè administravit. 24. Exc. S. R. I. Comes CAROLVS O-DONELL, An. 1768. 27. Mart. clavum Præfecturæ Armorum capessivit, feliciterque usque An. 1771. tenuit. 25. Excellentissimus Dominus L. B. FRANCISCVS PREISS *Tit. Tit.* Supremus per Magnum Transsilvaniæ Principatum Armorum Præfectus, &c. &c.

§. CCVI.

Incliti Statûs Militaris Transsilvanici Corpus geminum nunc est: unum *Militiam Campestrem*, *Limitaneam* alterum complectitur.

§. CCVII.

α. Inclita MILITIA CAMPESTRIS (Hung. *Quártélyos Katonaság*) partim in Præsidiis & Civitatibus, partim in Oppidis

pidis & Pagis Comitatuum, Sedium Saxonicarum & nonnullarum Siculicarum hoſpitatur, ſtipendioque Cæſareo alitur.

1. Quem ad modum Militia Stationaria ſeu Campeſtris in Transſilvania ſe habeat, locupletiſſimè docetur in citato Anni 1759. *Regulamento Militari*, ex quo ſummatim, hiſtorica pro cognitione, quædam huc transtuliſſe, indignum haud erit. Ejus Præfatione declaratur, quomodo Sacratiſſima Princeps D. D. MARIA THERESIA, pro Maternæ Suæ ſollicitudinis ſtudiis, certas præſtationes gratuitas, ultra ordinarium Militare Quantum, ſub gratuitorum, ſeu carnis cruciferorum, Salgami, graminis, vecturarum item & angarialium præſtationum, *cet*, ex quacunque tandem ratione hactenus datarum titulis, huic Principatui, & incorporatis Partibus incumbentes, anno verò 1759. à Statibus & Ordinibus Trium Transſilvaniæ Nationum, in Rh. Flor. 160000. annuatim pendendis, unanimi conſenſu redemtas Clementiſſimè acceptaſſet, ratamque habuiſſet. Ita quidem, vt redemtio illa, non ſolùm de quatuor Equeſtribus, & duabus Pedeſtribus Legionibus, cum unâ Phalange (*Battaillon*) Principatui ordinariè illocari ſolitis, verùm de illis etiam Copiis, quæ forſan ſupra Quantum hoc illocari contingeret, intelligatur; neque in poſterum, quocunque demùm ſub prætextu, titulo prædictarum præſtationum gratis quid, ſive prælibatæ ſex Legiones & Phalanx in Caſarmis, Civitatibus, Præſidiis, vel alibi locorum illocatæ ſive contractæ, in Principatu exiſtant, ſive demùm ad Stationes contu-

§. 207.

contumaciales, confinia, Tyronum conſcriptiones, equorum transportum, vel quacunque ex ratione commendati ſint, nullo habito diſcrimine, vel minimum prætendere poſſint. *Puncta Regulamenti XII. ſunt. Punct. I. De Dislocatione Militiæ*, ſtatuitur, vt temporibus pacis, Dislocatio Militiæ, per Belli & Provinciales Commiſſarios pro ratione quotannis evenire ſolitarum Provinciæ circumſtantiarum, habita proportionis æquitate, concertanter projectanda, taliterque per commiſſarium Bellicum, Generali Armorum Præfecturæ, per Provincialem verò, Gubernio Regio, pro determinatione inter ambo, & adprobatione, ſubmittenda erit. Facta tali dislocatione, nulli Officiali licitum ampliùs erit, Stationem aſſignatam, absque Gubernii Regii, Supremæ Armorum Præfecturæ, & Superioris ibidem Commiſſariatûs Bellici & Provincialis præſcitu variare, vel alio transferre. Hoc denique Puncto exhibetur *Schema*, juxta quod Officialibus Quartiria præſtanda erunt; & declaratur, Sacratiſſimam Majeſtatem, Curias Nobilitares, & Domos Parochiales, Teloniales, Scholas, Molendina, nec non Allodia, Braxatoria, Diverſoria & Educilla, in genere omnia loca privilegiata, ab omni Hoſpitiorum onere immunia & libera velle. *Puncto IIdo*, *de Salgamo* vulgò *Service*) exponitur, quod ſublatis per redemtionem Præſtationibus gratuitis, præter ligna ad Domos annonarias, pro menſura duntaxat neceſſitatis, in coctionem panis præſtari ſolita, tanquam titulos Redemtionis non ingreſſa, primæ Planæ, vt dicitur, Officialibus, gratis ubique hoſpitia competent: contra autem, Subalterni Officiales, incipiendo à Vi-

Bayerische Staatsbibliothek München

§. 207.

à Vigiliarum Magiſtro incluſivè, usque ad Equitem vel Peditem Gregarium, ſive ſint, ſive non, uxorati, communem cum Hoſpite tecti, foci, luminis & ſalis uſum habebunt; quibus Hoſpites, pro competenti lecto, unam culcitram ſtramine repletam, unum pulvinar, duo linteamina, unam Lodicem in hyeme, in æſtate verò dimidium lectum, culcitram v. l. pulvinar & unum linteamen, cum tegumento æſtivali præſtare, culcitram ſecundo quolibet menſe ſtramine noviter replere, lecti munditiei & lotionis (non item Colipendiorum & induſiorum ac his ſimilium) vaſorum item culinarium curam habere tenebuntur. Pro quibus dietim, ab uno capite, in defalcationem Quanti (Contributionis) Militaris, unus crucifer acceptabitur. Officiales, Candelas uſitato forenſi pretio ement, lignaque focalia erga paratam ſolutionem habebunt. *Vid.* §. 66. *n.* 1. *Punct. III. De Intertentione Militiæ.* Quia AVGVSTISSIMA, Maternam eo impendit curam, quo Principatus in ferendo Contributionis eidem obvenientis onere, poſſibilia quæque ſublevamina capere poſſit: iis locis, ubi nullæ domus annonariæ ſeu Magazina exſtant, adminiſtratio panis à plebe facta in Contributionem acceptatur. De Macello proviſio habenda. Portiones equiles adminiſtrandæ. Omnia verò non ſine pretio. *Punct. IV. de Computibus Inſtituendis.* Si quidem Militia, & alii Aſſignatarii, ſuper omnibus, quæ ipſis in Naturalibus æquè ac parato ære aſſignantur & ſubminiſtrantur, ſemper particulares Quietantias exhibere obſtricti ſunt: hinc bonus ordo requirit, vt ſingulæ Legiones, vt & alii Aſſignatarii, cum Comitatibus, Sedibus, Civitatibus *cet*

omni

omni bimeſtri, debito ordine Computum ineant, quo Quietantiæ particulares, aliâ universali per Legiones extradanda commutari poſſint. Hanc porro univerſalem, per ſuos Perceptores, Communitates, erga contra-quietantiam Commiſſariatûs Provincialis, eidem Commiſſariatui, in ſortem Quanti Contributionalis, inferent. Fit in Computibus exceſſuum quoque ratio; & qualescunque præſtationes extraordinariæ, in Marſchibus patrati exceſſus, ſuperfluæ præjuncturæ, interdictæ diſcretiones, pluresque hujus generis exactiones, refunduntur. *Punct. V. de Incaſſatione Pecuniarum Contributionalium ad Caſſam Bellicam inferendarum.* Modus Incaſſationis deſcribitur, notaturque ſimul, (quod & vſu venit) vt in caſu, quo in remotioribus à Caſſa Militari locis excubaret Miles, ex mutua inter duos Commiſſariatus cointelligentia, pecuniaria quoque competentia Militis, ad Caſſam Circuli aſſignari poſſit, occaſione generalis Computûs in ſortem Quanti Militaris acceptanda. Statuitur verò & benigniſſimè decernitur, vt quo Plebi Tributariæ, menſibus æſtivalibus procuratione ruralis ſuæ Oeconomiæ deſudanti, allevatio quæpiam procurari queret; neve exactionibus & executionibus, occaſio, pro adquirendis vivendi mediis abriperetur; ideo Quantum Militare 719033. Rh. Flor. 25. xr, incluſâ Salgamalium reluitionis ſummâ 160000. Rh. Fl. adeoque in ſumma, in annuis Rh. Fl. 879033. & 25. xr. conſiſtens, (*quod pars eſt ſummæ §. 139. ſignatæ*) idque præferenter ante Provinciales neceſſitates deducendum, neque ad reſtantias antiquas aſſignandum, in quatuor æquales partiatur, & exinde pro hyeme 3. quartalitates, una de-

mum quartalitas in 219758. Rh. Flor. & 21½ xf. pro æstate disponantur. Si nonnulli, in præstando obtingente cunctarentur essentque morosi; executione Militari desumendum erit. Ubi tamen Pedites reperiuntur, equites ne adhibeantur. *Punct. VI. de eo, quod in Marschu & Transenna Militiæ observandum est. P. VII. de Etappis. P. VIII. de Vecturis & Præjuncturis.* Cum Transsilvaniæ Principatus, militarem quoque vecturam, in stipulata 160000. Rh. Flor. summa (exceptis Rei tormentariæ vecturis, nec non currulibus & manualibus operis ad Domos annonarias requisitis) redemerit: ideo, pro singulo quatuor equis aut bobus juncto curru, ad unam ordinariam stationem, ab uno motu sive itinere, (*Marche*) quam Militia pedes aut eques perficiendam habebit, 48. xf. solvantur. Ne verò præsumat quispiam aut vecturales currus ultra mensuram onerare, aut præjuncturas adeò excessivè impellere, vt pecora in via succumbant, & per hoc pessum eant, sub pœna refusionis damni, pro æquo & justo æstimandi. *P. IX. De gratuitis Laboribus. Vid. §. 152. n. 2. P. X. de Restrictione & Punitione Excessuum.* Consistunt Excessus, *primò* in superflua desumtione in quartiriis vel in itinere. 2do, in injuriis verbalibus & realibus, aliisque delictis. *P. XI. De Venatione, Piscatione, & Aucupio.* Gregariis, Decurionibus & Sub-Officialibus, venationes, aucupia & piscationes, nullo modo; aliis autem Officialibus universis, recreationis duntaxat causa, permissa sunto. Tempus tamen fœtificationis ferarum observandum; & quidem cervorum masculorum, à 15ta Sept. usque ad Vigiliam Pentecostes, Vaccarum, à Festo SS. trium Regum us-

que

§.203. . 505.

que ad Fest. S. Bartholomæi; Aprorum porrò Silvestrium, à Festo Purif. B. M. Virg. usque ad Festum S. Galli; Damarum denique femellarum, à 1. Mart. usque finem Maji; quibus temporibus præmissarum ferarum venatio, in permissis quoque campis & dumetis, vetita erit. *P. XII. De Munduris & aliis Militaribus apparatibus.* Hæc carptim ex Regulamento. Et viden', quàm his pulcrè Res Militiæ campestris Transsilvanæ illustrantur. Id tamen notes, velim, sex nunc Legiones Pedestres, demta una Phalange, & tres Equestres, in Transsilvania stativa habere.

§. CCVIII.

β. MILITIA LIMITANEA, ex *Siculica* & *Valachica* Natione, at distinctis Legionibus & Centuriis, Decreto SACRATISSIMÆ PRINCIPALIS AVLÆ, circa An. 1764. erecta est. vid. p. 505.

§. CCIX.

a. NATIO SICVLICA, quæ ab omni retrò ævo Militiæ addicta, tam sub Wajvodis, quàm principibus patriis, præcipuam à bellica virtute merita est laudem, & variis Privilegiis ideò a reliquis Transsilvaniæ Nationibus distincta exstitit: ad Militarem denuò Statum, quo post An. 1711. aberat An. 1764. Decreto Cæsareo-Regioque Principali, ex-

§. 209.

ceptis Sedibus Siculicis *Udvarhely*, *Márus* & *Aranyas*, revocata eſt.

1. An. 1711. Militem Tranſſilvanum, Rákóczio adhærentem, adeoque & Siculum, exauctoratum, ac ad colendas terras dimiſſum fuiſſe, ſuperius (§. 204. *n.* 2.) memoravimus, ſimulque monuimus, militandi obligationem ſalvam manſiſſe: AVGVSTÆ proinde placuit, peculiarem Militiam Nationalem Limitaneam, Pedeſtrem & Equeſtrem, eo fine erigere, vt illa, tam ad propriam ipſorum, Patriæque utilitatem, quàm etiam pro ratione occaſionum, ad conſervationem internæ quietis, totiusqu Imperii defenſionem converti poſſit. Dum itaque (*verba ſunt propria Sacratiſſimæ Majeſtatis*) in duplici hoc Clementiſſimè SIBI præfixo ſcopo, oculos SVOS, præ aliis in *Nationem Siculorum* (vt qui ſuarum etiam Conſtitutionum virtute jam olim & à primordio nati Milites; laudesque illorum, fortitudine priſcis temporibus partæ, quàm optimè notæ ſunt) conjeciſſet; è Liberis Siculis Sedium *Gyergyó*, *Csik Superioris* & *Inferioris*, *Káſzon*, *Kézdi*, *Orbai*, *Sepſi*, *Miklósvár* & *Bardotz*, duas Legiones Pedites, ſingulas è tribus Cohortibus (*Bataillions*) ſeu 12. Centuriis, & Legionem unam Equitum ex 8. Turmis erexit, iisque benè expertos Supremos & Inferiores Officiales præpoſuit. An. 1762. primùm arma Cæſarea Siculis fuerant diſtributa, & Officiales præpoſiti: at illi, quia longa annorum ſerie, priſco Statui Militari deſveverant; eo ſuis ſe libertatibus ac privilegiis excidere putantes, eadem arma, ſibi præpoſitis Officialibus, ſubmiſſè tamen & ſine omni rebellionis ſpecie, retribue-

runt,

§. 209.

runt, pauciſſimis in Militari conditione permanentibus. Dum hæc ita eveniſſent, per Patentes, Sacratiſſimo Nomine Auguſtiſſ. Principis, An. 1763. 8. Novembr. editas, publicatum eſt, tantum abeſſe, vt Sua Majeſtas detrimentum laudatæ Gentis Siculicæ intendiſſet, vt ejusdem potiùs Privilegia, Libertates & Emolumenta, in memoratis Patentibus expreſſa manutenere Clementiſſimè voluerit, priſtinoque honore militari ampliùs ornare. Delegatis igitur Illuſtribus Commiſſariis, qui Militiam denuò erigerent Siculicam; venerunt ii, & inchoando in Sedibus Gyergyó ac Csik, per reliquas Sedes, ſuperiùs recenſitas, opus Erectionis, initio Anni 1764. totum abſolverunt; ex eoque tempore, non viget modo, ſed in dies, Res Militaris, incrementa capit majora, imò ipſa quoque Cæſareâ laude aucta. An. 1764. 24. Mart. Regulamentum Militare, pro Siculo-Limitaneo Milite, Articulis 70., emanavit: ex hoc, militaris Siculorum Status, optimè omnium diſci poteſt.

2. „ Summa univerſorum Limetaneorum Militum „ Siculorum obligatio, in eo præcipuè conſiſtit, „ ut tam belli, quàm pacis tempore, præſidia Li„ mitum, excubias Stationum (*Poſtirung*) & Se„ mitarum, vt & conſervationem ſecuritatis Di„ tionis, una cum neceſſaria ad hoc perſecutione „ latronum, impeditione doloſæ inductionis pro„ hibitarum mercium & annonæ, aliarumque, cu„ juscunque illæ nominis fuerint, prævaricationum, „ transgreſſorum porro linearum limitanearum „ (contumaciarum, *Valachiam & Moldaviam dis„ jungentium*) pro modo emanandorum à ſuis

§. 209.

„ principalibus mandatorum curent; in genere „ autem, ea omnia servitia sine exceptione præ„ stent, quæ illis à Suprema Armorum Præfe„ ctura, & per consequens, ab ipsorum primi „ ordinis (*Staab*) & Superioribus Officialibus fue„ rint injuncta. *Regulam. Art.* 1.

3. Natio Siculica prioribus temporibus, §. 150. *n.* 8. Militare intra Patriam servitium propriis suis sumptibus facere tenebatur: nunc è speciali AVGVSTÆ DOMVS AVSTRIACÆ Gratia, pacis quoque tempore Militibus Siculis, intra vel extra Sedem, in Limitibus, Claustris (Passibus) Semitis, & penes domos limitaneas (Contumatz. *Vid.* §. 20. *n.* 2.) lineasque (Cordon.) custodias & excubias agentibus, & æque intra vel extra limites Principatûs, in reali functione militari constitutis, à die veri ingressûs in servitium, ad diem exitûs ex ejusmodi servitio, singulo Pediti in diem 4. Cruciferi, & singulo ex Equitibus 8. cruciferi traduntur: sed è stipendiis his custodes Vexillorum, Legionum, Carcerum & aliorum hujusmodi, velut Legionibus privatim servientes, excipiuntur. Ex eo stipendio panem suum, & Eques pro equo pabulum, ipsemet Miles procuret. *Art.* 2.

4. Siculi Liberi, antiquioribus temporibus, arma, & quæ alia bellum requirit, ipsimet sibi è propriis tenebantur procurare: jam Clementer Majestas Imperatoria decrevit, sicut in erectione Militiæ data sunt, ita dehinc quoque, quoties in summo servitio Cæsareo, citra culpam Militis destruentur, arma ignifera, & quæ lateri accingun-

tur

S. 209.

tur (ſine tamen apparatu dehinc coriario) ipſis dari. *Art.* 4.

5. Militi Siculo, pacis tempore, tributi, in illum, pro facultatibus & Bonis, cadentis, tertia pars; Contributio autem de capite aliàs pendenda integra, remittitur: tempore verò belli, quælibet uno in fundo manens Familia, quodſi unus aut plures illorum, militare ſervitium in exercitu obeant, ſub tempore militaris hujus eorum ſervitii, ab ordinario tributo, prorſus redditur immunis. *Art.* 7. Viduæ item, quarum mariti in ſervitio Regio forſan occubuerint, Juribus maritorum ſuorum fruentur.

6. De Siculis, An. 1608. 27. Sept. decretum erat, *vt, damno publico, aliis ſe ad Jobbagionatum obligantes, per eorum Generalem inveſtigentur, a Dominis reoccupentur, ſtatui priſtino reſtituantur; & ſi id denuo attentarent, capite plectantur:* nec hodie cuipiam, vt vel ſe ad ſubdititium ſtatum conferat, vel agros divendat, facultas ullo modo conceditur; niſi miles militi, at non jure perpetuo, vendiderit; idque ſumma in neceſſitate.

7. Siculi olim ſua è Gente Officiales ordinariè habuêre: id fieri in prima Militiæ Siculicæ reſuſcitatione poterat minimè, cum modernum militandi uſum non haberent. Supremi igitur Officiales, variis è Gentibus, maximam partem peregrinis, creabantur; Subalterni verò plerique ex Siculorum numero deligebantur. At eſt Clementiſſima Principis intentio, vt ephebi Siculi Linguâ Germanicâ & Rei Militaris peritiâ imbuantur, ſuæque fortunæ felicioris fabri evadant. Et

§. 209.

certè conſpicimus, per eosdem gradus, ad Suprema Dignitatis militaris faſtigia, quosdam jam Siculos, Nobilium ex Ordine, perveniſſe; & è Statu Primipilorum (§. 150. *n.* 7. NB. Hæc jam diſtinctio inter Siculos ſilveſcere cœpit, vt videre eſt §. 213. *n.* 3) ex Subalternis, nonnullos exceſſiſſe.

8. Sedium Siculicalium *Udvarhely*, *Marus* & *Aranyas*, incolæ, hac Militiæ erectione, ad Militarem ſtatum revocati non ſunt, ideoque ſtatum, quem ante erectionem Militiæ limitaneæ cum reliquis ad eam adſumtis Tribulibus communem habebant, adhuc retinent. Sic verò de iis, Præfatio Regulamenti Militaris Siculici ſonat: „ Quemadmo-„ dùm autem, ad erectionem hanc non omnibus „ omnium Sedium Liberis Siculis opus eſt; ita „ determinamus interim ad hoc liberos Siculos „ Limitibus proximarum Sedium Tsik, Há-„ romſzék & Bardotz; cum expreſſa nihilominùs „ Reſervatione, tres quoque reliquas Sedes Sicu-„ licas, Udvarhely, Marus & Aranyas, quando-„ cunque pro ea ratione, quam Summum no-„ ſtrum ſervitium & ſecuritas Principatûs, alia-„ rumque Ditionum noſtrarum expoſcet, ad con-„ forme Legibus complementum obligationis ea-„ rundem pariter evocandi. „

§. CCX.

Duæ Legiones Pedeſtres, & *duæ Cohortes Equeſtres*, e Siculis erectæ ſunt: *illarum* utraque tres Cohortes ſeu duodecim

§. 210.

cim Centurias complectitur; *has*, quatuor Turmæ extra Siculorum Sedes poſitæ ad integram Legionem explent.

§. CCXI.

1. *Prima Legio Pedeſtris Ordinis Siculica*, ex 12. Centuriis ſive Compagniis conſtans, Siculos Liberos, Sedium *Gyergyó*, *Superioris* & *Inferioris Cſik*, atque *Káſzon* complectitur, ac in *Cſik Szereda* Commendantem, Colonellum habet.

1. Ordine quidem Politico, Sedes *Sepſi*, *Kézdi* & *Orbai*, uno nomine *Háromſzék*, i. e. Tres Sedes, dictæ, Sedem *Csik* cum Filialibus *Gyergyó* & Káſzon præcedunt: at Ordine Militari, propter poſitum loci, *Csik* pro prima Legione conſtituta eſt.

Loca autem Centuriarum prima hujus Legionis procedenti verſus ſeptemtrionem hoc ordine occurrunt:

a. Centuria ſeu Compagnia *Káſzonenſis* totam Sedem Káſzon complectitur, adeoque habet Pagos *Fel-Tiz*, *Ujfalú*, *Jakabfalva*, *Al-Tiz*, *Imperfalva*. Tam in hac verò, quam ſequentibus Centuriis, Pagus, qui primo loco ponitur, Capitanei & Centuriæ Commendantis, Pagus ſecundus, Locumtenentis Primarii, tertius Secundarii Hoſpitium eſt; denominabimus porrò Centurias quæ ſequuntur â Pagis ſeu Hoſpitiis Capitaneorum.

b. Cen-

§. 211.

b. Centuria *Kozmásienſis* habet Pagos *Kozmás*, *Tusnád*, *Szent-Simon*, *Lázárfalva*, *Verebes*.

c. Centuria *Szent-Imrenſis*: *Szent-Imre*, *Cſekefalva*, *Cſatoſzeg*, *Szent-Király*.

d. Centuria *Szent-Györgyenſis*: *Szent-György*, *Meneſág*, *Bánkfalva*, *Ujfálu*, *Szent-Márton*.

e. Centuria (Colonelli) *Taploczenſis*: *Taplocza*, *Somlyo*, *Szent-Lélek*, *Szereda* Oppidum, *Sögöt*, *Cſomortány*, *Mindſzent*.

f. Centuria *Szent-Mihályenſis*: *Szent-Mihály*, *Szent-Miklos*, *Delne*, *Pálfalva*, *Szépviz*, *Vatſártzi*, *Görötsfalva*, *Borſova*.

g. Centuria *Rákoſenſis*: *Rákos*, (alterius Supremi Vigiliarum Præfecti Hoſpitium,) *Madaras*, *Amadéfalva*, *Dánfalva*, *Cſitſo*.

h. Centuria *Szent-Tamáſenſis*: *Szent-Tamás*, *Szent-Domokos*, *Jenöfalva*, *Karczfalva*. Sequentes quatuor Centuriæ ſunt in Sede Gyergyó, videlicet:

i. Centuria *Teleröpatakenſis*: *Teleröpatak* (Vice-Colonellus quoque Qartirium hic habet,) *Szent-Miklos*, Opp. Locumtenentium Hoſpitium.

k. Centuria *Ujfalvenſis*: *Ujfalú*, *Killyénfalva*, *Szárhegy*.

l. Centuria *Alfaluenſis*: *Alfalú*, *Cſomafalva*.

m. Centuria *Ditroenſis*: *Ditro*, *Remete*.

§. CCXII.

2. *Secunda Legio Pedeſtris* Siculorum, Sedium *Sepſi*, *Kézdi* & *Orbai*, nec non *Miklósvár*, & Filialis *Bardotz* incolas in Centurias colligit. Suique Moderatorem & Colonel-

§. 212.

Ionellum in *Kézdi Vásárhely* (quod Oppidum integram absolvit Centuriam, Colonello propriam; nec Milites Equestres admittit) hospitium habentem veneratur.

Centuriæ hujus Legionis Sequentibus Pagis (quorum primo loco positi Capitaneis, secundo Primariis, tertio secundariis Locumtenentibus Hospitia præbent) constant.

a. Centuria *Kézdi-Vásárhelyensis*: constat ex solo Oppido *Kézdi-Vásárhely*, ubi & Quartiria Officialium Centuriæ habentur.

b. Centuria *Barátosensis*: *Barátos*, *Kovászna*, *Páké*, *Körös*.

c. Centuria *Polyánensis*: *Polyán*, *Bélafalva*, *Esztelnek*, *Szent-Lélek*, *Kurtapatak*, *Almás*, *Csomortány*.

d. Centuria *Illyefalvensis*: *Illyefalva* Opp. *Arkos*, *Sepsi-Szent-Király*, *Kökös*, *Al-Doboly*, *Szemeria*, *Sepsi-Szent-György* Opp.

e. Centuria *Bereczkensis*: *Bereczk* Opp. *Osdola*, *Lemhény*, *Martonos*, *Nagy-Nyujtod*, *Kis-Nyujtod*, *Sárfalva*, *Szász-falú*, *Orosz-falú*.

f. Centuria *Nagy-Borosnyoensis*: *Nagy-Borosnyo*, *Bikfalva*, *Egerpatak*, *Lisznyo*, *Szatsva*, *Magyaros*, *Bita*, *Czofalva*, *Kis-Borosnyo*, *Fel-Doboly*, *Zágon*, *Papoltz*.

g. Centuria *Al-Torjensis*: *Al-Torja*, *Felső-Csernáton*, *Ikafalva*, *Alsó-Csernáton*, *Albis*, *Mátisfalva*.

h. Centuria *Zabolensis*: *Zabola*, *Létzfalva*, *Gelentze*, *Márkosfalva*, *Martonfalva*, *Telek*, *Tamásfalva*, *Páva*, *Haraly*, *Szent-Katolna*, *Imetsfalva*, *Petőfalva*, *Szörtse*, *Hatojka*, *Hilib*.

i. Cen-

i. Centuria *Dálnokensis: Dálnok, Bodok, Uzon, Maksa, Eresztevény, Bessenyö, Réty, Laborfalva* cum *Sepsi-Szent-Iván, Komolló, Szotyor, Kilyén, Angyalos, Fotos, Martonos, Gidofalva, Etfalva, Bodok, Oltszem, Málnás.*

k. Centuria *Bölönensis: Bölön, Közép-Ajta, Köröspatak, Miklosvára, Nagy-Ajta, Kálnok, Zalán, Zoltán.*

l. Centuria *Barótensis; Barot, Száraz-Ajta, Köpecz, Bodos, Sepsi-Baczon, Bibarczfalva, Olosztelek.*

m. Centuria *Telegdi Baczonensis* in Sede Bardocz: *Telegdi-Baczon, Füle, Vargyas, Száldobos, Bardocz, Magyar-Hermány, Kis-Baczon.*

§. CCXIII.

Legio Equestris Siculica una est, nec ea tota ex Siculis, sed etiam Hungaris quibusdam & Valachis constat: suum tamen Commendantem & Colonellum, in Oppido *Szent-György* Sedis Siculicalis *Sepsi* habet.

1. An. 1764. quo Militem Siculo-Limitaneum conscriptum docuimus, *Legio Siculica Equestris* ex octo solùm Turmis erecta erat; ex totidem Turmis paulò antea & *Legio Valachica Equestris*, alias *Dimacharum* dicta: sed An. 1772. Legio Dimacharum reducta est ad quatuor Turmas; quæ Legioni Siculicæ Equestri superadditæ, eam 12. Turmis constantem reddidêre. Turmæ in Sedibus Siculicis Equestres octo númerantur, quarum Commendantes & Capitanei his in Locis resident:

1. Gyergyó

§. 213.

1. *Gyergyó-Szent-Miklos*, Oppido Sedis Gyergyó. 2. *Dánfalva* & 3. *Szent-Mihály* Sedis Csík; 4. *Szent-Lélek*, 5. *Létzfalva*, & 6. *Alſó Cſernáton*, Sedis Kézdi; 7. *Gidófalva*, Sedis Sepſi. 8. *Nagy-Ajta* Sedis Miklósvár. 9. *Deſſán* Diſtrictûs Fagaras. 10. *Dobra* Comitatûs Húnyadenſis. 11. *Tövis* Comitatûs Albenſis, & 12. *Egerbegy* Comitatûs Tordenſis. Supra hæc: *Sepſi-Szent-György* eſt Statio Colonelli; *Bágyon*, pagus amplus Sedis Aranyas, habitaculum Supremi Vigiliarum Præfecti. Sic longé latèque hæc Legio per Transſilvaniam excurrit.

2. Ad Militem Equeſtrem pertinet, *Articulus* VI^{tus}, Regulamenti Militaris Siculici, quo definitur, vt ſi coram hoſtibus, aut perſequendis latronibus & prævaricatoribus, ictu lethali Equi, alias idonei perierint, aut ſecus in Servitio Regio inutiles facti fuerint, citra culpam Militis; pácis tempore 25. Rh. Flor. tempore verò belli in natura ex impenſis Ærarii noſtri compenſabitur. Et *Art.* XII^{mus}, quo edicitur: „Equi Limitaneorum Equitum inter facultates - - - non computabuntur; „ verùm illi à Tributo exemti prorſus habebuntur.

3. Quod ad Equites Siculos ſpeciatim: Olim inter Siculos Primipili Originarii, quorum v. l. Avi & Atavi, tempore etiam Matthiæ Regis in illo erant Ordine, in Ordine ſolùm Equitatûs Militabant, teſte Articulo An. 1559. 12. Jun.: at plures poſtea eorum ad Pedites relatos fuiſſe, §. 150. *n.* 7. b. retulimus. Nec in erectione Militiæ Siculicæ, *Primipili* omnes in Ordinem Equeſtrium, *Pixidarii*

contrà

§. 213.

contrà in ſtatum Pedeſtrium referri potuerunt: ſed habitâ facultatum ratione ad utrumque diſtributi. Certum quidem eſt, Siculos libertatem nactos fuiſſe in prima eadem erectione, num Pedites aut Equites eſſe mallent. Jam Pyrgopolinices aliquis ſurgat, qui Statum Perſonalem Ordinum Militarium manifeſtet.

§. CCXIV.

b. Ex NATIONE VALACHICA (§. CLVII.) *duæ Pedeſtres Legiones Limitaneæ* An. 1761. adſumtæ ſunt. 1.) *Prima Legio Pedeſtris Ordinis Valachica*, in *Diſtrictu Coronenſi* incipit, ac per *Diſtrictum Fagaras*, *Sedem Cibinienſem*, *Sedem Száſzvároſenſem* progrediendo, in *Comitatu Hunyad deſinit.*

1. Pars Gentis Valachicæ potior Nobilibus Transſilvanis ſubdita eſt, §. 156. *n.* 1. ſunt tamen eorum haud pauci Liberæ quoque conditionis, §. 178. *n.* 2. horum è numero Milites Valachi, maximam partem, creati.

2. *Legio prima Valachica*, Loca ad meridionalem Transſilvaniæ partem poſita occupat, (quemadmodùm Legio Secunda Valachica ad extremum fermè Provinciæ ſeptemtrionem; Siculicæ verò Legiones ad orientem ſituantur: ſicque cuſtodiendis limitibus adplicantur) & 12. ſuas Centurias, pro ſitu locorum, hac ſerie habet: 1. PRIMÆ CENTURIÆ pagi, in *Diſtrictu Coronenſi*, ſunt:

Szún-

§. 2 14.

Szúnyogſzeg & Tohán. 2. CENTURIÆ pagi, in *Diſtrictu Fagaras*: Marſina, Sebes, Kapotſel, Illyén, Ruſſor, Hurez, Szetſor, Szeveſtrény, Jaas, Nagy-Berivoj, Kis-Berivoj. 3. CENTURIÆ, in *Diſtrictu Fagaras*: Dragus, Leſſa, Poſorita, Ludiſor, Netot, Bráſa, Deſſán, Vajda-Rétſe, Telegdi-Rétſe. 4. CENTURIA, *Diſtrictus Fagaras* pagos complectitur ſequentes: Felſö-Árpás, Alſó-Árpás, Felſö-Utſa, Alſó-Utſa, Felſö-Viſzt, Alſó-Viſzt, Beſſenbach, Voila, Dridif, Nagy-Vajdafalva, Kis-Vajdafalva, Lutza. 5. CENTURIA, in *Diſtr. Fagaras*, habet: Ohába, Sinka, Vaád, Butſum, Herſény. 6. CENTURIA, in eodem *Diſtrictu*: Rákovitza, Szkó-ré, Felſö-Porumbák, Alſó-Pórumbák. 7. CENTURIA, conſtat pagis *Sedis Cibinienſis*: Orláth Brád & Veſtény. 8. CENTURIA, ſolo pago Sina *Sedis Cibinienſis* abſolvitur 9. CENTURIA, habet ex *Sede Száſz-Várôs*, pagum Kutſir ſive Kudſér, ex *Comitatu Hunyád*; Haró & Bátſi. 10. CENTURIÆ, in *Comitatu Hunyad*, Valle *Hátſzeg*, ſunt: Hátſzeg *Oppidum*, Totesd, Untſukfalva, Alſó-Farkadin, Zajkány, Klopotiva, Kernyesd, Felſö-Szilvás, Alſo-Szilvás, Száláspataka. 11. CENTURIAM conſtituunt, pagi itidem Comitatûs Hunyad, Vallisque aut Diſtrictûs *Hátſzeg*: Bár, Livadia, Galatz, Bajesd, Fejérviz, Baresd, Korojesd; Macſesd, Szatſal. 12. CENTURIA, *Hunyadenſis* pariter *Comitatûs* pagos complectitur; qui ſunt: Rákosd, Magyarosd, Hosdát, Al-Peſtes, Kereſztény-Almás, Kereſztur, Kis-Bartſa, Kerſetz, Vetzel, Mihajesd, Kaun, Száraz-Almás, Kozia, Bretelin. His veró in pagis, quos recenſuimus, plerisque, præter Mili-

tes Limitaneos, manent etiam Provincialiſtæ numeroſi. Officialium denique, his locis, habitacula ſunt, modo ſequenti; *Colonelli & Legionis Commendantis*, in Orláth. *Vice-Colonelli* in Oppido Hátſzeg. *Supremorum Vigiliarum Præfectorum* (Major) in Orláth & Vajda-Rétſe. *Capitaneorum*, in Szúnyogſzeg, Mardſina, Dragus, Alſó-Viſzt, Ohába, Rákovitza, Orláth, Kudſſér, Hátſzeg, Bajesd, Rákosd. *Primariorum Locumtenentium*: (Ober-Lieutenant) Tohán, Kapotſel, Vajda-Rétſe, Felſö-Utſa, Butſum, Felſö-Porumbach, Veſtény, Sina, Brad, Felſö-Szilvás, Livadia, Al-Peſtes. *Secundariorum Locumtenentium*: Szúnyogſzeg, Ilyén, Leſſa, Voila, Sinka, Szkóré, Orláth, Sina, Kudſér, Szálláspataka, Baresd, Kerſetz. Hanc verò Centuriarum & Habitaculorum ſeriem, Illuſtr. Supremi Vigiliarum Præfecti, D. HORATII de COCONARI, gratiis debeo: Hunc non *Barót* (pagus celebris Sedis Siculicalis Miklosvár) modó, ubi hoſpitio uſus, & Capitanei aliquot annis functus erat munere, ſed & vicinia latè omnis laudibus celebrat; ac Miles de prudenti diſciplina militari, Provinciales de eximia generoſitate, commendant.

§. CCXV.

2. *Secunda Legio Pedeſtris Ordinis Valachica*, ex Diſtrictu *Biſtricenſi*, & nonnullis Comitatuum *Torda*, *Kolos* ac *Doboka* pagis, Centuriatim Milites colligit, & à Tribuno in *Naſzód* habitaculum obtinente dirigitur.

§ 215.

1. Plerique hujus Legionis pagi in ambitu Diſtri-ctûs Biſtricenſis conſederunt: nihilotamen minus territorium, quo ejusdem Diſtrictûs pagi comprehenduntur, *Diſtrictus Radnenſis*, de Montano (§. 200. *n.* 4.) ſimulque Militari Vico *Radna*, nominatur.

2. Centuriæ ſecundæ Legionis ſequentibus pagis abſolvuntur: 1. CENTURIA, Telts, Bikis, Gauren, Romuluj; *Telts* hoſpitium Capitanei. 2. CENTURIA comprehendit pagos: Füldre (in quo Vice-Colonellus & Capitaneus reſident), Illova mika. 3. CENTURIA habet vicos: Rebriſora ſive Kis Rebra, in quo Supremorum Vigiliarum Præfectorum alter & Capitaneus quartirium habent, & Varoire, Neposque; Nepos pagus novus eſt, utpote cum erectione Militiæ natus. 4. CENTURIA, accepit pagos Comitatûs *Kolos*: Monor, (hoſpitium ſupr. Vigil. Præf.) Gledén; & Comitatûs *Tordenſis*: Marus-Monos-falva & Marus-Oroſzfalu. 5. Ad quintam CENTURIAM pertinent: Szálva (habit. Capitanei) Runk, Hordó. 6. CENTURIAM perficit: Szent-György. 7. CENTURIÆ adnumerantur: Radna (habit. Capit.) Illova mare, Magura. 8. CENTURIAM adſtruunt: Zagra, (habit. Capit) Pojen, Szupplei. 9. Ad nonam CENT. referuntur: Makkód & Mititye; Makkód quidem Capitanei reſidentia. 10. Centuria habet pagos: Major, Leeſs, & Szent-Jóſef: Capitaneus in *Major* hoſpitatur. 11. CENTURIA conſtat vicis, Naſzód, Nagy-Rebra (Valachis *Rebra mare*) Parva ſive Lunka, cum erectione Militiæ poſitus pagus. 12. Vltimam CENTURIAM definiunt:

Olá-Budak & Rágla, Comitatûs *Dobocenſis*; Nagy-Falu, & Szent-Iván Diſtr. *Radnenſis*; nec non Kis-Sajó, Comit. *Koloſenſis*; ex his Olá-Budak hoſpitium Capitaneo præbet.

3. Recenſitarum 5. Legionum Milites, ſunt in Transſilvania patrii Pedeſtres & Equeſtres: cave tamen putes, non præter hos alios militiæ nomen dare dediſſeque. In Tironum namque Conſcriptionibus, multi ſæpe in Statum Militarem jurant. At juxta regulam; quæ in *Articulo Diætali* V^{to}, anni 1751. ſic promulgata erat: „ Si quidem porrò „ aliunde prohibitum ſit, vt quispiam coactè ad „ ſuſcipiendam Militiam adigatur; item vt Pa- „ tresfamilias, eorumque unici filii, per quod „ domus paterna vacua maneret, & ex fundo „ etiam Contributionis decederet; ſervi præterea „ & opifices Dominorum domeſtici, ex eorum „ ſubditis conſtantes, aut qui victu & amictu Do- „ minorum ſuorum fruuntur; rationibus porrò „ obnoxii, antequam eas depoſuerint & expe- „ dierint, nec non criminalium delictorum rei, „ in Militiam admittantur; tanto minus Conſcri- „ ptoribus Tyronum carceres ſive Magiſtratuales „ ſive Dominales invadere, inde captos extrahe- „ re, & Militiæ aſſerere, licitum eſt. In his „ proinde caſibus, illi, ad quos res, ſive ex Offi- „ cio, ſive prætenſo jure pertinuerit, Officialem, „ vel Militem Conſcriptioni præpoſitum infor- „ mabunt; non ſecuto vero effectu, querelas „ ſuas, pro conſequenda reſtitutione, & ſatis- „ factione, ad inſtantiam eorum, & ſi opus fue- „ rit, ad Supremum hocce in Principatu Armo- „ rum Præfectum, vel ejus vices gerentem de-

„ ferent

§. 215.

„ ferent; & etiam ad Principem recurſum ſu-
„ mere poterunt.

§. CCXVI.

In ſeriem Statûs Militaris Transſilvanici, meritò veniunt, Nobiles Transſilvani, in numerum Nobilis Turmæ Prætorianæ Hungaricæ, quam A. 1760. Sacratiſſ. Apoſtolica Majeſtas erexit, adſcripti.

Scilicet, An. 1760. Auguſtiſſima, Prætorianam Nobilium Hungariæ Turmam erigere Clementer dignata eſt, quæ Auguſtæ Imperatoriæ Aulæ Cuſtodiam Viennæ tueretur. Diplomaque 14. Capitibus abſolutum, eidem Turmæ, centum & viginti Perſonis, præter eos, qui ad primam Militum ſeriem referuntur, conſtanti, An. 1760. 11. Sept. Benigniſſimè edidit. Interim SVA MAJESTAS Sacratiſſima Transſilvanorum quoque, tantum abeſt ut fuerit oblita, vt potius, pro Materna Teneritudine, his Clementiſſimis meminerit: „ Chare Comes
„ Pálffi! Eximia ſunt, quæ chara Tranſylva-
„ nia ab Exordio Regiminis Noſtri, præſtitit
„ Fidei Fidelitatisque obſequia. Quorum in-
„ tuitu, Regium, quod Turmæ Hungaricæ
„ elargita ſum, Diploma, & Privilegia, in
„ eo contenta, in Fideles quoque meos Tran-
„ ſylvanos in hanc Turmam adlectos, & in
„ futurum adlegendos, cum pleno jure exten-
„ di, & hanc Benignam Reſolutionem, cum
„ præattacto Diplomate conſervari volo. Vien-

§. 216.

„ næ, Die 27. Sept. 1760. MARIA THE-
„ RESIA. m. p. „ Eadem planè die, hanc Resolutionem Clementissimam, SVA Majestas, formalibus ad Transsilvanos transmittere dedignata non est. Hoc tempore, 20. plùs minùs Nobiles, juvenili ætate virentes, è Transsilvanico Magnatum & Nobilium Ordine, in memorata Inclita Turma numerantur.

§. CCXVII.

ADMINISTRATIO MILITARIS per *Supremam* in Magno Transsilvaniæ Principatu, Partibusque Reapplicatis *Cæsareo-Regiam Armorum Præfecturam* sive *Generalatum*, ab Excelso Consilio Bellico dependentem, peragitur.

In hoc Supremo Transsilvaniæ Militari Dicasterio, *Tit.* ARMORVM PRÆFECTVM sequuntur, ADJVTANTII & BRIGADERII, atque CANCELLARIA Cæsareo-Regia BELLICA, in qua sunt: *Cancellariæ Director*, *Concipistæ*, *Cancellistæ*, *Interpres Græcus*, & *Lingvæ Orientalis*.

§. CCXVIII.

Inclito Statui Militari, post Supremam Armorum Præfecturam, adnumerantur; *Delegatum Cæsareo-Regium Militare Judicium*; *Forum Superrevisorium Mixtum*; *Commissariatus Bellicus*; *Officium Rei Militaris Architec-*

§. 218.

chitectonicum, Officium Rei Armamentariæ Bellicum; & Præsidiorum Civitatumque Commendatura.

1. Incliti JVDICII DELEGATI MILITARIS Præses est Supremus Armorum Præfectus, Cui tam ex parte Militari, quàm Juris-Consultorum Consiliarii, & quidam Subalterni adsunt.

2. *Fori Superrevisorii Mixti* Præses est *Tit.* Supremus Armorum Præfectus, (Commendans Generalis) Adsessores verò ex parte Militari æquè ac Provinciali consident. In *Commissariatu Bellico* sunt: Commissarius Bellicus Superior, cum Commissariis Districtuum Bellicis. *Conf.* §. 188. *n.* 4. & §. 207. *n.* 1. Referuntur autem ad Commissariatum Bellicum, *Cassa Cæsareo-Regia Bellica*, & *Officium C. R. Annonarium*, quo pertinent: Rei Annonnariæ Commissarius, & Annonæ Officiales, Cibiniensis, Coronensis, Claudiopolitanus, Marus-Vásárhelyensis, Carolinensis.

3. Præsidiorum Civitatumque Commendantes sunt: Cibiniensis, Coronensis, Claudiopolitanus, Marus-Vásárhelyensis, Carolo-Albensis, Fagarasensis, Devensis, Bistritzensis, Rubræ Turris, Szamosujváriensis, & Csik-Szeredensis, qui simul Commendans est Primæ Legionis Siculicæ Pedestris, §. 211.

4. *Postæ Præfectoratus Officium*, quamvis ab Excelso Regio Gubernio jam dependeat: injuriam tamen haud fecerimus, dum hic ejus meminimus. Quemadmodum Officium Postale ante An. 1691. se in Transsilvania habuerit, §. 152. *n.* 2. innuimus,

§. 218.

Cæſareamque Intentionem commemoravimus. Nec eandem Intentionem Divus Imperator LEOPOLDVS M. depoſuit, ſed puncto quoque 14to Reſolutionum Alvintzianarum (§. 124. *n. c.*) An. 1693. hæc expreſſit: „ Poſtarum in Transſilva-
„ nia ritè ac providè adminiſtrandarum curam,
„ jam ante Cameræ Suæ commiſit Sacratiſſima
„ Cæſarea Regiaque Majeſtas, illamque de ob-
„ ſervandis iis, quæ ad hunc finem pertinent,
„ gravaminumque occaſione ſubmovendâ ſerio
„ monebit, & mandabit inſuper Gubernio, vt
„ loca, per quæ dictæ Poſtæ diſponendæ ſint,
„ proximè proponat, & in reliquo ſecuritati Po-
„ ſtarum ſtudeat. „ Rectus tamen Poſtarum Ordo ab An. 1722. in Transſilvania obtinet. Loca, per quæ Poſtæ diſcurrunt, quatuor Viis abſolvuntur. *Prima* via eſt à Corona Cibinium usque, ſuntque Stationes Poſtarum: *Corona*, ultrà quam Poſta Cæſarea in Orientem non excurrit, *Vledény*, *Sârkâny*, *Szombatſalva*, *Pórumbâk*, *Mág*, *Cibinium*, vbi Poſtarum Cæſarearum in Transſilvania Præfectus reſidet, *Mercurium*, *Sabeſus*. Hic in duas Vias ſeries Poſtarum dividitur, quarum una *Dobram* verſùs, altera verſus *Zilah* in Hungariam exit. *Secunda* itaque via eſt, à *Sabeſo* ad Dobram, his ſtationibus: *Sabeſus*, *Sibot* & *Száſzváros*, *Déva*, *Dobra*. Via tertia à *Sabeſò* verſùs Claudiopolim, usque Kémer, hoc ordine: *Sabeſus*, *Carolina*, *Enyed*, *Fel-Vintz*, *Torda*, *Claudiopolis*, *Kóród*, *Berend*, *'Sombor*, *Egregy*, *Bréd*, *Zilah*, *Somlyó*, *Kémer*. Via hæc initio præſentis Seculi, ex Cibinio, Balásfalvam ac Pánád, indeque Nagy-Lak & Kotſárd verſùs, ad Tordam expediebatur. *Via quarta* particularis eſt,

quæ

§. 219.

quæ ex *Claudiopoli*, *Agropolim* (Marus-Váſárhely) tendit. vid. p. 589.

CAPUT XII.
DE STATV ECCLESIASTICO.

§. CCXIX.

Ad STATVM ECCLESIASTICVM, Res *Sacra* & *Literaria* Magni Principatûs Transſilvaniæ refertur: quarum *hæc* Literarum Studia, *illa* Religionum exercitia explicat.

PARTICVLA PRIOR.
DE RE SACRA IN TRANSSILVANIA.

§. CCXX.

Res Sacra M. P. Transſilvaniæ, quatuor RECEPTAS, & TOLERATAS nonnullas RELIGIONES complectitur. Mox de *his*, nunc de *illis*.

§. CCXXI.

A. Quatuor *Religiones Receptæ* ſunt: 1. *Romano Catholica*. 2. *Helveticæ Confeſſioni*

§. 221.

ni addicta, vulgò Reformata. 3. *Evangelica* ſive Lutherana, & 4. *Unitaria* ſive Antitrinitaria, vt in Codice Legum appellatur.

1. A tempore Sancti Stephani, primi Hungarorum Regis, quo Hungari ac Transſilvani Chriſtianis Sacris initiati fuerunt, una in Transſilvania Religio, eaque Romano-Catholica, inter Hungaros, Siculos & Saxones, obtinuit, usque ad A. 1521. quo Doctrina Lutherana (de qua, vtpote toti Orbi Erudito notiſſima, nil attinet dicere) in Transſilvaniam penetravit, per Libellos Lutheri, à Mercatoribus Cibinienſibus adlatos; & poſt per *Ambroſium Sileſitam* ac *Joannem Surdaſtrum*, haud modico talium Librorum numero inſtructos. (Sileſiâ oriundi erant.) Erat tum Nationis Saxonicæ Comes ac Regius Judex Cibinienſis *Marcus Penflinger*, & Paſtor Primarius *Matthias Colomannus*; *ille* acceptis Lutheri Libellis, iis aſſentiebatur, & prædictos Plebanos multo favore proſequebatur; *hic* conatibus ejus reſiſtebat quidem, ſed repentinâ morte abreptus, Lutheri Doctrinæ progreſſum fecit. Mortuo, *Matthias Ramaſchi* ſucceſſit, qui à prædeceſſoris conatibus (quamvis non deſint, qui *Colomannum* quoque in Lutheri ſententiam tranſiiſſe adſerant) diſcedens, Lutherum palàm ſequebatur. Magiſtratus quoque, tradendæ Lutheri doctrinæ poteſtatem fecit. Interea Romano-Catholici, de exorta hæreſi, apud Hung. Regem, quo tum Transſilvania pertinebat, ardentiſſimè conquerebantur, & Ludovicum II. A. 1523. exorabant, *vt Lutheranos & eorum fautores*,

ac

§.221.

ac factioni ipsorum adhærentes, velut hæreticos, hostesque Sacratissimæ Virginis Mariæ, pœnâ capitis, & ablatione omnium Bonorum suorum, Majestas Regia, veluti Catholicus Princeps, punire dignetur. Rex Ludovicus igitur, datis A. 1523., Sabbatho proximo ante Dominicam *Cantate*, Budâ, Literis, firmiter mandavit, *Libellos Lutheri, tamquam excommunicatos, vicatim & per singulas domos requiri, inventosque publicè comburi, & deinde publicari, ne quis ejusmodi dogmata, assertiones & libellos eosdem vendere, emere, legere aut tractare præsumat, sub pœna confiscationis omnium bonorum* &c. Quod hìc Cibiniensibus demandatur, in publicis deinde Regni Comitiis facta definitione cavetur, An. 1524. in hanc sententiam: Lutherani omnes è Regno extirpentur, „& ubicunque reperti fuerint, non „ solùm per Ecclesiasticas, verùm etiam per Seculares personas liberè capiantur & comburantur. *Art. IV.* Certum verò, pro exsequendo negotio Cibiniensibus mandato, Commissarium, cum plenaria potestate, Archi-Episcopus Strigoniensis expediebat. Non contradictum Regio Edicto, sed potestate Commissario facta, haud pauci Lutheri Libelli conquisiti, & in foro Cibiniensi combusti fuêre. Sed frustra omnia, nam paulo post, An. 1525., in eadem Urbe ædibus *Joannis Csukás*, Schola Literaria aperta est, ubi etiam *Georgius Monachus*, Lutheri doctrinâ imbutus latebat. Tentabat ex communicatione ad obsequium Cibinienses reducere *Petrus Thonheuser*, Decanus Capituli, Archiepiscopique Vicarius & *Horrei majoris* Pastor: at ideo in maximum vitæ discrimen venerat, vixque precibus se liberare poterat. Et quamvis omnia rumore, timoreque

belli

§. 221.

belli (jam enim Turcæ inde ab expugnato Belgrado, latè per utramque Valachiam ſeſe diffuderant) plena eſſent, Ludovicus Rex tamen, vt ex Literis ad *Ladislaum Szálkánum*, à Cibinienſi Canonicorum Collegio, & Thonhauſero datis intellexit, in ædibus Joannis Cſukás Viri Ordinis „ Senatorii apertum eſſe ludum literarium, cantari linguâ vernaculâ Symbolum Nicænum, adeoque Miſſam fieri Germanicam: in iisdem ædibus degere Georgium quendam Monachum, ab Ambroſio Sileſita Concionatore quondam Cibinienſi ex Saxonia miſſum, qui in vicis finitimis ab obedientia, præceptisque Eccleſiæ populum avocet, dictitetque Evangelium annis plùs quadringentis fuiſſe abſconditum: Cibinienſem item Urbem ingredi plures dogmata Lutheri profitentes: rurſùs Monachum alium apud Eccleſiam D. Eliſabethæ eſſe, Joannem Surdaſtrum, qui Sermonibus ſuis Ordinem Eccleſiaſticum inſectatur: nullas denique decimas Parochis dari, à Marco Penfflingero Judice Regio Templum quoddam violari, à Quæſtore Regio, cæterisque rem familiarem Clericorum diripi: tributa imponi, minis ac probris omnes vexari; vt, inquam, hæc aliaque intellexit; Saxonum Judici Regio, cum pœnâ privationis Magiſtratûs, demandavit, Literis Budæ datis, pridie Feſti B. Mariæ Magd. vt ejusmodi homines comprehendat, ac quemque, pro gravitate culpæ, caſtiget. „ *Ita R. P. Andr. Illiá Soc. Jeſu, in Ortu & Progreſſu Variarum in Dacia Gentium ac Religionum.* Sed & Ludovici II. Regis inmaturo ad Mohatſum interitu, Lutheri dogmata maximum ſumſêre incrementum. Nullo

lo itaque modo à propoſito deterriti Cibinienſes, imò duorum, Joannis nempe & Ferdinandi, Regum contentione, §. 96. *n.* 15. in ſuum uſi commodum, An. 1529. 18. Febr. *Magiſtratu Civili ac Centum Viris Lutheri dogmate infectis, Collegium Canonicorum, Sacerdotes, Deoque ſacratos Viros & mulieres omnes*, intra octiduum, Vrbe excedere juſſerunt. *Fruſtra* Joannes quoque *Statilius*, Epiſcopus Transſilvanienſis Cibinienſes à Luthero avellere conatus eſt. Coronenſes quoque exemplum Cibinienſium ſecuti, „Catholicos Sacerdotes in „ exilium ablegarunt, Ordinis Seraphici Sodales, „ qui Divina ad SS. Petri & Pauli Apoſt. pro- „ curabant, in Cſikienſem Provinciolam abire, „ Prædicatores Templum ac Cœnobium, cum „ Septem Pagis, deſerere coëgerunt. Crevit in „ dies malum, *Joannis Honteri* operâ, qui poſtea- „ quam cum ſcientiis variis, tum Lutheri doctri- „ nâ pleniſſimus Baſiliâ Coronam, unde ortum „ duxerat, rediit, vt opera ſua Geographica, „ libelloſque doctrinam Lutheri continentes, pro- „ cuderet, Typographiam erexit. *Ita P. Illia l. c.* Redierat ſcilicet, An. 1533. circa Feſtum D. Margarethæ *Joannes Honterus* Baſileâ, ductis ſecum typis Typographisque. Protinùs igitur Lutheri Opuſcula & mox Auguſtanam Confeſſionem prælo ſubjecit, ac primùm Coronæ; poſtea toti Diſtrictui Barcenſi Lutheri dogmata inſtillavit. Socii ibidem Honteri fuêre *Matthias Calvinus*, (Glatzius aliis) *Valentinus Wagner* Coronenſis, Linguæ Græcæ peritiſſimus, (qui pro Græcis Coronæ degentibus, Catecheſin rudimenta novelli cultûs Dei complexam, Græco ſermone vulgavit; Novumque Teſtamentum Græcum, cum Verſio-

ne

ne Erasmi, & ſuis notis, edidit; mortuusque eſt An. 1557.) & *Joan. Fuchſius*, Civitatis Coronenſis eo tempore Dictator: qui *Barciam totam in Lutheri caſtra trahebant*. Mortuo *Joanne I.* Hung. Rege, §. 96. *n.* 15. *c.* Iſabellâque in Transſilvaniam translatâ, illa, conſilio Martinuſii §. 96. *n.* 15. *c.* ſtatim atque Albæ Juliæ ſedem fixit, Comitia Generalia An. 1543. Claudiopolim indixit, & „Lutheranum dogma profitentes ad Con„ventum evocavit, interque reliquos, Honte„rum, cum nonnullis è Senatu Coronenſi; quo, „cum exiſtimaret Honterus, maximum ſe diſcri„men aditurum (exemplo doctus æditui Váradi„enſis, in quem Martinuſius graviter animad„verterat)„ Matthiam Calvinum ſibi ſuffecit; qui cum *Jeremiâ Jackelio* Paſtore Coronenſi, *Nicolao Stephani* Paſtore Roſnenſi, & *Valentino Heltvimanno*, nec non Judice Coronenſi *Fuchſio* & duobus Senatoribus, Claudiopoli comparuit. Sed firmiter in Lutheri doctrina permanentes, ſalvi Coronam remiſſi ſunt; & „nihil penè in eo Con„ventu pro Religione ſancitum eſt: quantum „enim *Martinuſius* Lutheri aſſeclis adverſabatur, „tantum illis *Petrovitſius* (§. 96. *n.* 15. *c.*) pa„trocinabatur. *P. Illia ibid.* His actis, aliæ quoque Saxonum (non longo poſt & Hungarorum) Eccleſiæ, ad Lutheri caſtra tranſierunt. Et quidem, *Schæsburgi* An. 1544. Lucas Crocæus; *Kyſdini* Ægydius; *Muſchnæ* Vincentius; *Birthalbini* Franc. Salicæus; *Mediæ* Bartholomæus Altenbergius; *Biſtricii* Albertus Ceſarius, & Matthæus *Teutſcherus Heidendorffii* Adamus Pomarius; *Lechnicii* Chriſtianus quidam, *Sabeſi* Jacobus Mellenbrigerus; *Reichvinii* Glatzius, aliique alibi, Lu-

thera-

S. 221.

theranam fundarunt Religionem, ita, vt ad An. 1545. huic univerſa Natio Saxonica ſubſcripſerit, dictoque anno, in Synodo Mediæ celebrata, *Confeſſionem Auguſtanam*, pro norma profeſſionis fidei delegerit. An. 1552. conſcripta Synodo Cibinii, electoque per Miniſtros Eccleſiarum, *Paulo Wiener* Labacenſe, Paſtore Eccleſiæ Cibinienſis in Superintendentem, Ordinationis munus ei demandatum, ſicque Ordinatio Miniſtrorum Lutheranorum in Transſilvania inchoata eſt. *Hic eſt ortus Relig. Lutheranæ.*

2. Qua ratione Religio *Helveticæ Confeſſioni addicta* ſive (vt Articuli Legum patriarum nominant) *Reformata*, initium & incrementum ceperit, Hiſtorici varii, otium nobis hac in parte fecerunt. Ad ea nos, quæ Transſilvaniam ſpectant, gradum faciamus. Dum iſthic primitùs, à Romanâ recedebatur Eccleſia, Lutheri dogma usque ad A. 1550., apud omnes in pretio erat, Saxones ſcil. æquè ac Hungaros; *Lutheranique* omnes nuncupabantur. Anno verò 1557. *Martinus Kálmán-Cſébi*, alias *Claudus* dictus, (minùs recte quibusdam *Kálmánchæus*) Legum Doctor, Paſtor Eccleſiæ Debreczinenſis, juxta *Zvinglii*, *Calvini* & *Bullingeri* doctrinam Eccleſias componere incipit. Quo offenſi Saxones Transſilvani, Synodum eodem anno Claudiopolim, contra *Calmancſebium*, *Ludovicum Szegedi*, *Laurent. Perek* & *Valentinum Criſpum* (Fodor) Paſtorem Eccleſiæ Tordenſis, ac reliquos ejusdem ſententiæ Viros, tunc per contemtum *Sacramentarios* vocatos, indicunt; ad quam præcipui Paſtores Eccleſiarum totius Transſilvaniæ, diſputandi gratia, 13. Jun. conveniunt: at effici-

§. 221

efficiunt nihil. Cum exitu ejusdem anni Miniſtri Eccleſiæ Claudiopolitanæ, *Stancari* Itali, de Mediatore Sententiam impiam, qua Jeſum ſecundùm Humanam ſolùm Naturam Mediatorem adſerebat, rejiciunt, & indignabundum dimittunt; nec unquam ejus opiniones à Calvinianis receptæ fuerunt. An. 1558. 1. Maji, Synodus Paſtorum Hungaricæ Nationis in Oppido Torda celebratur, vbi non modo contra *Franc. Stancarum*, ſed etiam eos, qui cum *Kálmántſebio* negabant veram realem præſentiam Corporis & Sangvinis Chriſti in Cœna, agitur: maxima namque Hungarorum pars, cum *Franciſco Davidis* Luthero adhuc adhærebat. An. 1560. integratur Colloquium inter Paſtores Eccleſiarum Saxonicarum, *Franciſcumque Davidis* (qui An. 1556. Superintendens Eccleſiarum Hungaricarum Lutheranarum erat, ſed à *Petro Melio* (perperam quibusdam *Melith* audit) Paſtore Debrecenſi, pluribus in Transſilvania Synodis præſente, majoremque Hungarorum & Siculorum partem Calvini dogmate imbuente, doctus, Calvinum ab An 1548. ſequebatur) & *Caſparum Heltum* ſeu *Heltai*, in Congregatione Medienſi, d. 10. Jan. ac poſt longam & verbalem diſceptationem, cum utrique hi in ſententia *Kálmántſebii* de Cœna Domini perſeverarent, communi conſenſu à Saxonibus excluduntur, abjectaque charitate priore, quàm mutuò colebant, non pro Fratribus, ampliùs agnoſcuntur. „ A. 1561. „ 6. Febr. in Urbe Medienſi, juſſu Joannis II. „ Principis, Diſputatio denuò de Cœna Domini „ inter *Franciſcum Davidis* & Calvini ſententiam „ amplectentes, ac Eccleſiarum Saxonicarum Mi- „ niſtros inſtituta eſt. Illic per aliquot dies utrinque

§. 221.

„ que res magnâ contentione, multisque ſcriptis
„ fuit agitata. *Franciſcus* aliique Calviniani, à
„ Calvini ſententia non recedebant; Corpus nimirum
„ & ſangvinem ſpiritualiter, non corporaliter,
„ nec ore ſed corde, ſeu fide ſumi. Saxones
„ Lutheri ſententiam probarunt. Acta hujus
„ Diſputationis & ambarum partium Scripta,
„ ex Principis Decreto, præcipuarum Germaniæ
„ Academiarum Judiciis & Cenſuræ ſubjiciuntur.
„ Saxones ſuos Legatos expediunt ad Saxoniæ,
„ Miſniæ, ac vicinas Academias, & ſuffragia
„ pro ſententia ſua ab ejusdem Doctrinæ veteribus
„ Magiſtris facile obtinent. Duravit hoc diſſidium
„ aliquot annis, ſtudiis hominum huc &
„ illuc inclinantibus. *Miſcellanea Tigurina P.* 11.
p. 147. Hæc, de qua agimus, Synodus, celebrata fuit ex Decreto Comitiorum Generalium An. 1560. Feſto B. Martini *Claudiopoli* habitorum, vbi in hac comparituri decernebantur, è Nobilibus: *Franciſcus Mikola*, *Ladislaus Metskei* Protonotarius, *Mich. Gyeröfi*, *Mich. Kornis*, *Emericus Lázár*, *Valent. Kálnaki.* Saxones etiam è gremio ſui certas perſonas eligendas habebant. Diſſidio ulteriori obviam ituri Transſilvaniæ Ordines, An. 1563. Comitia Tordam indixere ad d. 28. Maji, vbi Decretum An. 1557. 1. Jun. Tordæ itidem conditum, repetitur & firmatur, vt quisque eam, quam mavult, Religionem amplectatur, ſine coactione; & in alendis Fidei ſuæ Concionatoribus & uſu Sacramentorum quisque liber ſit, ac neutra partium cum altera injuriâ aut vi decertare ſibi præſumat. Nec his tamen ſedatis contentionibus, An. 1564. *Feſto B. Agnetis*, Articulo Comitiorum, Synodus in Oppido Enyed habenda

§. 221.

decernitur. Ad imminentem eandem Synodum, *Joannes II.* Rex, *Georgium Blandratam* Medicinæ Doctorem misit, cum Literis, Dominica Quasimodogeniti Albæ Juliæ datis, quibus Synodo significat, se dictum *Blandratam* cum pleno mandato & & authoritate sua delegasse, vtpote Virum gravem, eruditum, & in S. Literis non mediocriter versatum, qui colloquiis intersit, & dissensiones, ac rixas compescere studeat; statuitque magis è re futurum, si scripto utraque pars suam assertionem proponat, *cet.* simulque Synodum commonefacit super electione Superintendentis ex utraque Natione, Hungarica scilicet & Saxonica. Celebrata ipsa Synodus Enyedini est, ubi dum conveniri in unam sententiam minimè potuisset, *Dionysius Alesius*, in Superintendentem Hungarorum ac Siculorum, Calvini placitis maximam partem adhærentium denominatus est; Saxonibus verò Lutheranis, *Matthias Hebler*, quem adhuc An. 1557. elegerant, secundus Superintendens mansit. Ex hoc proinde tempore Lutherani & Calviniani (h. e. Helveticæ Confessioni addicti) realiliter distincti sunt. *Hæc de Ortu Religionis in Transsilvania Helveticæ.*

3. De *Vnitariis*, qui Theologis *Sociniani* audiunt: Vnitariæ hujus in Transsilvania Religionis, primus propagator exstitit *Georg. Blandrata*, Italus Pedemontanus, Med. Dr., qui Papiæ ob novas in Religione hypotheses persecutus, Genevam se recepit, Cœtuique Protestantium addixit; mox verò, ubi Socinianam de Christo Deo proponeret sententiam, nec satis tutum illic se putaret, An. 1558., in Poloniam secessit, unde A. 1563.

in

§. 221. ...

in Transſilvaniam venit, munere Archiatri in Aula Principis functurus. Sed nec eo tempore, quo Transſilvaniam ſalutavit, nec An. 1564., quo Enyedinum fuiſſe miſſum memoravimus, cuiquam adhuc ejus de Jeſu Chriſto & SS. Trinitate Opiniones innotuerant; verùm mox ex variis variorum, puta, Calvini, Simleri, Bezæ *cet.* ſcriptis, Poloni, Hungari & Transſilvani de iis admonebantur. Interea *Franciſcus Davidis*, qui à Lutheranis ad Calvinianos, vt dictum eſt, tranſierat, cum Blandrata familiariter converſatus, facunditate illius, qua multùm pollebat, perſvaſus, relictis Calvini dogmatibus, Socinianis ſe partibus addixit. Erat tunc Principi à Sacris Concionibus *Dionyſius Aleſius* (§. 233. *n.* 1.) Lutheri primùm, poſtea Calvini Doctrinam, cum ipſomet Principe *Joanne II.* ſecutus: quàm primum verò *Davidis*, hypotheſes *Blandratæ*, fuiſſet amplexus; idem Blandrata, gratiâ, qua apud Principem plurimùm valebat, perfecit, vt remoto *Aleſio*, Davidis in ſucceſſorem deligeretur: quo obtento, Socini opiniones, non Principi ſolùm, ſed & reliquis Aulicis inſtillabant. Primùm itaque, An. 1566. Religionis Vnitariæ dogmata publicari in Transſilvania cœperunt; primusque omnium fuit *Petrus Károlyi*, Lector Scholæ Claudiopolitanæ, qui *Franciſcum Davidis* de nova adcuſabat Religione: proinde An. 1566. 15. Mart. Synodus in Oppido Torda congregabatur, in qua Fratres SS. TRINITATEM profitentes, Symbolum quoddam conſcripſerunt; *Georgius* autem *Blandrata*, propoſitiones ſuas per Theſes & Antitheſes vulgavit. Acta Synodi traduntur in *Hiſt. Eccl. Ref. in Hung. & Transſilvania p.* 147-158. Anno eodem Synodus denuò Marus-Váſárhe-

ſárhelyinum, ad d. 19. Maji, indicta eſt, ubi Confeſſionem rursùs Miniſtri Eccleſiarum Hungaricarum, de SS. TRINITATE, ſimulque Propoſitiones per Theſes & Antitheſes promulgarunt. *Vid. l. c. p.* 159. 170. In Hungaria pariter Generales cogebantur Synodi, puta: *Debrecinum* An. 1567. M. Febr. ubi *Petrus Melius*, Helveticam Confeſſionem, anno ſuperiori Tiguri editam Fratribus Miniſtris porrigebat, cui ibidem ſubſcriptum eſt; *Szikſzoviam* An. 1568. M. Jan; *Caſſoviam*, eodem anno, 27. Jan. ubi Lucæ Agrienſis, Antitrinitarii, Propoſitiones XXVII. examinatæ ac damnatæ fuêre; à Fratribus verò Helveticæ Confeſſionis brevis ibidem Confeſſio condita. *Lucas* autem *Agrienſis*, auctoritate Illuſtris *Lazari Svendi* Supremi Generalis Exercituum Sacræ Cæſareæ Majeſtatis, cujus juſſu Synodus erat convocata, Caſſoviæ in Carcerem projectus, ac ultra quinquennium detentus fuit, *Vid. l. c. p.* 171. 223. Sed revertamur in Transſilvaniam, ubi imperaverat quidem Princeps Synodum Albam-Juliam, in qua de nova Religionis cauſa & certamine cognoſceretur: aſt *Blandrata* in id interea incumbebat, vt tempus protraheret, cumque Franciſco Davidis, voce & libellis editis animos hominum ſibi conciliarent. Nec ſpes eos fefellit; nam, vt habent; *Haner, in Hiſt. Eccl. Tranſ. p.* 281. & *Mart. Schmeizel Diſſert. Epiſt. p.* 56. horrendas & abominabiles quasdam Imagines libro adjecerant, cui titulus: *De falſa & vera unius Dei cognitione, Albæ Juliæ* 1567; in quo doctrinam de Trinitate, non alienam à fabulis Poëtarum, qui Cerberum tricipitem fingebant, prædicabant, ſicque mentes hominum ad ſe flectebant.

bant. Synodus hoc modo in An. 1568. protracta eſt; quo ALBAM JULIAM convocata, publica ibi diſputatio inſtituebatur, in cauſa SS. & ſemper Benedicendæ TRINITATIS, in præſentia Principis, Aulæque Procerum, inter Socinianos ex una, & Calvinianos ac Lutheranos ex altera parte. Diſputatores, ex parte *Socinianorum* erant: *Franciſcus Davidis*, ad latus dextrum habens *Georgium Blandrata*; *Paulus Julanus*, Rector Scholæ Albenſis; *Stephanus Baſilii*, Paſtor Hungarorum Claudiopolitanorum; & *Demetrius Húnyadi*. Ex parte TRINITATEM adorantium, agmen ducebat *Petr. Melius*, Paſtor Eccleſiæ Debrecinæ, Eccleſiarum Helv. Conf. ultra & cis Tibiſcum Superintendens, quem ſequebantur: *Georgius Czeglédi*, Paſtor Váradenſis; *Andr. Sándor* Paſtor Dévenſis, *Paulus Túri*, P. Biharenſis; *Laur. Klein*, P. Biſtricenſis, & *Petrus Károlyi*, Rector Scholæ Váradenſis. Poſtquam conſeſſum eſſet, collati ſunt utrinque à Principe Arbitri. Ex parte Trinitatem profitentium: *Matthias Hebler*, *Sebaſtianus Károlyi*, *Caſparus Heltai* & *Nicolaus Szigeti*. (Inſulanus) Ex parte Antitrinitariorum: *Ludovicus Szegedi*, *Stephanus Cſázmai*, *Nicol. Starius* & *Paul. Kárádi*. Diſputatio, albæ Juliæ, in palatio majori, per decem dies habita eſt. *Vid. Georg. Haner Hiſt. Eccl. p. 285.* & *Miſcell. Tigur. P. II. p. 156.* „Diſputationem cum fervore orſi, ſine „omni, qui in Eccleſiam Chriſti redundaret, „fructu clauſerunt.„ Severo interim utrisque „edicto & ſub pœna capitis mandatum eſt, vt ab aculeatis ſcriptis utrinque ſibi caverent, nec quisquam deinceps novi alicujus dogmatis auctor haberetur: hoc tamen edicto, compoſiti morta-

§. 221. ...

lium animi haud fuerunt. Anno itaque 1569. ad d. 10. Oct. Synodus VÁRADINVM Hungariæ (ad Transſilvaniam tum pertinebat) indicta eſt, & per ſex dies, nullo pacis incremento, continuata. *Vid. Hiſt. Eccl. Hung. & Tranſſ. Lampe p. 224-268.* Poſt hæc, non Princeps modò & Aulici, ſed & Civitas Claudiopolitana *Blandratam* & *Davidem* ſequebantur, in partes eorum adducti per *Joannem Sommerum*, Pirnâ-Miſnicum, Confeſſionis illorum ſocium, Scholæque Claudiopolitanæ Rectorem, ad quod munus à Blandrata & Davide evocatus erat, homo loquax & antea Lutheranus, tanto quidem ſucceſſu, vt An. 1570. tota ferè Vrbs, ad Caſtra Antitrinitariorum tranſiiſſe conſpecta fuerit. Hanc ob rem, Saxonicæ Civitates Liberæ, Claudiopolim averſabantur, & à ſeptem Civitatum (§. 5. n. 3.) numero, ſurrogato *Száſz-Városino*, „ excludebant. Plurimis pariter Hungaricis in Transſilvania & Siculicis Eccleſiis, Principis ad exemplum compoſitis; & veſtigia Claudiopolitanorum prementibus, fiebat, vt principatum hæc in Transſilvania Religio teneret, ac teſte *Iſtvanfio* Lib. 24. Magiſtratus atque Præfecturæ Antitrinitariis à Principe conferrentur. *Davidis* interea, ex infirma Principis valetudine. §. 105. n. 1. adverſam Religionis ſuæ fortunam metuens; à Principe impetravit, vt cauſa Antitrinitariorum in Comitiis *Marus-Váſárhelyini* habendis proponeretur: ibi itaque poſt graviſſimas de Religionis negotio conſultatioues, non id modo, vt Antitrinitarii Claudiopolitana in Vrbe degere ſecurè poſſent, ſed id quoque obtinuit, vt ad modum *trium*, *Catholicæ* ſcil. *Helveticæ* & *Auguſtanæ*, Religionum, Lege publica in Transſilvania

„ vid Tom. 5. p. 421-423.

ſilvania ſtabiliretur, & tamquam *quarta*, prioribus uniretur. Unde videtur nonnullis, ab hac Unione, Unitaria vocari Religio; At vera huius nomenclationis origo eſt, quod DEVM ipſi nec in Trinitate unum, nec in Unitate trinum, ſed unum ſimpliciter excluſa Perſonarum ratione profiteantur, ſitque Religio in Transſilvania unica, quæ de Sanctiſſima Trinitate, non quod aliæ, ſed diverſum planè credat. Addit *G. Haner*, *p.* 289.: „ Finitis ſic feliciter Comitiis, Proceres ad
„ ſua revertebantur; poſt quorum diſceſſum,
„ cum ad arcem Gergeniam (*Görgény*) animi re-
„ laxandi gratia, à Franciſco Davidis comitatus
„ Princeps iret, - - - d. 2. Mart. A. 1571. ex-
„ ſpirabat, eo plane tempore, quo Davidis cum
„ Blandrata aliisque - - - aureum ſeculum ſibi
„ promittebant. - - - erepto verò è vivis Prin-
„ cipe, omnia inverſo ordine fiebant. Succede-
„ debat quippe Joanni Sigismundo - - - Stepha-
„ nus Báthori „ cujus, vt habet *Schmeizel p.* 59., prima, poſt ejectum ex Transſilvania æmulum *Békéſium*, cura erat, negotium Religionis turbatum reſtituere. Hoc reſpectu Antitrinitarios ex Aula ſecedere jubebat.

§. CCXXII.

Dictæ quatuor Religiones, *Receptæ* dicuntur; quòd Lege Patriæ, variisque Principum Statutionibus & diplomatibus, admiſſæ & firmatæ; æqualique exercitii jure ſtabilitæ fuiſſent.

§. 222.

1. Religio ROMANO-CATHOLICA, quia à tempore S. Stephani in possessione erat, nova Confirmatione non egebat. Reliquæ tres Religiones, specialia Receptionis Privilegia non habent quidem: Legibus tamen pragmaticis, adeoque fundamentalibus, in Comitiis, & præcipuè in electionibus Principum sæpiùs sancitum est, quo reliquæ etiam tres Religiones liberè exerceri queant. SPECIATIM, de LUTHERANORUM Religionis libertate cautum est, An. 1557. 1. Jun. quo declaratur Articulariter, quod *Ecclesias quoque Hungaricas in Religione cum Saxonibus idem* (Lutheri dogma) *sentientes*, *Regina* (Isabella) *sub patrocinium recipit*, *& Ministris illarum justos proventus integrè reddi & administrari mandaturam se promittit*. Item An. A. 1559. 10. Jul. Albæ Juliæ. *Vid. Schmeizel p.* 48 - 50. HELVETICÆ CONFESSIONI ADDICTORVM Religioni quidem An. 1558 contraitum est, & in Conventu Tordensi, Dominicâ *Judica* sic decretum: *Vti antea, nunc quoque liberam concedit Rex facultatem, Religionem, seu Lutheranam, seu Romano-Catholicam, sine tamen rixis, profitendi; Sacramentariorum* (sic vocabantur Calviniani §. 221. *n.* 2.) *verò sectam arcet, & tollendam, juxta tenorem Chirographi Melanchtonis* (Vid. §. 221. n. 2. post verba: *Saxones suos Legatos expediunt, cet.*) *proximè adducti censet.* Sed An. 1564 eadem quoque recepta & stabilita est. VNITARIORVM, recepta est An. 1571. in Comitiis Marusvásárhelyini habitis; certis tamen Articulis Vnitarii tum adscripti, vt v. l. in Vrbe Claudiopoli solùm degere possint. Item An. 1576. 28. Jan. vbi, Vnitarii vocantur, in Articulo Legum, *Dávid Ferentz Vállásán valók*

(i. e.

(i. e. in Religione Franc. Davidis exſiſtentes) & *facultantur*, *vt Franciſcum Davidis pro Superintendente habere*, & *illo decedente alios liberè eligere*, *cum plenâ authoritate poſſint. Qui tamen Superintendentes nihil innovent.*

2. GENERATIM, ſollemne Principibus fuit, vt ipſo Inaugurationis die, in 4. Receptarum Religionum Conſervationem jurent, ipſosmetque Patriæ Incolas in earundem promotionem juramenti Sacramento obſtringant. *Vid. Approb. Conſt. P. I. Tit. I. Art. IX. Compil. Conſt. P. II. Tit. I.* & *Novellus Articulus VI. A.* 1744. An. 1618. 4. Oct.: *Univerſi innovatores*, *præter* 4. *Receptas Religiones*; & *ſignanter Judaiſmus* (Vid. §. 253.) *ſub pœna Notæ Infidelitatis interdicuntur.* An. 1671. 25. Nov. Art. 6.: *Nemo in poſterum extra quatuor Receptas Religiones exiſtens nobilitetur*, *niſi quis Regnotenùs fuerit commendatus*, *cet.* Libertas exercitii ſalva his Religionibus manſit, tempore etiam, quo Transſilvania Divi Imperatoris Leopoldi Imperio ſe ſubjecit. Ut patet ex Inſtrumento Protectionis Auſtriacæ, An. 1686. 28. Jun. *Puncto* 6to & 11mo. *Cfr.* §. 123. *n. k.* Item, Ex Tractatu Ducis Lotharingiæ, An. 1687. 27. Oct. *Cap.* 2. *Art.* 3. Ex Sacro DIPLOMATE LEOPOLDINO, §pho 1mo: & P. 2. §pho 2do. An. 1691. 4. Dec. emanato. In quibus, Libertas Religionum receptarum, juxta Leges earum approbatas, conceditur; cultus & Religionum exercitium, ſecundum conſvetudinem & morem uſitatum, liberè permittitur; Miniſtri, Templa, Scholæ, Eccleſiæ, Parochiæ ſtabiliuntur; & de pacifica Bonorum & Proventuum uſurpatione aſ-

§. 222.

ſecurantur. Et vt reliquas Reſolutiones Transactionesque taceamus, An. 1711. 26. Maji in Conventione Szathmárina (§. 127. *n. c.*) Art. 3. hæc ſtatuuntur: „ In Religionis negotio, Receptas Regni Conſtitutiones manutenebimus, nec „ non exercitium ejusdem ſecundum easdem Leges & Conſtitutiones, & Articulos Regni, tam „ in Hungaria, quàm in Transſilvania, cum Beneficiis eorſum de jure ſpectantibus, clementer concedimus, nemini præcluſâ viâ apud Nos, „ & Regiam Majeſtatem, vel coram Diæta, ratione Gravaminum ſeſe inſinuandi. Articulis „ quoque VI[to] & VII[mo], Anni 1744., *juxta ſenſum Diplomatum & ſubſecutarum Reſolutionum Cæſareo-Regiarum, Leges & Articuli, in quantum Securitatem, Jura ac Privilegia, Sacra ac Civilia, trium etiam aliarum à Catholica diverſarum Religionum Receptarum continent, ſalva ſemper manenda ſtatuuntur.* Inter ipſas quoque Religiones Receptas Tractatus nonnunquam celebrati fuêre, vt An. 1702., ac aliàs.

CAPVT XIII.

DE RELIGIONE ROMANO-CATHOLICA.

§. CCXXIII.

I. RELIGIO ROMANO-CATHOLICA, inter Transſilvaniæ Hungaros, Siculos & paucos Saxones propagata, ejusdem ac in Hungaria, & Originis, & juris, & libertatis eſt,

Chri-

§. 229.

Christianam Religionem Pater Divi Regis Stephani *Geyza* in Hungariam admisit, Scythicorumque rituum ac morum aliquam induxit mutationem. At Religio Christiana, virtute S. Stephani, primi Hungarorum Regis, inter Hungaros æquè ac Transsilvanos perfectiùs fundata fuit (*Vid.* §. 96. *n.* 2. §. 136. *n.* 1.) & providentiâ subsequentium Regum conservata. Transsilvania, ubi An. 1003. Episcopatum Albensem fundaverat, An. 1010., in universum ad Christum conversa perhibetur. *Vid. Fasching. Nov. Dac. Part. II. pag.* 105. Non immerito adeoque Sanctus Rex, tam pro se, quàm Legitimis Successoribus suis, Regibus vl. Hungariæ, Sacro & Angelico Hungarico Regio Diademate redimitis, nomen APOSTOLI, & REGIS APOSTOLICI adeptus est: quem quidem Gloriosissimum ac Sacratissimum Titulum, Sanct. P. M. CLEMENS XIII. pro Augustissima Domina, Regina Apostolica, D. D. MARIA THERESIA, & Successoribus Apostolicis, Bullâ A. 1758. edita, & recenter confirmavit.

§. CCXXIV.

Ecclesiæ Catholicæ regendæ & administrandæ inservit VENERABILIS CLERVS, ad quem 1. *Episcopus.* 2. *Capitulum.* 3. *Archidiaconi.* 4. *Parochi* seu Plebani, cum *Capellanis.* 5. *Ordines Religiosi*, pertinent.

a. EPIS-

§.225.

§. CCXXV.

a. EPISCOPUS ROMANO-CATHOLICVS in Transſilvania unus eſt, ALBENSIS; qui præter Munus Epiſcopale, Sacratiſſimarum, Cæſarearum & Apoſtolico-Regiarum Majeſtatum, Statûs & Excelſi Regii in Magno Transſilvaniæ Principatu Gubernii Conſiliarii, utrobique Actualis Intimi Dignitatem hoc Seculo gerit.

I. Transſilvaniam duos antiquitùs Epiſcopos habuiſſe, opinio eſt communior, *Albenſem* nempe & *Milkovienſem*, quorum ille Archi-Epiſcopum *Colocenſem*, hic *Strigonienſem* agnoverit Metropolitanum. *Albenſem* ſive (vt ex jure vocatur) TRANSSILVANIENSEM An. 1003. S. Stephanus, vt diximus, fundavit. Alter MILKOVIENSIS, vetus erat Epiſcopatus, longè ante tempora S. Stephani Regis exſtans, vt nonnulli tradunt Scriptores; ex quorum ſententia, „ defloruerat *Milkovienſis* ante Albenſem, ſed iterum reſtauratus „ fuit per Belam Tertium Regem Hungariæ, „ Seculo 12^mo^, florente jam *Albenſi* Epiſcopatu. „ Nam Archi-Epiſcopus *Strigonienſis* Sacra apud „ Saxones Tranſilvanos, per annos quàm mul„ tos, per Antiſtitem *Milkovienſem* curabat. - - - „ Vbinam vero in Transſilvania *Milkovienſis* Sedes „ Epiſcopalis ſita fuerit, è memoria hominum „ excidit, nec Scriptores rerum facile meminerunt, „ *Sic in Geſtis S. Nicetæ Veteris Daciæ*

Epiſco-

§.225.

Epiſcopi & Apoſtoli, Claudiopoli edit. P. Timon verò adſerit Epiſcopatum *Milkovienſem* in Moldavia exſtitiſſe, dum *Epiſt. IIda, Additamenti ad Imagines Antiquæ & Novæ Hungariæ ſcribit*: „Si autem quis „neget hoc Sacerdotium fuiſſe in Moldavia, de„monſtret, ubinam gentium fuerit? In Molda„via eſt Oppidulum *Milco*, & *rivus* dividens eam „à Valachia.„ De rivo autem, *Cap. XV. Imag. „N. Hung.* habet: „Vtramque Valachiam ſub „Alpibus diſcriminat rivus *Milco*; in cujus late„ribus geminum jacet Foxinum, alterum Mol„davicum, alterum Tranſalpinum.„

In collimitio igitur utriusque Valachiæ, Tranſalpinæ nempe & Moldaviæ, ſtetiſſe Sedem Epiſcopi Milkovienſis, nihil ambigimus. Quando verò & per quos, ea fuerit everſa, à Scriptoribus, quorum lucubrationes adhuc lucem viderunt, diſcere nequimus. Ex monumentis proinde, in Scriniis ſecretioribus latentibus, ſumma rei petenda. Nos in hoc argumentum abſtruſiſſimum, inſtrumenta, multis curis obtinuimus, paucis lecta eaque *Parti II.*, ubi de Epiſcopatu Albenſi ſermo erit, inſerenda. Hic loci ſufficiat unum adduxiſſe *Breve Apoſtolicum*, quod ad verbum (in apographo) eſt.

Dilectis Filiis, Cibinienſis, Braſſovienſis, de Kyzd & Kozd, Diœceſeos Milkovienſis, Decanis & Capitulis, Plebanis, Clero & Populo ejusdem Diœceſeos, ac Vaſallis Subditisque Eccleſiæ Milkovienſis.

„Leo Papa X. Dilecti Filii, Salutem & Apo„ſtolicam Benedictionem! Dudum, felicis recor„dationis Julius Papa II., Prædeceſſor noſter,

atten-

S. 225. ...

„ attendens, quòd Ecclesia Milkoviensis & illius
„ Civitas, ab infidelibus & Schismaticis atque
„ Christi Nominis inimicis, per 70. annos &
„ ultra occupata, & illius fructus, reditus & pro-
„ ventus tenues & exiles, ac in Diœcesi Milko-
„ viensi, Cibiniensis & Brassoviensis Ecclesiarum
„ Decanatus, & nonnullæ Parochiales ac aliæ Ec-
„ clesiæ Christi fidem colentes & observantes exi-
„ sterent, & à tempore occupationis hujusmodi,
„ dictarum Cibiniensis & Brassoviensis Ecclesia-
„ rum Decani, qui pro tempore fuerant, dile-
„ ctum filium nostrum Thomam tti Sanct. Mar-
„ tini in Montibus Presbyterum Cardinalem, qui
„ & Ecclesiæ Strigoniensi ex concessione ac di-
„ spensatione Apostolica præesse dignoscitur, &
„ pro tempore existentem Archi-Episcopum Stri-
„ goniensem, sub cujus cura & gubernatione
„ fuerant & existebant, in Superiorem recogno-
„ vissent & recognoscerent, ac cupiens Milkov.
„ & Strigon. utilitati, & animarum Christi Fide-
„ lium Cibiniensis & Brassoviensis ac Parochia-
„ lium Ecclesiarum hujusmodi saluti consulere,
„ Ecclesiam ipsam Milkoviensem tunc certo mo-
„ do vacantem, eidem Ecclesiæ Strigoniensi, do-
„ nec Ecclesia Milkoviensis & illius Civitas hujus-
„ modi, ab eisdem infidelibus & schismaticis re-
„ cuperata, ac in pristinum, & eum statum, in-
„ quo ante occupationem hujusmodi existebant,
„ reverterentur, de Fratrum suorum, de quo-
„ rum numero tunc eramus, consilio, authori-
„ tate Apostolicâ univit, annexuit & incorpora-
„ vit, prout in Literis ipsius Prædecessoris, de-
„ super confectis, (quarum tenores, ac si de
„ verbo ad verbum insererentur præsentibus, ha-

„ bere

§. 225. 222 3.

„ bere volumus pro expressis) plenius contine-
„ tur. Nos igitur, eundem Thomam Cardina-
„ lem, suis exigentibus meritis, Paternâ bene-
„ volentiâ prosequentes, ac cupientes, ut Eccle-
„ sia ipsa Milkoviensis, & aliæ Ecclesiæ prædi-
„ ctæ, sub Ejus regimine felicia in Spiritualibus
„ & temporalibus suscipiant incrementa, Discre-
„ tioni Vestræ per præsentes mandamus, quate-
„ nus Vos Decani & Capitula, Eidem Thomæ
„ Cardinali, tanquam Patri ac Pastori animarum
„ Vestrarum, humiliter intendentes & exhiben-
„ tes Sibi obedientiam & reverentiam, debitas
„ & devotas; & vos Clerus, eum benignè reci-
„ pientes, & honorificè pertractantes, ejus Sa-
„ lubria monita & mandata suscipiatis, humili-
„ ter & efficaciter adimplere curetis. Vos verò
„ Popule, tanquam Patrem & Pastorem anima-
„ rum vestrarum, devotè suscipientes, & debi-
„ tâ honorificentiâ prosequentes, Ejus monitis
„ & mandatis salubribus humiliter intendatis, ita
„ quòd ipse Thomas Cardinalis in vobis devotio-
„ nis filios, & vos in eo per consequens Patrem
„ benevolum, invenisse gaudeatis; nec non vos
„ Vasalli & subditi, cum debito honore prose-
„ quentes, Sibi fidelitatem solitam, ac consveta
„ servitia, & jura Sibi à vobis debita, integrè
„ exhibere & solvere cum effectu curetis, alio-
„ quin sententiam sive pœnam, quam dictus Tho-
„ mas Cardinalis rite tulerit sive statuerit in re-
„ belles, ratam habebimus, & faciemus, aucto-
„ re Domino, usque ad satisfactionem condi-
„ gnam inviolabiliter observari. Datum Romæ,
„ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, Die

„ 2da

§. 225.

„ 2da Sept. 1513., Pontificatûs noſtri Anno
„ primo.

„ Petrus Bembus Cardinalis.

Gaudete, Lectores Eruditi, tam ſingulare monimentum ab oblivione liberatum, quo lux non parva Epiſcopatui Milkovienſi, hactenus vix non ignoto, adfunditur! Vaſtatio & occupatio Milkoviæ, quæ juxta Litteras Summi Eccleſiæ Romanæ Patris, incidit in annum 1441. circiter, facta erat procul dubio per Turcas Tatarosque, juſſu Amuratis. Hic enim, (teſte *Bonfinio Decad.* 3. *Lib.* 5.) tot clades à Joanne Corvino illatas, & illud maximè, quòd Moldaviæ & Transalpinæ Principes á ſua fide & fœdere abſtraxiſſet, diutius tolerare nequiens, expeditionem maximam, in Valachos, & Tranſilvaniam, Corvini provinciam parat, & Scacho Abedini (Sciàbadinus vulgò audiebat) Baſſæ mandat, ut prius Tranſalpinam adoriatur, & quacunque poteſt ſævitiâ Valachum, qui à ſocietate ſua defecerat, ulciſcatur; easdemque a Moldavo perfidiæ pœnas exigat; deinde in Transſilvanos effuſis viribus irruat, & clades à Corvino acceptas cumulatiſſimè vindicet. Turcæ igitur, duce Abedine, in Tranſalpinam Valachiam; quæ proprius occurrebat, 1441. caſtra moventes, geminis exercitibus longè latèque per cuncta excurſant, armis & incendiis pagos & caſtella vaſtant, res ac pecora rapiunt, & homines quoscunque offendunt, nulla in ſexum ætatemque commiſeratione habita, trucidant. Poſtmodùm, ubi Transſilvaniam turbinis inſtar invadunt, cito à Corvino ad Portam ferream (*Vas kapu*) cæduntur. Hac expeditione exercitûs Turcici

cici

§. 225.

cici, Episcopatum Milkoviensem contritum fuisse, videtur certissimum. Sic ergò Pontifex Maximus, Turcas, per *Christi nominis inimicos*, intellexit. Sed qui præterea fuerint *infideles & schismatici*, alterni Milkoviæ occupatores? existimo sic nuncupatos *Græci ritûs homines*, & *Hussitas* exules Hungaros Saxonesque, Regnante Sigismundo, ex Hungaria & Transsilvania exactos, qui Ecclesiæ Romanæ adversati, in Episcopatum bello turcico imminutum involarint.

Occupato hunc in modum Oppido & Episcopi Sede Milkoviensi, an Episcopus ab hoste interfectus fuerit, aut in Transsilvaniam fugerit, memoriæ proditum haud reperimus. Jura verò Episcopalia in Transsilvaniam fuisse translata, in comperto est. Auctor *Gestorum S. Nicetæ*, *p.* 71. scribit: „ Tandem jura Episcopatûs *Milkoviensis* translata sunt „ ad Præpositum *Cibiniensem*, interpositâ tum Romani Pontificis, tum Ungariæ Regis authoritate, „ ne *Albensis* Episcopus proventus Milkovienses „ prætenderet (*ex M. S.*) Habentur Acta in Arca Capituli Cibiniensis, uti testatur Georg. Haner in Opusc. *de Ecclesiis Transsilvanicis* pag. 115.„ Etiam, sed non tantùm. Nam Decanus quoque Coronensis *sive* Brassoviensis, *al.* Barcensis, jure gaudebat Episcopatûs; imo fuerunt Decani, qui *Episcopi Coronenses* dicerentur. Sic in *Epit. Chronol.* P. Timon, ad An. 1442., legimus: „ *Fr. Bartholomæus Lapacius* Ordinis Prædicatorum, *Episcopus Coronensis*, ab Eugenio Papa mittitur, „ tanquam Inquisitor, in Ungariam.„ Pariter apud Bonfinium, *Dec.* 3. *L.* 7., memoratur *Stephanus Bánffi*, *Episcopus Coronensis*, Legatus Apostoli-

S. 225.

ſtolicus, qui Joannem Corvinum in Campum merularum ſequutus, ibidem in conflictu cum Turcis occubuit, An. 1448. Ita, exſtat in Archivo quoque Cibinienſi, An. 1447., mentio *Chriſtophori Epiſcopi* Coronenſis. Suberant huic Decanatui ſeu Epiſcopatui Coronenſi, Decanatus Sepſienſis, Kezdiváſárhelyenſis, Orbaienſis', Miklósvárenſis, Cſikienſis, Gyergyoenſis, nonnullique alii. Siculorum enim Sedes ad Milkovienſem pertinebant Epiſcopatum. Porrò, ſi *P. Stephano Lakatos* credimus, fuit etiam apud *Biſtricienſes Epiſcopus* (nam & Decanatus Biſtricienſis Milkovienſis Diœceſeos fuerat), ſub quo Sedes quoque Maros & Arannyas exſtitere. Hoc modo jus Epiſcopatûs Milkovienſis in duas aut tres partes diviſum fuerit.

Orbatum ordinario ſuo Præſule Epiſcopatum Milkovienſem, ſeculis 15 & 16to reſtauratum fuiſſe, monumenta Hiſtoricorum evincunt. Sed ubi *Epiſcopus* Sedem ſuam habuerit? Reſpondet P. Timon *Imag. Novæ Hung. Cap.* 10. „Everſa à „ Tartaris Milkovia, habuerit Præſul Milcovien„ ſis domicilium Birthalbini, ubi hoc quoque „ tempore Inſpector [*Superintendens*] Lutherano„ rum agit.„ Nec deſunt, qui ejus ſententiam ſequantur. Sed eam alii non inmerito negant: Birthalbinum (*Berethalom*) ſi quidem ſitum ſit in Capitulo ſeu Decanatu Medienſi, non ad Milkovienſem, ſed Albenſem Epiſcopatum pertinente.

Sub initium Seculi 16ti, vacante Epiſcopali Sede Milkovienſi, obtinuerat Archi-Epiſcopus Strigonienſis, An. 1512., Bullas geminas Iulii P. M.; quarum virtute, duo Decanatus, Cibinienſis vl.

&

§ 225.

& Barcensis, jurisdictionis Milkoviensis, Archi-Episcopatui Strigoniensi unirentur; id quod ejus Successorem, Leonem X. quoque voluisse, *Breve* ejus *Apostolicum*, superiùs recitatum, satis docet. Sed Decanis horum locorum minùs parentibus, imò apud Regem Hungariæ contra hanc Vnionem intercedentibus (ut suo loco, eorumdem Supplicatione, haud incassum porrectâ, firmabimus); A. 1515., Milkoviensis Episcopatus suo in Statu permansit; & jam 1518, Sedem Milkoviensem proprio gavisum fuisse Episcopo, & *Michaële* scilicet; hujus *Convocatoriæ Synodicæ*, 8va Febr. ejusdem anni exaratæ, & ad Decanatus: *Milkoviensem*, *Moldaviensem*, *Barcensem*, *Cibiniensem*, *Varanczensem*, *Sepsensem*, *Bistriciensem*, *Kiszdensem*, *Gyorgovensem* (Gyergyoensem), *Sepesiensem*, *Keszdi-Vásáriensem* (Kézdi-Vásárhelyensem), *Mikyensem* (Miklósváriensem), *Orbacensem* (Orbaiensem) *Srethiensem*, *Kylyerensem*, *Nesteralbensem*, expeditæ, quarum fragmenta possidemus, luculenter probant. Alius ergo fuerit *Michaël* ille, de quo P. Timon *Epitom. Chronolog.* ad An. 1469., scripsit: *floret hac ætate* Michaël, *Episcopus Milkoviensis in Transilvania.* vid. p. 559.

Invalescente mox Lutheri doctrinâ, licet tam Decanatus, Ecclesiæ *Albensis*, quæ Archi-Episcopum *Colocensem*; quàm *Milkoviensis*, quæ Strigoniensem, agnoscebat Metropolitanum; Ecclesiam Romano-Catholicam, maximam partem, deseruerint: distinctionem tamen diversi Episcopatûs, cumprimis propter Contributiones generales, quibus Pastores Saxonici tempore bellorum obnoxii erant, maximè retinebant. Evincit

§. 225.

cit hoc clariſſimè *Transactio*, An. 1545., 22. Maji, in Civitate Saxonum Megyes (*Media*) inter duarum Diœceſium, Albenſis & Milkovienſis, Parochos Saxonicos, facta, quam brevi vulgandam cenſemus.

Præſente quoque Seculo, quamvis inter Saxones Transſilvanos, ceu Auguſtanæ Confeſſioni Addictos, antiqua jurisdictio Epiſcopalis, aliam prorſùs formam induerit: eos tamen inter, velut duorum antiquorum Epiſcopatuum reliquias, controverſia non parva fervebat; Superintendente, in Capitulo Medienſi, quod ad Albenſem olim Epiſcopatum pertinebat, reſidente, Epiſcopalem in Capitulum Cibinienſe jurisdictionem exercere volente; dicto Capitulo, ex adverſo, utpote olim Diœceſeos Milkovienſis, juribus Epiſcopalibus uti adnixo. Concinnabatur proinde, à parte Superintendentis: ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ *ſive DEMONSTRATIO plena, plana & perſpicua, quòd Reges ac Principes Tranſilvaniæ, exercitium Jurium Epiſcopalium, in Transactione Paſſavienſi ad ſe devolutorum, in Eccleſiis Saxo-Evangelicis per Tranſilvaniam, Superintendenti, & non alii cuiquam, concrediderint.* plag. 3. in MS. *Reſpondit* ad hanc, Capitulum Cibinienſe, in *Opuſc. M. S.* quod plag. 3½ abſolvitur. At pars altera compoſuit ſubinde: *MONITA circa Reſponſum Venerabilis Capituli Cibinienſis ad Apodixin de Exercitio Jurium Epiſcopalium, An. 1722. M., Febr. Eidem exhibitam; per quæ, Argumenta, quibus Ven. Capit. Cibinienſe probare conatur, à Regibus & Principibus Transſilvaniæ Jura Epiſcopalia, inde à Reformatione Eccl. Transſilvanicarum, in Capitulis Cibinienſi, Schenk & Leſchkirch,*

ſibi

§. 225. 2.5.3.

ſibi concredita fuiſſe, notis neceſſariis, ad pleniorem rerum iis contentarum cognitionem, ex monumentis publicis, & domeſticis Ven. Capituli Cibin. teſtimoniis illuſtrantur: ut tandem eo faciliùs feliciusque, impartiales quilibet Arbitri, de infelici hacce Controverſia judicare, finaliterque eandem dirimere valeant. plag. 4. M. S. Delegati demùm ſunt, ad *Colloquium*, ex parte Epiſcopalium: Vener. ac Clariſſ. *Georg. Haner.*, Paſtor tum Medienſis & Decanus Generalis, cum V. ac C. *N. Andreæ* Paſtore Bodendorfenſi; ex parte verò Cibin. V. ac Cl. *N. Hermannus*, Paſtor Stoltzenburgenſis & Decanus Capit. Cibinienſis, cum Syndico ejusdem Capituli *Martino Leonhard*, Paſtore Heltenſi: qui, finitis velitationibus, pacis ac concordiæ, manibus invicem datis, mutua deinceps officia ſibi ſincerè ſpoponderunt, Cibinii, An. 1729., d. 7. Sept. Ex quo tempore, in Capitulis Cibinienſi, & Coronenſi, jura Epiſcopalia Superintendens exercere dignoſcitur: at eorum jurium nonnullis etiam apud Capitula eadem relictis.

2. Quinam *Transſilvanienſes* aut *Albenſes Epiſcopi* fuerint, antiqua, confuſa ea, tempora haud edocent. *P. Martinus Szentiványi* Epiſcopos Transſilvaniæ 27. reperit; alii fortaſſe plurium nomina ab oblivione liberarunt. At nos nunc Szentivanyii Diſſertatione, aliisque Scriptorum monumentis, ſi quæ in hoc argumentum facerent, fato quodam deſtituti, hos tantum, (quorum forſan non omnium ii meminêre) Epiſcopos enumeramus; quorum nomina ſunt: 1. *Villarius*. A. 1113. 1114. 1119. 2. *Gualterus* A. 1133. 3. *Baranus* A. 1139. 4. *Gualterus* als. *Valtherus*, A. 1156, 1158. 5. *Vilcina*,

§. 225.

An. 1166. 6. *Adrianus*, A. 1181, 1189, 1202. 7. *Vilhelmus*, A. 1208, 1209. 8. *Villinus*, A. 1210. 9. *Gulielmus*, A. 1215. 10. *Wilhelmus*, A. 1217, 1219. 11. *Raynoldus*, A. 1223. 12. *Bernardus*, A. 1224. 13. *Reynoldus*, A. 1225. 1241. nb. Reynoldus vixit ætate Belæ IV. vid. Rogeri Carmen Miserabile Cap. 30. 14. *Reginaldus*, A. 1230. 15. *Gallus*, A. 1243. 16. Artolfus, A. 1244. 17. *Gallus*, A. 1247, 1252, 1253, 1256. His verò temporibus Episcopi dicebantur Ultrasylvanienses. (Conf. §. 5. n. 1.) 18. *Petrus*, Transsilvaniæ Episcopus. A. 1273. 19. *Reginaldus*, A. 1274. 20. *Petrus*, A. 1290, 1291, 1299. 21. *Benedictus*. An. 1300, 1315, 1318. 22. *Andreas*, 1322, 1324, 1325, 1326, 1327, 1328, 1329. 23. *Nicolaus*, A. 1330. *Vid.* §. 96. *n.* 10. 24. *Andreas* A. 1334, 1347, 1355, 1356. A. 1356. secundum *Kercselits p.* 242. Episcopi Transsilvaniæ sedes vacavit, quod alii ad A. 1357. referunt. 25. *Dominicus*, A. 1359, 1360, 1365, 1367. 26. *Demetrius*, A. 1368, 1369, 1370, 1373, 1374, 1375. 27. *Sabinus* als. *Gablinus*, A. 1379, 1382, 1384. 28. *Michaël*, A. 1387. 28. *Emericus*, A. 1388. 29. *Petrus*, A. 1390. 30. *Demetrius*, A. 1394, 1395, 1396. Vid. *Kercselits p.* 195. 31. *Martinus*, A. 1397. 32. *Georgius Lépes*, A. 1400. 33. *Stephanus*, A. 1404, 1405, 1406, 1410. 34. *Dominicus*, A. 1411. 35. *Stephanus*, A. 1412, 1418. 36. *Georgius Lépes dictus*, A. 1419, 1420. ~~Vid. §. 99. n. 12.~~ 37. *Stephanus*, A. 1421. 38. *Georgius*, A. 1423. 39. *Blasius*, A. 1424. A. 1427. vacat. 40. *Georgius*, A. 1431. *Georgius Lépes* A. 1435. *Georgius*, A. 1435, 1442.

41.

41. *Matthias*, A. 1449. 42. *Nicolaus*, A. 1464, 1565. vid. Auctarium Velianum p. 255. An. 1469. vacat. vid. *Kercſelits* p. 295. 43. *Gabriel*, A. 1473. 44. *Ladislaus Geréb*, A. 1479, 1484, 1492, 1495, 1498, 1500, 1501. 45. *Nicolaus de Bachka*, quibusdam *Bátai*, A. 1504. 46. *Sigismundus Thurzo*, aut ut quidam volunt, *Zangar* dictus, A. 1504, 1505. 47. *Franciscus Várdai* de Kis Várda, qui in bello Cruciatorum rusticorum (§.99.*n.*18.*a.*) ſedando, multam & utilem cum Joanne Wajvoda operam locavit, A. 1514, 1515, 1519. Ejus Epitaphium in Templo Albenſi eſt:

Quis ſitus hic? Fecit qui tot donaria Templis,
Franciſcus Várdæ gloria rara ſuæ.
Qui Latio primos egit feliciter annos,
Regibus hinc Divis munia grata dedit.
Libertatis erat vindex, hic ruſtica bella
Compreſſit; cives Vrbibus adſeruit.
Ornarat præ ſe claris virtutibus orbem*,
Vt Cœlum exornet, Spiritus aſtra adiit.

48. *Joannes Goſztoni*, A. 1525. 49. *Nicolaus Gerendi* (§. 96. *n.* 15. *b.*) quem, *Faſſching*, *Nov. Dac. p. IV.* Tranſylvanienſis Epiſcopatûs uſurpatorem appellat, A. 1527. M. Novembris, à Ferdinando Rege Queſtor Regii Ærarii creatus, & Tranſylvaniæ Epiſcopus electus. *Velius p. m.* 41. Quædam Documenta eum A. 1528, 1529. Epiſcopum fuiſſe tradunt. 50. *Joannes Statilius*, Dalmata, quem Joannes Scepuſius, ex Præpoſito Veteris Budæ, A. 1526. Epiſcopum Albæ Juliæ fecit. *Iſtvánfi Lib.* 9. Mortuus 1533. 4. Novembris. Alia autem Documenta eum A. 1533, 1542. in functione teſtantur: 51. *Franciſcus*, Muſchnâ

& Kis-Selykino expulſus, à Martinuſio (§. 96. n. 15. c.) Transſilvaniæ Epiſcopus nominatus. 52. *Paulus Bornemiſza*, A. 1554. Is A. 1556. 24. Apr. à Statibus Principatûs Alba-Juliâ exturbatur, Bona Epiſcopatûs adimuntur, & Reginæ Iſabellæ Filioque Joanni Sigismundo adſignantur; qui, vt habet *Timon* in ædibus Epiſcopi laxe & magnifice habitaverunt. Ejus tamen ademptionis auctrix *Iſabella* non fuit, ſed Status Diætales ſuapte fecerunt, vt innuit Articulus Diætalis, A. 1556. Feſto B. Catharinæ conditus, cujus ſumma eſt: *Univerſa Bona Epiſcopatuum, Capitulorum, Conventuum, Præpoſiturarum, aliorumque Eccleſiaſticorum antecedenter jam adenita, Status & Ordines, communibus ſuffragiis, in Bonum & neceſſitates Regni publicas, dignitatemque Principum deputant; at Regina acceptationem differt: ſed cum Conſiliariis ſuis de eo conferri ſtatuit, an Bona illa reddantur illis, quibus adempta ſunt, vel in uſus ſuos & Regni publicos converti debeant.* Brevi tamen poſt ad Fiſcum Regium redacta ſunt; & Transſilvaniæ Principes Albæ reſidentes Epiſcopium ſibi in Aulam accomodarunt, (quasdam ejus partes privatis donarunt (tamdiuque tenuerunt, donec D. Leopoldus reſtituit. Ex hoc tempore, quo *P. Bornemiſza* ſolum vertere juſſus eſt, fuerê quidem Electi Transſilvaniæ Præſules, ſed extra Epiſcopium, in Hungaria plerique. Fuerunt ergo: 53. *Demetrius Naprági*, (al. *Napragy*, al. *Naprádi* & *Nabrádi* ſcriptus) 1600. Conf. §. 274. n. 5. 54. *Steph. Szent-Andráſi* 1625. 55. *Steph. Simándi* 1635. 56. *Franc. Szent-Györgyi* 1640. 57. *Joannes Pálfalvi* 1655. 58. *Franc. Szegedi* 1667. 59. *Matthæus Szent Tamáſi* 1670. 60. *Andr. Sebeſtyén*. 1681. 61. *Stephanus Kada*, cujus nomen in Concluſione Articulorum

§. 225.

lorum Posonienſium A. 1687. ſubſcriptum legigitur. Poſt Paulum Bornemiſza VICARIOS R-Catholici in Transſilvania habuêre, qui poteſtatem inſtar Superintendentium Proteſtantium exercuerunt, docentibus Legum Monumentis. Initio hujus Seculi Epiſcopatus Transſilvanienſis auſpiciis D. Leopoldi Imperatoris cœpit reſtitui; adeoque 62. *Andreas Ilyés* de Cſik Szent György A. 1697. Epiſcopus denominatus, inque Caſtellum Alvintzenſe introductus fuit: ſed paulo poſt Transſilvaniæ valedixit. Anno verò 1715. Epiſcopatus priſtinæ dignitati, ac Epiſcopus Sedi Albenſi, redditus fuit. Erat is, 63. Illuſtriſſ. ac Reverendiſſimus Dominus *Gerg. Mártonffi* Lib Baro de Kartz-falva, Epiſcopus Transſilvanienſis, Præpoſitus Orodienſis & S. Stephani Proto-Martyris de Caſtro Strigonienſi, Eccleſiæ Metropolitanæ Strigonienſis Canonicus, S. Cæſ. Regiæque Majeſtatis Excelſi Gubernii Regii Transſilvanici Intimus Actualis Conſiliarius, & Comes Supr. Comitatûs Albenſis. Sepultus A. 1721. 9. Nov. Albæ-Carolinæ. 64. Ill. ac Reverendiſſ. D. *Joannes Antalffi.* 65. Excellent. Illuſtr. ac Rever. D. *Gregorius* L. B. à *Sorger*, Fuerat Canonicus Agrienſis, poſt Abbas S. Jacobi de Ilda, tum Dulnienſis Epiſcopus, denique Tinninienſis, ultimùmque Transſilvaniæ Epiſcopus, ac Statûs & Excelſi Regii in Transſilvania Gubernii Conſiliarius Actualis Intimus. An. 1739. 7. Oct. Carolinæ humatus. 66. Ill. ac Rev. D. *Franciſcus Xaverius L. B. Klobuſiczky* de Zettény. A. 1741. declaratus; An. verò 1748. Epiſc. Zagrabienſis, & poſtmodum An. 1751. Archiepiſcopus Colocenſis creatus. 67. Ill. ac Rev. D. *Sigismundus Antonius* L. B. *Sztojka* de

Szala & Krikfalva A. 1749. creatus. 68. Ill. Exc. ac Rev. D. Comes *Josephus de Battyán* A. 1759. 22. Aug. Episcopus Transſ. & Excelſi R. Gub. Conſiliarius nominatus, A. 1760. Archi-Episcopatum Colocenſem in Hungaria adeptus eſt. 69. Eodem anno Ill. ac Rev. D. *Josephus Antonius* L. B. Bajtai (Præſul Eruditiſſimus) Episcopus Transſilvaniæ *cet.* creatus: 1773. vitâ exceſſit. 70. Excel. ac Rev. D. *Pius Manzador*, è Congregatione Clericorum Regularium S. Pauli, Dei & Apoſtolicæ Sedis Gratia, Episcopus Tranſ. Sacræ Cæſ. Regiæ & Apoſtolicæ Majeſtatis, Status & Excelſi Regii in M. Transſilvaniæ Principatu Conſiliarius utrobique Actualis Intimus, A. 1774. terram cœlo commutavit. 71. Excellentiſſimus, Illuſtriſſimus ac Reverendiſſimus D. LADISLAVS e *Comitibus* KOLONITZ de *Kollegrád*, perpetuus in Záy-Ugrotz, S. C. R. & Apoſt. M. Statûs & Excelſi Regii Gubernii Conſiliarius, utrobique Actualis Intimus; DEI & Apoſtolicæ Sedis Gratia in Magno Principatu Transſilvaniæ Episcopus, Venerabilis Capituli Cathedralis Eccleſiæ Olomucenſis Canonicus, & præpoſitus de Ruthenis.

3. Bona Episcopalia, quæ & quo modo Episcopo reſtituta, ſint, docet copioſè *Articulus Diætalis* I. A. 1751., qui his abſolvitur: „Ex quo Sacratiſ-„ ſimus pientiſſimæ memoriæ Imperator & Hæ-„ reditarius Princeps Transſilvaniæ, CAROLVS „ VItus, Dominus noſter Clementiſſimus, Sacro in „ Suam Religionem Zelo Episcopum Romano-„ Catholicum Tranſylvanienſem introduxiſſet, „ Sedemque ejus Albæ Juliæ, nunc *Carolina* di-„ ctæ voluiſſet, partemque Arcis, quam pro Reſi-„ den-

§. 225.

„ dentia eidem A. 1715. titulo novæ Fundatio-
„ nis aſſignari feciſſet, cum quibuſdam Bonis ejuſ-
„ dem Dominii Albenſis, per Fiſcum Suum Re-
„ gium poſſeſſis. Huic Piæ Sui deſideratiſſimi
„ Genitoris intentioni, uberiori etiam incremen-
„ to conſultura Auguſtiſſima nunc Glorioſè Re-
„ gnans Regina, Domina MARIA THERESIA,
„ Princeps noſtra Hæreditaria nobis Clementiſſi-
„ ma, Benigniſſima, eundem Epiſcopum Arti-
„ culariter declaratum, accedente unanimi Sta-
„ tuum conſenſu, anno ſuſcepti Sui Regiminis
„ (qui 1744. fuit) quinto eſſe voluit. Quod ve-
„ rò naturalem illum Auguſtæ Domûi Auſtriacæ
„ ingenitum in Sacris promovendis ardorem, am-
„ pliori etiam Zelo teſtatum redderet, & ſimul
„ Juribus etiam Principatûs Sui conſuleret, dum
„ prædicto Epiſcopatui Fundô ſtabili benignè
„ providere ſatageret, ad eximenda è Regeſtro
„ Fiſcali præfata Bona, quæ videliçet Idem Epiſ-
„ copus actu poſſidet, Vniverſorum Statuum
„ Regni interventu uti Clementer voluit. Cujus
„ pientiſſimæ ejusdem intentioni, Status ultrò
„ occurrere volentes, illa eadem *Bona Albenſia*
„ dicta, cum præfata arcis parte, quæ pro Reſi-
„ dentia Epiſcopi aſſignata fuit, ſeu Capite Bo-
„ norum; & Poſſeſſionibus: *Dálya*, *Stráſa*, *Ta-*
„ *te*, *Sóſpatak*, *Poklos*, *Tótfalud*, *Pojána*, *Gaurán*,
„ *Meteſd*, *Felſö-Gáld*, *Diomál*, *Ponor*, *Remete*,
„ *Drombár;* Portionibus item Poſſeſſionariis in
„ Poſſeſſionibus: *Cſügöd*, *Maros-Váradja*, *Sárd*,
„ *Igen*, *Benedek*, *Borbánd*, ac per Fpiſcopum
„ *Georgium Mártonfi* defunctum, juxta Inventa-
„ rium, per *Franciſcum Joſephum Kren*, Cæſareo-
„ rum Salium Magulatorem, item *Michaëlem Vá-*

„ *ró*

.§. 225.

„ *rô* & *Georg. Trentſényi*, Juratos Tabulæ Regiæ
„ de A. 1715. 5. Maji conſcriptum rehabitis,
„ quæ videlicet Epiſcopus præfatus Tranſylva-
„ nienſis, actu & realiter, titulo novæ Funda-
„ tionis, poſſidet, è Regeſtro Fiſcali hujus Ar-
„ ticuli vigore pro exemtis, & titulo novæ Fun-
„ dationis jure perennali conferibilibus unanimi
„ voto declarant Status, reliquis ad memoratum
„ caput Bonorum olim deſervientibus, & quæ
„ ſive Inſcriptionali, ſive alio quovis titulo ab aliis
„ poſſidentur, in ſalvo relictis, nihilque vel Fiſci
„ Regii, vel privatorum juribus præmiſſâ exem-
„ ptione derogante; Et quidem quantùm ad Poſ-
„ ſeſſionem *Drombár*, etſi Poſſeſſio iſta ad Ca-
„ put Bonorum Dominii Albenſis, ab antiquo
„ & de jure ſpectans, *Comiti* quondam *Joſepho*
„ *de Bethlen*, pro bis mille Florenis Hungarica-
„ libus inſcripta, ex poſt verò ab Epiſcopo olim
„ *Georgio Mártonffi* eadem ſummâ redempta, ab
„ hoc demùm in augmentum Bonorum Epiſco-
„ palium vigore vltimæ Diſpoſitionis legata, &
„ etiamnum poſſeſſa, novæ hujus Epiſcopatûs
„ Fundationi adnumerata non ſit: cum tamen
„ Sacratiſſima Sua Regia Majeſtas modo Glorio-
„ ſè Regnans Domina, & Princeps noſtra Cle-
„ mentiſſima; ad demiſſimas preces moderni
„ Epiſcopi Tranſylvanienſis, *Reverendiſſimi ac*
„ *Magnifici Sigismundi Sztojka L. Baronis de Szala*,
„ præfatam Poſſeſſionem Drombár, cujus valor,
„ teſtante præmiſſa Conſcriptione & æſtimatione
„ inhærentem ſummam inſcriptitiam notabiliter
„ ſuperat, interveniente Statuum Conſenſu, è
„ Regeſtro Fiſcalitatum delendam, & Fundatio-
„ ni, ad intertentionem ſeu in Dotem Eccleſiæ

„ Ca-

„ Cathedralis *Albæ-Carolinenſis*, à Cæſareo-Regia
„ Majeſtate CAROLO VIto, Piiſſimæ remini-
„ ſcentiæ ab olim conditæ, cum omnibus ſuis
„ appertinentiis, vtilitatibus & juribus, ea lege
„ aggregandam, adjiciendamque benigniſſimè in-
„ tendat, vt & fructibus inde redactis Epiſcopa-
„ tui Centum Floreni Hungaricales pro uſura bis
„ mille Florenorum Hungaricalium, ſortis me-
„ moratæ Poſſeſſioni inhærentis, ac per Epiſco-
„ pum quondàm *Georgium Mártonffi* dicto Epiſ-
„ copatui legatæ eo uſque annuè cedant, donec
„ ſors ipſa aliquando fors perſoluta fuerit, reli-
„ quum verò fructuum, neceſſitati & interten-
„ tioni Eccleſiæ ſæpefatæ in perpetuum deſer-
„ viat.„

4. Epiſcopium Albenſe à tempore Sancti Regis Stephani ad annum usque 1556. quo ſub iteratum Iſabellæ Reginæ ingreſſum (§. 105. *n. d.*) confiſcatum eſt, titulo *Liberi Baronatûs* poſſidebatur, vt patet ex collatione Privilegialium de A. 1246. & 1282., cum Articulis A. 1556. in Feſto B. Catharinæ, & A. 1599. 21. Mart. conditis. *Conf.* §. 171. *n.* 2. *a.* Poſt Confiſcationem, Bona hæc Epiſcopalia, ad Principem tranſierunt, & una cum Bonis Regalibus, quæ ante ſeparationem Principatûs à Regno Hungariæ factam, *Bona Coronæ* audiebant, vti Fiſcalia, ſeu Fiſci propria habebantur. E quibus omnes Principes ante An. 1588. 8. Dec. quo Sigismundus Báthori è Curatela liberatus eſt, (§. 109. *n.*) etiam perpetuò quidvis conferendi habuerunt facultatem. At verò A. 1615. cautum eſt, vt nullæ poſt dictum annum 1588. factæ perennales Collationes ſubſiſtant;

ſtant; deinceps verò citra Conſenſum Statuum Regni, non niſi titulo pignoris per Principes inſcribi poſſint, vt patet ex *Articulis* A. 1615. nec non *Approb. P.* 2. *T.* 8. *Art.* 1. Hinc, quo integer Bonorum Fiſcalium ſtatus accuratiùs in commodum Principum conſervari queat, variæ conſequenter inſtitutæ ſunt Iurium productiones, & quidquid poſt A. 1588. perennaliter, aut quandolibet etiam antea in pignore alienatum fuerat, Fiſco reapplicatum eſt. Immò annis 1515. & 1650., duo *Regeſtra* confecta ſunt, in quibus & Oppida ac Pagi (Poſſeſſiones) integri, & portiones Poſſeſſionariæ Fiſco applicatæ nominatim continentur. In Dominio Albenſi, præter Oppidum Albenſe, in Regeſtro Anni 1615., cenſebantur 33. integræ Poſſeſſiones & Prædium unicum. Quibus in alio Regeſtro An. 1650. acceſſerunt decem Poſſeſſiones, & duæ Portiones Poſſeſſionariæ; verùm ex his duæ Poſſeſſiones *Vládháza* & *Nyirmezö*, penes Remedium Novi Judicii Gratioſi, rurſùs à Fiſco Principum abjudicatæ ſunt, (*Compil. Conſt. P.* 4. *T.* 12. *Art.* 10.) ſicque tum conſtabat corpus integrum Dominii Epiſcopiique Albenſis, ex 41. integris Poſſeſſionibus, (Pagis) vno Prædio, & duabus Portionibus, vt patet ex Regeſtro An. 1650.; quæ Princeps *Georg. II. Rákótzi*, cujus tempore Regeſtrum poſterius emanavit, absque ullo fermè defectu poſſidebat, usque A. 1657. 1. Nov. quo, juſſu Turcæ, dignitatem Principis reſignavit. Ab anno autem
6. 1657. usque 1690. 15. Apr. quo *Michaël I. Apafi* vitâ deceſſit, tam ipſemet cumprimis *Apafi*, quàm ejus Anteceſſores *Joannes Kemény* & *Acacius Bartſai* ea liberalitate, variis Magnatibus & Nobili-

§. 225.

bilibus inſcribendo, venditiones Jobbagionum iis factas confirmando, Jobbagiones cum Fundis nobilitando, hæc ipſa bona diminuerunt, vt dum An. 1696. indultu Divi Imperatoris Leopoldi, Dominii pars reſidua modo uſufructuario Gubernatori & Conſilio Gubernii Transſilvanici ad tempus cederetur, atque omnium ea ratione *Inventatio* ſeu *Conſcriptio* perageretur, nonniſi 11. Integræ Poſſeſſiones, & ſeptem exiguæ Portiones præ manibus Fiſci Regii repertæ fuerint. Impenſè interea operam dabant Status & Ordines Principatûs, vt alienata vindicentur, neve ampliùs alienentur; & dum obſervarent *Michaëlem Apafi*, ſupra omnes Anteceſſores Principes in inſcribendis Bonis Fiſcalibus (quo, vt intelleximus, & Bona tum Epiſcopalia pertinebant) nimium eſſe liberalem, non modò eundem, Decreto, etiam per ipſummet confirmâto circumſcribunt, *ne cuipiam citra conſenſum ipſorum Statuum Regni, vel pignoris titulo, quidvis è Fiſcalibus conferat;* ſed inſuper contra impetratores pœnam ſeveram ſtatuunt, vt nempe hi & *Bona collata amittant, & altero tanto puniantur;* qui ſi pœnam ſolvendo non ſint, etiam captiventur, usque ſatisfactionem detinendi §. 199. *n.* 2, 3. Quæ Conſtitutio ſæpiſſimè repetita & confirmata eſt. *Forum* quoque *Productionale* pro revindicandis Bonis, *Compilatarum Edicto* ordinatum fuerat, quo is ſemper producendi modus, usque ad An. 1684. fuit, vt Princeps, penes alterum Protonotarium, aut Requiſitores Capituli, nonnullos Commiſſarios, ad faciem Bonorum Fiſcalium delegavit, coram quibus Poſſeſſor omnis Literas produxit; præſente etiam Directore Cauſarum Fiſcalium, & de Productis Exceptiones ob-

moven-

§. 225.

movente. Hiſce coram Commiſſariis, ſicubi produci non potuit, vel quod facta Inveſtigatione, aut emtum à Ruſticis, (quibus fas Bona vendere non eſt) aut vi occupatum, aut è communi terreno ſuſceptum fuiſſe conſtitit, id Proviſori ſimpliciter reoccupandum jubebatur. De quo producta eſt Collatio, Nobilitatio, vel Exemtio, id loco ſuo relinquebatur; id ratione Bonorum, ad Epiſcopium quondam pertinentium, tam aliàs, quàm recenter An. 1751. etiam confirmatum eſt. *n.* 3. Hæc omnia, cum compluribus rebus aliis, copioſiſſimè & fundamentaliter traduntur in *Inſtrumento*, quod, Præſulatum tenente Exc. ac Rev. quondam L. B. *Joſ. Ant. Bajtai*, ſub titulo: REPRÆSENTATIO *Damnorum & Præjudiciorum, quibus Bona Epiſcopatûs Tranſylvanienſis nimiùm onerantur, præviam ſimul exhibens Juris deductionem*, confectum erat.

5. Præter recenſita *n.* 3. Bona, ad Epiſcopium pertinet Caſtellum quoque Alvincenſe; cujus Bona dudum erant duo Oppida: *Al-Vintz* & *Borberek*, cum Poſſeſſionibus: *Tartorja*, *Karna*, *Rakotó* & *Borſómezö*, quæ ante tempora Ludovici II. Regis Hungariæ, inter terras Saxonibus Regiis exciſas (§. 152. *n.* 1.) & Jura Regalia habebantur; ſed Saxonibus (quod ea loca hoſtibus maximè obvia, & exercituum variorum quaſi viæ eſſent) alio demigrantibus, conſvetudine continua invaluit, vt per Principes, privatis ſubindè conferrentur. Prima Collatio facta eſt *Radulio*, Vajvodæ Transalpino, circa An. 1526. cui ſtatim per Univerſitatem Saxonum Septem Sedium ex ea ratione fuit contradictum, quod Collatio hæc per malè infor-

§. 225.

informatum Principem accidisset in detrimentum Jurium Regalium; vt docent Contradictionales Capituli Albensis de An. 1526. Verùm Conatus Saxonum eventu frustrari debuit, propter mutationem Statûs publici, & secessum à Regno Hungariæ: nam separati dein Principes, etiam Jura quævis Regalia licitè donarunt. Quocirca per varias Collationes hæc quoque Bona, An. 1532, 58,-69,-79, & 1598, inciderant in manus variorum privatorum: donec rursum sub Principe *Gabriele Bethlen*, demto pago Tartorja (*Tartaria*) qui interim avulsus est, per defectum ultimi Possessoris in Fiscum revolverentur. Dein à tempore *Bethlenii*, possidebantur per omnes Principes Nationales, inter Bona Fisci sui; non tamen *jure Fiscalia* seu *inabalienabilia* censebantur; quin inter Conditiones Principum, *Achatii Bartsai*, *Joannis Kemény*, & *Michaëlis Apafi*, expresse signatum est, Bona Castelli *Alvintz*, dum ipsi vellent, donari privatis posse. *Compil. Const.* P. 2. *T.* 1. *Art.* 4. *Conditionum Principalium Puncto* 21mo. Varii hodie sunt Possessores Al-Vintzenses Magnatum & Nobilium è numero; nec non *Moravi* & *Bulgari* (§. 161. & 164.) Castellum tamen & alia ibidem Bona, inter Jura Episcopalia censentur.

§. CCXXVI.

b. Venerabile CAPITVLVM ALBENSE, Albæ-Carolinæ Sedem & Tabularium habet, suntque ejus Membra, 1.) Reverendissimi CANONICI ACTVALES: *præpositus Major*, *Lector*,

§. 226.

Cantor, *Custos*, quatuorque alii. 2.) CANONICI TITVLARES, nunc numero 10, qui certorum Districtuum Ecclesiasticorum sunt *Archi-Diaconi*.

Libellus, *Directorium* vulgò dictus, Titulos Officiaque huc pertinentia docet. Requisitores Politici Literarum penes *Archivum Capituli* duo sunt. Præter hoc Archivum, est & aliud Claudiopoli, idque *Conventûs B. Mar. Virg. de Kolos-Monostra*, cujus *Conservator* est, Reverendiss. Liberæ Regiæque Civitatis Claudiopolitanæ Parochus Catholicus. Requisitores tres numerantur.

§. CCXXVII.

c. ARCHIDIACONALES DISTRICTVS sunt 17: *Albensis*, *Al-Csikensis*, *Aranyasensis*, *Armenopolitanus*, *Elisabethopolitanus*, *Fagærasensis*, *Fel-Csikensis*, *Gyergyoensis*, *Három-Székensis*, *Húnyadensis*, *Kászonensis*, *Kolosensis*, *Küküllöensis*, *Maros-székensis*, *Miklósvárensis*, *Tordensis*, *Udvarhelyensis*. DECANATVS duo: *Cibiniensis* & *Coronensis*.

a. 1. ALBENSIS DISTRICTVS Parochiæ sunt: 1. Abrud-Bánya. 2. Alba-Carolina. 3. Alvintz, quam *PP. Franciscani Observantes* administrant. 4. Borbánd. 5. Csertes, *administr. PP. Franc. Obs.* 6. Enyed, *adm. PP. Franciscani Conventuales*. 7. Mercurium. 8. Nagy-Ag, *PP. Franc. Observ.*

§. 227.

Obſerv. 9. Száſz-Sebes, PP. Franc. *Strictioris Obſervantiæ.* 10. Száſzváros, *PP. Franc. Strict. Obſerv.* 11. Toplitza, *PP. Franc. Obſerv.* 12. Tövis, *PP. Paulini.* 13. Veres-Patak. 14. Vizakna. 15. Zalathna.

2. AL-CSIKENSIS: 1. Kozmás. 2. Meneſág. 3. Mind-Szent. 4. Szent-György. 5. Szent-Imre. 6. Szent-Király. 7. Szent-Lélek. 8. Szent-Márton. 9. Szent-Simon. 10. Tuſnád. In hunc Diſtrictum, immò Sedes *Csik*, *Gyergyó* & *Káſzon*, Religiones, *Helvetica*, *Auguſtana*, & *Vnitaria*, nunquam penetrarunt.

3. ARANYASENSIS Diſtrictûs ſunt: 1. Bágyon. 2. Fel-Vintz. 3. Haraſztos. 4. Vár-Falva.

4. ARMENOPOLITANVS, conſtat ſola Armenopoli; cujus Parochus & Archi-Diaconus, 13. Coadjutores habet.

5. ELISABETHOPOLITANO Diſtrictui accenſentur: 1. Eliſabethopolis, cujus Parochus & Archidiaconus 6. Coadjutores habet. 2. Gyergyo-Szent-Miklós. 3. Szép-Viz. Diſtr. Armenop & Eliſabeth. Armenos complectitur, de quibus *Vid.* §. 158. *n.* 1. 2. vid. p. 560

6. FAGARASENSIS: 1. Fagaras, adminiſtr. PP. Franciſcani Reformati ſive Strict. Obſ. 2. Köhalom, *adm. Iidem.* 3. Nagy-Sink, *adminiſtrabant PP. Soc. Jeſu.* 4. Porumbák, *adm. PP. Franc. Reformati.*

7. FEL-CSIKENSIS: 1. Delne. 2. Madaras. 3. Eccleſia Parochialis *Nagy-Bóldog-Aſzſzony*, nomine eccleſiaſtico ſic dicta, tres pagos complectitur, v. l. *Jenö-falvam*, *Karcz-falvam* & *Dán-*

§. 221.

falvam, ad marginem Alutæ fluminis ita locatos, ut *Jenö-falva* ſit reliquis ſuperior, *Karcz-falva* inferior conſpiciatur: ſed ad Dánfalvam duo rurſus viculi pertinent, nempe *Olt-falva*, qui inter Karcz-falvam & Dán-falvam ſitus eſt, atque *Város* infra Dán-falvam proprie dictum locatus. Obſervationem hanc fecimus ad intelligendum locum obſcurum, nec adcolis intellectum, *P. Timonis*, qui *Imag. Nov. Hung. Cap.* 11. ſic leg: „In tractu Tſchikienſi Aluta de fon-
„ te effuſus, primùm intermeat Villas, S. Do-
„ minici, S. Thomæ, majoremque B. Virgi-
„ ginem (Hung. *Nagy Bóldog-Aſzſzony*) - - -.
„ Dani villa (*Dánfalva*) ſita eſt è regione majo-
„ ris vici B. Virginis, Madaraſchum (*Madaras*)
„ propè minorem Vicum B. Virginis, Vnroſchia
„ medium tenet. „ Sed ubi ſunt *minor vicus B. Virginis* & *Vnroſchia?* Certè nusquam in tota Sede gemina Tsik invenies, ſi his nominibus quæſiveris. Verùm, *P. Timon*, more ſuo, *ſch* pro *ſ.* amante, particulam pagi Danfalva, *Város* dictam, ſcripſit *Vároſchiam*, quam typotheta mutaverit in *Vnroſchiam*: & ſic verum eſt *Város*iam, inter Madaraſum & Dán-falvam, medium tenere. Porrò, Parochia *Rákoſenſis*, ex 4. pagis conſtat, v. l. *Vatſártſi*, *Göröts-falva*, *Rákos* & *Madé-falva*, habetque Templum B. V. Mariæ dicatum, quo ad diem 8. Sept., ſive B. M. V. Nativitatem (qui dies nobis *Kis-Aſzſzony*, i. e. minoris aut parvæ Dominæ ſeu Feminæ dicitur) ſumma Catholicorum devotorum frequentia convenire conſvevit: dubio ergo procul, P. Timon Parochiam hanc, inuſitata adcolis nomenclatione, *Vicum minorem B. Virginis*, dixit.

4. Olá-

§. 227.

4. Olá-Falu, pagus Sedis Udvarhely, à qua ſilvis diſcriminatus, ad hunc Diſtrictum acceſſit. 5. Rákos. 6. Somlyó. 7. *Szent-Domokos.* 8. Szent-Mihály. 9. Szent-Miklós. 10. Szent-Tamás. 11. Szereda.

8. GYERGYOENSIS: 1. Al-Falu. 2. Tſoma-Falva. 3. Ditró. 4. Killyénfalva. 5. Remete. 6. Szárhegy. 7. Szent-Miklos, (*vbi & Armenus Parochus.*) 8. Tekerö-Patak. 9. Ujfalu.

9. HÁROM-SZÉKENSIS: 1. Al-Torja. 2. Beretzk. 3. Bodola. 4. Eſztelnek. 5. Futásfalva. 6. Gelentze. 7. Ilye-Falva, *PP. Paulini.* 8. Imetsfalva. 9. Kanta, *PP. Franc. Conventuales.* 10. Lemhény. 11. Nyújtód. 12. Oſdola. 13. Polyán. 14. Száraz-Patak. 15. Szent-Iván. 16. Szent-Lélek. 17. Szent-Katolna. 18. Türkös.

10. HÚNYADENSIS: 1. Déva, *PP. Franc. Obſervant.* 2. Dobra, Iidem. 3. Hátſzeg. 4. Húnyad; *PP. Franciſcani Reformati.*

11. KÁSZONENSIS: 1. Káſzon-Ujfalu. 2. Nagy-Káſzon. Hæc quoque Eccleſiaſticè magis, quàm Politicè ſic nominatur, complectiturque *Nágy-Káſzon* quatuor pagos coadunatos: *Al-Tiz*, *Fel-Tiz*, *Impérfalva*, *Jakabfalva.*

12. KOLOSENSIS: 1. Báts, *adminiſt. antea PP. S. Jeſu.* 2. Bálványos-Váralya. 3. Bánfi-Húnyad. 4. Biſtricium. 5. Bogártelke, *PP. Piarum Scholarum.* 6. Claudiopolis. 7. Csicſó-Kereſztur. 8. Dees, *PP. Franciſcani Reformati.* 9. Erked. 10. Fenes. 11. Jegenye. 12. Kapnik. 13. Kátona. 14. Kend. 15. Kide, *PP. Franc. Ref.* 16. Kòlos.

S. 227.

los. 17. Kolos Monoſtor. 18. Magyar-Lápos. 19. Mots. 20. Szék, *PP. Franc. Reformati.*

13. KÜKÜLLÖENSIS: 1. Abos-Falva. 2. Bénye. 3. Ebes-Falva. Egreſtö. 5. Hoſzſzuaſzó. 6. Küküllövár, *PP. Franc. Reform.* 7. Media, *Iidem.* 8. Radnót, *PP. Franc. Conventuales.* 9. Segesvár, *PP. Franc. Ref.* 10. Szent-Pál. 11. Szökefalva.

14. MAROS-SZÉKENSIS: 1. Böö, *PP. Soc. Jeſu adminiſtrabant.* 2. Ernye. 3. Hodos. 4. Kál. 5. Köſzvényes. 6. Maros-Szent-György, *PP. Franc. Reform.* 7. Maros-Váſárhely, *antea PP. S. Jeſu.* 8. Sámſónd. 9. Szent-Háromſág. 10. Szováta.

15. MIKLÓSVÁRENSIS: 1. Baróth. 2. Miklosvár. Diſtrictus eſt ſub Archi-Diacono Három-Székenſi.

16. TORDENSIS: 1. Mezö-Szengyel. 2. Száſz-Régen. 3. Torda. 4. Toroczkó. *PP. Fr. R.*

17. UDVARHELYENSIS Diſtrictûs: 1. Attyha. 2. Bözöd-Új-Falu. 3. Etéd. 4. Farkas-Laka. 5. Kányád. 6. Karátſonfalva. 7. Korond. 8. Lövete. 9. Máré-Falva. 10. Oroſz-Hegy. 11. Parajd. 12. Szent-Demeter, *PP. Franc. Conventuales.* 13 Szent-Lélek. 14 Szent-Király. 15. Szent-Tamás. 16. Szitás-Kereſztur. 17. Vágás. 18. Udvarhely. *adm. nuper PP. Soc. Jeſu.* 19. Vétzke. 20. Zetalaka.

β. 1. DECANATVS Cibinienſis, Cibinio. 2. DECANATVS Coronenſis, Coronâ, abſolvitur: erat uterque apud PP. Soc. Jeſu.

§. CCXXVIII.

d. PAROCHIALES ECCLESIAE in his Diſtrictibus numerantur 148., quarum 114. perEccleſiaſticos Seculares, 34. verò per Regulares ſeu Religioſos reguntur. Loca, inſuper, in quibus *Capellani, Curati Parochiales* & *Aulici* funguntur, 20. plùs minùs reperiuntur.

1. Ante Annum 1770. Parochiæ in Diœceſi Transſilvana 137. univerſim numerabantur, ex quibus 19. Regiâ Beneficentiâ fundatæ fuêre. Reliquas verò Parochias, Sereniſſima Princeps, D. D. MARIA THERESIA, Principali prorſùs Munificentia, An. 1770. fundavit. Et præter hoc Clementiæ monumentum, Parochis Catholicis omnibus, quibus ſterilis erat reditus, ſufficientem ad commodè vivendum poſuit fundum.

2. Clerus Junior, ſive *Clerici Scholaſtici*, è quibus Parochi inveſtiuntur, Theologiæ operam dant: 1. *Albæ-Carolinæ*, 2. *Claudiopoli*, in Transſilvania. 3. *Agriæ*. 4. *Tyrnaviæ*, in Hungaria. 5. *Viennæ* Auſtriæ, in Collegio Pázmániano.

3. Perſonæ Catholicæ in Transſilvania An. 1766. præter Cibinienſes & Coronenſes, 93135. fuerunt repertæ. §, 156. *n.* 1.

§. CCXXIX.

e. ORDINES RELIGIOSI 7. in Transſilvania reperiuntur: 1. Patrum Piarum Scho-

§. 229. 855 b.

Scholarum. 2. PP. Ordinis S. Pauli Primi Eremitæ. 3. PP. Franciſcanorum Reformatorum; ſive StrictiorisObſervantiæ. 4. PP. Obſervantium ſeu Regularis Obſervantiæ. 5. PP. Franciſcanorum Conventualium ſive Minoritarum. 6. PP. Trinitariorum. 7. PP. Antoninianorum.

1. PP. PIARVM SCHOLARUM, vulgò *Piariſtarum* Domicilia 2. ſunt, Megyeſini (Mediæ) unum, alterum Biſtricii.

2. PP. PAVLINORVM, qui *Hungari* dici conſveverunt, Hungarica verò linguâ: *Fejér-Barátok*, Domicilia 3. vl. Tordæ, Töviſſini, Ilye-Falvæ. *Vid. Annales Nicol. Benger.*

3. PP. FRANCISCANORVM STRICT. OBSERV. Hung. *Szürke-Barátok*, Domicilia 21., ſcil. in Szárhegy, Tsík-Somlyó, Eſztelnek, Corona, Fagaras, Cibinii, Húnyad, Claudiopoli, Dees, Mikháza, Megyes, Udvarhely, Szamoſujvár, (his locis habent Conventus:) Száſz-Sebes, Száſz-város, Fejérvár (in Suburbio, Platea Germanica) Torotzkó, Torda, Szék, Maros-Váſárhely, Segeſvár, (In his Reſidentiam ſolùm habent:) in Köhalom & Hátſzeg Hoſpitia.

4. PATRVM OBSERVANTIVM, qui vulgò *Bulgari* nuncupantur, Domicilia 3. Albæ-Carolinæ, Alvintzii & Devæ.

5. PP. FRANC. CONVENTVALIVM, Domicilia 6. ad Kézdi-Váſárhely, + Enyed, Kolosvár, Beſztertze, Marus-Váſárhely, Firtos (Firtos eſt habi-

+ in Contiguo Vico Kanta,

§.229. 165.

habitaculum, non vero pagus, in Sede Udvarhely.)

6. PP. TRINITARIORVM Domicilium 1. est, Albæ Carolinæ.

7. PP. ANTONINIANORVM Domicilium 1. Ebesfalvæ (Elisabethapoli).

8. PP. SOCIETATIS JESV, 6. Domicilia, Claudiopoli, Agropoli, Albæ-Carolinæ, Cibinii, Udvarhelyini & Coronæ.

9. Sacratæ Deo Virgines reperiuntur Cibinii Societatis Sanctæ Ursulæ, & Claudiopoli Ordinis sanctæ Elisabethæ de Pœnitentia. vid. p. 564.

§. CCXXX.

Ad Romano-Catholicam etiam pertinet, Religio *Græci Ritûs Vnita*, quam Valachi profitentur; sed de ea inferiùs dicendi erit locus. *Cfr.* §. 249.

CAPVT XIV.

DE RELIGIONE HELVETICÆ CONFESSIONI ADDICTA.

§. CCXXXI.

II. RELIGIO HELVETICAE CONFESSIONIS, medio Seculi XVI^ti, in Transsilvania, Hungaros ac Siculos in-

§. 231

ter ſeminata, ſecundum in hoc Principatu, Lege publica, locum tenet; & præter Sacram Scripturam, Helveticæ Confeſſioni, ac Palatinæ ſive Heidelbergenſi Catecheſi addicta eſt.

1. Ortum hujus, §. 221. *n.* 2. in compendio retulimus; copioſiùs verò tradunt, ex *Romano-Catholicis*, *P. Andr. Illia*, in *Ortu & Progreſſu variarum in Dacia Gentium ac Religionum*. Ex *Helveticæ Confeſſioni addictis*, *Franciſcus Pariz Papai*, in Libello, quem *Rudus Redivivum* appellavit, ac An. 1686. in 12mo Cibinii imprimi juſſit: inter *Miſcellanea Tigurina* An. 1723. denuò recuſus. Et *Frid. Adolphus Lampe* in *Hiſt. Eccl. Hung. & Tranſilv.* edit An. 1728. Trajecti ad Rhenum, in 4to, partem hujus majorem *Paulus Ember* Eccleſiaſtes Debrecinenſis collegerat. Ex *Lutheranis Georg. Haner*, Saxo Schæsburgenſis, in *Hiſtoria Eccleſiarum Tranſilvanicarum*, 1694. Francofurti & Lipſiæ, 12mo edita.

2. Confeſſionem Helveticam, primum An. 1536., Baſileæ, per delectos, *Henr. Bullingerum*, *Oſwaldum Miconium*, & *Simonem Grynæum*, conſcriptam, ac An. 1566. fuſiùs explanatam, in Hungaria quoque & Tranſſilvania ii, qui Calvini Dogmata receperant, amplexi ſunt, annoque 1567. Debrecini editam, Principi Tranſſilvaniæ *Joanni IIdo*, cui Debrecinum parebat, inſcripſerunt. Tunc etiam in Tranſſilvania recepta eſt. Confeſſionem hanc An. 1615. ex Latino in Hungaricum transfudit *Petrus Tſene Szentzienſis*, V. D. M. Erſek-

Újvá-

Újváriensis, Posteaque Superattendens aliquot in Hungaria Inferiore Comitatuum, Samariæque imprimi curavit. An. 1616., Latinè simùl & Hungaricè primùm Debrecini Sæpiùs deinceps in Hungaria & Transsilvania edita est. *Vid. Præfat. ejusdem Confessionis.*

3. Jussu & auctoritate *Friderici III.* cognomento *Pii*, Electoris Palatini, à Theologis Heidelbergensibus, *Zacharia Ursino* & *Casparo Oleviano*, linguâ Germanicâ exarata, & An. 1563. edita est *Catachesis Palatina*; quam à *Josuà Lago* & *Lamberto Pithopoeo* Latinâ donatam civitate, An. 1604. *Franc. Szárási* Pastor Ecclesiæ Debrecinensis, in Hungaricum transferens, exhibuit Ecclesiis suæ Fidei, quæ hactenùs Catechesi *Michaëlis Batizi*, *Joannis Siderii*, (Szederj János) *Petri Melii*, & *Thomæ Felegyházi*, Hungarorum, usæ fuerant. Hi sunt *Libri Symbolici*, quorum in Verba, V. D. Ministri Helveticæ Confessionis, dum consecrantur, jurare solent.

§. CCXXXII.

Ecclesiasticum inter Helv. Conf. addictos *Ministerium*, 1.) per unum *Superintendentem*, 2.) per 14. *Seniores*, ac 3.) per ceteros *Verbi Divini Ministros* peragitur.

§. CCXXXIII.

a. SVPERINTENDENS communibus universorum Senioratuum sive Diœcesium

§. 233. [illegible]

ſium votis ac ſuffragiis eligitur, & Diplomate Regio Principali confirmatur. Novem verò ſupra viginti, Eccleſiis in Transſilvania Helveticis, ab An. 1563., in præſentem diem, Superintendentis dignitate præfuerunt.

1. Primus omnium, qui Superintendentis obiit munus, *Dionyſius Aleſius* (vernaculè *Madár*, quod Hungaris *Ales* dicitur) Claudiopolitanus fuit, qui ad exeuntem annum 1561., Lutheranam ſequutus Sententiam, poſtquam Vittebergâ) ubi in Albo Academiæ *Dionyſium è ſeptem Caſtris* ſe ſcripſit) rediiſſet, Paſtorem Eccleſiæ Feneſenſis, ac Decanum Capituli Gyaluenſis An. 1556. egit; poſtea Calvinianæ ſubſcribens Religioni, Transſilvaniæ Principi *Joanni II*do, quem ſuæ Fidei participem fecerat, fuit à Sacris ad An. 1563., quo *Aleſius* gradum Superintendentis nactus fuit, teſte Donationali Joannis II; licet An. 1564. in Synodo Enyedenſi publicè declaratus fuerit. Initio Anni 1577. in vivis eſſe deſiit. 2. *Andreas Sándor*, Tordæ An. 1529. natus, Vittebergæ circa An. 1559. Scientiis ſublimioribus imbutus, ac inde redux, Eccleſiæ Devenſi in Sacris præpoſitus, An. 1577. Superintendentis decoratus honore; eum An. 1579. exuit. 3. *Matthæus Götſi*, Vittebergæ ſtudiis excultus; V. D. M. Agropolitanus, quoad vixit, fuit, & An. 1585. vitam ac Superintendentis Officium poſuit. 4. *Matthæus Toronnyai*, (*Toronellis* quibusdam) Vittebergâ redux, Paſtor Gyaluienſis, ac poſt Enyedenſis, ſimul & Superintendens, An. 1599. Rettegini,

quo

S. 233.

quo ſe inter Patriæ tumultuationes receperat, vitam cum morte permutavit.

2. Seculo XVIImo: *S. Joannes Ungvári*, Vir juvenili quidem ætate, at eximiâ eruditione pietateque, Paſtor Albenſis, An. 1599. d. 13 Jun. Superintendens creatus, An. 1601. mortuus eſt. 6. *Blaſius Buzás Ketskeméti*, Paſtor Alvintzenſis, mox Száſzvároſenſis, ac ad extremum Superintendens, An. 1603., Száſzvároſini mortalitatem explevit. Quia verò hoc ſequentique anno, ob turbatiſſimam Transſilvaniæ conditionem Synodus Generalis, qua Superintendentes eligi conſveverunt, celebrari nequiret, anno tandem 1605. 7. *Mich. Ruber Taſnádi* (Veres de Taſnád. *Veres* Hungaris Ruber dicitur) antea Paſtor Gyaluenſis, tunc Enyedenſis, electus eſt. Hic 43. Canones conſcripſerat, *Ruberianos* dictos, & in Synodo Maros Váſárhelyenſi An. 1606. approbatos, ad quorum dictamen Miniſtri & Miniſterium componebantur. Anno demùm 1618. 24. Sept. Magyar-Igenini, ubi tum Sacra procurabat, animam Creatori reddidit. 8. *Joannes Dajka Keſerüi*, quem Verbi Divini Præconem Váradino Princeps Gabriel Bethlen in Transſilvaniam vocaverat, An. 1618. 18. Nov. Superintendens creatur, & dum egregiè provinciam ſibi demandatam ornat, An. 1633. 18. Maji Cœlum adit. 9. *Steph. Katona Geleji*, Hungariæ pago *Gelej* An. 1589. natus, ſeptennis à Tataris captus, venditus, at à matre redemtus, Literisque in Hungaria imbutùs, patrocinio Principis Gabrielis Bethlen in Academiam Hejdelbergenſem miſſus eſt. Idem Princeps, reducem An. 1621., Aulicum conſtituit Concionatorem,

quem

§. 233.

quem demùm Annus 1633. 6. Jun. munere Superintendentis honoravit. An. 1649. 12. Dec. mortuus quidem eſt, ſed vivit operibus in lucem editis; qualia ſunt: a.) *Præconium Evangelicum*, Dominicales complectens Conciones; *Albæ-Juliæ* 1638., *Tom.* 2. *Fol.* b.) *Canones Eccleſiaſtici*, (§. 234. *n.* 1.) quibus Clerus Helv. Confeſſionis hodiedum utitur. Linguâ item Hungaricâ: c.) *Titkok Titka*, de SS. Trinitate, in 4to. d.) *Váltſág Titka*, de Satisfactione Chriſti *edit. Albæ-Juliæ An.* 1645. 4to. e.) *Gradual*, Cantiones Eccleſiarum Transſilvanicarum, *Albæ Juliæ* 1636. *Fol.* Superintendente & Præſide Geleio celebrata eſt memorabilis *Synodus Nationalis*, Szathmár-Németini An. 1646. M. Jun. ad ſopiendas turbas ſcandalosè à quibusdam Fratribus in Eccleſia ex imprudentia excitatas: cujus Acta & Concluſiones, ad calcem Canonum proximè memoratorum habentur. 10. *Georgius Cſulai*, Patre Nobili Joanne Cſulai, matre Barbara Bartſai Principis Acacii ſorore natu minore uſus, An. 1623. conſecratus, Profeſſorem primùm Albæ-Juliæ; tum Paſtorem Székely-Udvarhelyini, ac Seniorem ejus nominis Diœceſeos; deinde Paſtorem ac Seniorem Enyedenſem egit. Aulicus poſtea Principis Rákóczii Concionator, Legatione ad Portam Ottomanicam functus eſt. An. 1650. Superintendens factus. An. 1660. in Hungaria, (non Albæ-Juliæ, vt nonnulli putant) quo ſe propter barbarorum incurſiones (§. 119. *n. b.*) receperat, diem obiit. 11. *Caſparus Veresmarti*, An. 1635., Profeſſor exiſtens Agropolitanus, ad Miniſterium ordinatus, Paſtor Seniorque Udvarhelyenſis, poſtea Claudiopolitanus, & An. 1661. Superintendens

dens

§. 233.

dens creatus, An. 1668. deceſſit. 12. *Petrus Kováſznai*, V. D. M. in Hungaria Fonyenſis, Etſedenſis, ac demùm Váradenſis: iſthic, An. 1660., maſculè cum juventute Scholaſtica arcem ab una parte contra Turcas defendit, ultimòque Conditiones deditionis unicus ille ſcripſit. A. 1668. Superintendens dictus, A. 1673. mortuus eſt. 13. *Caſparus N. Tiſzabétſi*, ex Belgica Anglicaque peregrinatione erudita redux, An. 1657. V. D. M. Rettegenſis, deinde Paſtor ac Senior Székenſis, ſimulque Generalis Notarius, tum A. 1673., 22. Nov. Superintendens, poſt An. 1679. 1. Apr. in Oppido Szék de vita migravit. 14. *Mich. Tóſæus* (filius Tympanotribæ, & ex *Tof*, quod Hebræis tympanum ſonat, ſic nominatus) ex Székelyhid Hungariæ, in Academia Leidenſi Theologiæ Doctor creatus, primùm Profeſſor Váradenſis, deinde Sáros-Patakenſis, tum Paſtor Bodrog-Kereſzturenſis, poſt Szathmárenſis, tandem An. 1663. Aulicus Principis Apafii, poſtremò Superintendens pio ardentique Zelo pleniſſimus, ab An. 1679. 4. Jun. ad An. 1684. quo inmortalitatem moriendo adeptus eſt. 15. *Stephanus Horti*, Paſtor primò Nagy-Bányenſis in Hungaria, tandem Fagaraſenſis, 1684. in Synodo Albenſi, Superintendens ac Parochus Albenſis nominatus, A. 1689. mortalitatem abſolvit. 16. *Steph. Veſzprémi*, Profeſſor Szathmárenſis poſt Paſtor Udvarhelyenſis, ac cognominis Diœceſeos Senior, ad extremum Superintendens ab An. 1691. ad 1713., quo d. 22. Sept. naturæ debitum perſolvit.

3. Seculo XVIIIvo: 17. *Stephanus Kolosvári*, Linguæ Hebrææ ac Philoſophiæ in Collegio Nagy-Enyedenſi

§. 233.

denſi Profeſſor ab 1678 ad 1713; ex eo verò tempore Superintendens, Albæ-Juliæ degebat in annum 1716. M. Mart. quo auſpiciis Aug. CAROLI VI. Imperatoris, Alba-Juliâ, *Carolina* nominandâ, nova mœnium fundamenta accipiente, cum Scholaſtica juventute & Profeſſoribus inde emigravit. Claudiopolim habitaculum transtulerat, at hinc non multo poſt, vl. An. 1717. 29. Aug. ad Cœlicolas commigravit. Ex hoc tempore Superintendentes habitaculum fixum non habent, ſed in Diœceſi, qua ante Superintendentis gradum, Officio Paſtorali functi erant, permanent, Bonaque Superintendentialia, quæ in Boros-Botſárd (propè Albam Carolinam) pauca ſunt, poſſident. 18. *Franc. Soos*, in vico Kudu juxta Samuſium majorem A. 1670. primam lucem adſpexit, ab A. 1700., quoad vixit, Cathedram Claudiopolitanam tenuit, An. 1710. Senioratum Koloſenſem, A. 1717. Superintendentiam adeptus eſt, An. 1720. 19. Jun. ad plures vocatus. Graſſante in Transſilvania A. 1718 & 1719. peſte, (§. 19. *n.* 1.) ſcripſit *Poſitiones de Peſte, Divinæ Revelationi, Sanæ Rationi, Experientiæ longorum Seculorum conformes.* Claudiopoli 1720. 8. Idem fermè Opuſculum linguâ vernacula, ſub titulo: *A' Dög halál Iſten Hartza emberekkel.* 19. *Stephanus Váſárhelyi*, An. 1647. Marus-Váſárhelyini natus, ibidem tandem Profeſſoris, poſtea Radnótini, Vajda-Húnyadini, Küküllövárini, ac poſtremò Enyedini Paſtoris, hicque ſimul ab An. 1720. Superintendentis Officio functus, An. 1728. defunctus eſt. 20. *Georgius Simon Bonyhai*, Bonyhæ An. 1673., in lucem editus, Kükülövárini Paſtoris ac Senioris, ab anno demùm 1728 ad 1737., quo obiit, Superinten-

inten-

§. 233.

intendentis honores obtinuit. Fuit Vir animi corporisque dotibus abundè inſtructus. 21. *Stephanus Gyúla Szigeti*, A. 1678. natus, Nagy-Bányâ, ubi boni Paſtoris fungebatur munere, in Theologiæ Profeſſorem Enyedinum ductus, eodemque Officio ſummâ cum laude & emolumento functus, An. 1737. Superintendens electus, An. 1740. vitam terminavit. 22. *Joſephus Filep Deáki*, natus An. 1681, primùm Deſini, deinde ab A. 1715. Claudiopoli Sacrorum fuit Diſpenſator facundiſſimus; An. 1737. Generalis Notarius, An. 1740. Superintendens, An. 1748, novus Cœli incola factus eſt. 23. *Joannes Kováts Pelſötzi*, Szent-Mihály-Falvæ in Sede Aranyas, poſtea Magyar-Igenini Paſtor, unàque Senior Tractûs Albæ-Carolinenſis, ab An. 1748. 27. Nov. Superintendens exſtitit; anno verò ſequente, d. 18. Jan. vitæ metam attigit. 24. *Joannes Lukáts Borosnyai*, Capellanus & poſtea Paſtor Nagy-Enyedenſis, ab An. 1735, Profeſſor Udvarhelyenſis, ab Anno 1749. 27. Febr. Superintendens Honoribus ſuis digniſſimus, An. 1760, 9. Febr. Coronâ immarceſcibili redimitus eſt; Maros-Váſárhelyino, ubi Antiſtes Primarius ultimis annis fuerat, ad immortalitatem promotus. Primus fuit Superintendentium Reformatorum, quos ad hunc diem, Sacratiſſima Princeps, Diplomate Cæſareo-Regioque Principali Clementiſſimè confirmare dignata eſt. 25. *Sigismundus Pap Szathmári*, natus A. 1703. Claudiopoli, in numerum Miniſtrorum Verbi A. 1735, receptus eſt, Claudiopolitanam Cathedram ornavit; ab A. 1748, Senioratum Kolos-Kalotenſem; ab A. 1749, Notariatum Generalem geſſit; A. 1760. Officium Superintendentis

adſumſit, at priùs, quàm Generalis celebrari potuiſſet Synodus, die ſcil. 9. Apr. Antiſtes ætate dignus longiore, quidquid habuit mortale, exuit. 26. *Georgius Vereſtói*, natus Bonyhæ An. 1698. 25. Jun. ex Paſtore Bontzhidenſi Profeſſor Claudiopolitanus Philoſophiæ nonnullarumque aliarum Scientiarum proficientiſſimus ab A. 1728; Superintendens ab An. 1760. ad 1765. 6. Mart. quo Candela aliis inſerviendo conſumta eſt. Viri omni litterarum genere elèganter ſolidèque exculti eruditionem teſtantur varia ejus in Philoſophiam & Theologiam Opera manu exarata; nec non famigerata *Diſſertatio de Palma Ardente* in Exod. III. 2. quam Academica in Belgio peregrinatione elucubravit; item *Opera Poëtica*: fuit enim Poëta paucis ſecundus; & quantum ex Caſtaliis undis hauſerit, docet vel Pſalmus 42dus, quem morti viciniſſimus, lethali in lecto, metris elegantiſſimis ligavit. 27. *Georgius Aranka Zágoni*, ab exteris redux Academiis, fuit Gratiæ Eccleſiis Agropolitanæ & Székenſi diſpenſatæ Adminiſter Venerandus. A. 1760. Generalis Notarius, A. 1765. Superintendens creatus, anno denique 1767. in Cœlum adſumtus eſt. Vir hic R. ac Clariſſimus, Gallico ex idiomate, quod callebat ornatè, *Medicamina adverſùs mortis metus à Carolo Drelincourt* parata, in Hungaricam transfudit linguam, poſt metaphraſtæ mortem edita, 1768. 28. *Georg Lázár-Déſi*, Alſó Rákoſmo, ubi Sacra procurabat, A. 1740. Nágy-Enyedinum vocatus, An. 1765. Generalis Notarius, ac 1767, Synodo Kézdi-Váſárhelyenſi Superintendens declaratus, A. 1773. naturæ debitum reddidit. Inter ceteras, quas Collegio Enyedenſi egreſſus, in Aca-

demia

demia Francofurtensi ad Viadrum, collegit, eruditionis dotes, una erat Lingva Gallica, quâ exaratum *Ostervaldi* Tractatum *de Piis Colloquiis*, Hungaricâ linguâ instruxit, pioque sumtu Illustr. Lib. Baronissæ *Julianæ Nemes* de Hidvég, Viduæ Illustr. quondam L. Baronis *Sigismundi Korda* de Boros-Jenö, publici juris fecit, Cibinii, A. 1761. in 8vo. 29. Reverendissimus ac Clarissimus Dominus PETRVS WAJDA CSERNÁTONI, Ecclesiarum in M. Transsilvaniæ Principatu, Partibusque Eidem reincorporatis Helveticæ Confessioni addictarum, & nonnullarum Lutheranarum Superintendens, Tractûsque Désiensis Senior, & Oppidi Nobilis *Dés* Antistes Primarius. *Vivat*!

§. CCXXXIV.

Superintendentis Officia [1] *in genere* sunt, vt Ecclesiarum & Scholarum suæ Superintendentiæ subjacentium, Bonorumque ac Redituum ad eas pertinentium sollicitam curam habeat, *cet.* *Specialia* verò ejus Officia duo sunt, *Visitatio* nimirùm Ecclesiarum, [2] & *Indictio* Celebratioque *Synodorum* Generalium.

1. Omnia Superintendentis Officia perspicuè traduntur, in Canonibus Ecclesiasticis, speciatimque 90. 91. 92 & 93tio. Canones hos (§. 233. *n.* 2.) A. 1649. 8. Jun. Princeps Georg. II. Rákótzi, Albæ Juliæ, confirmavit.

2. Visitationes Diœcesium, tertio quoque vertente anno ordinariè, Hungaricarum nimirùm uno, Si-

culicarum verò altero, in ipſis Seniorum reſidentiis, eo advocatis omnibus eorum Confratribus & Scholarum Rectoribus, cum duobus aut tribus ſibi adjunctis Senioribus, (quorum alter *Generalis Notarius* erit) totam univerſitatem repræſentantibus, inſtituere obligatur. In his Miniſtros Eccleſiarum & Rectores Scholarum ſingillatim de Senioris ſui vigilantia, regendique dexteritate *cet.* Seniores viciſſim de miniſtrorum ac Rectorum obedientia, doctrinæ ac morum integritate *cet.* examinat, erroresque, ſi qui reperiantur, corrigit. Vnâ autem eademque operâ, Eccleſias quoque Seniorum, accerſitis præcipuis earum Civibus, viſitat; nec tamen de Officio Senioratûs, ſed Paſtoratûs duntaxat, examinat.

3. Synodum Provincialem ſive Generalem, quæ usque A. 1623., bis in anno, *Enyedini* vl. hieme, *Maros-Váſárhelyini* æſtatis initio, celebrabatur, jam ſemel quotannis, in locum convocare commodum, juxta Diœceſium ſeriem, tenetur, ad ſecundam nimirum poſt Trinitatis Dominicam. Ibi die Dominico Conciones fiunt, & Candidatorum S. Miniſterii cenſura, diſputatione mediante, inchoatur; diebus deinde Lunæ ac Martis publicè in Templo, horis ante & pomeridianis diſputationes continuantur. Superintendens interea, delecta, pro Prætorio, in domo, cum duobus aut tribus Incliti Supremi Conſiſtorii, à parte Seculari, Deputatis, & Diœceſium Senioribus ac Notariis, Cauſas appellatas revidet, Supplicationes publicè prælegi curat, omniaque negotia hoc Forum ſpectantia expedit. Die denique Mercurii, Candidatos jam ſatis ſuperque examinatos, ſollem-

§. 235. [illegible]

ſollemni ritu in SS. Miniſterio inaugurat, jure jurando eos ad certa Vocationis ſuæ capita obſtringendo, ac manuum, quà ſuarum, quà Seniorum, impoſitione confirmando, iisque, invocato ſuper eos Spiritu Sancto, benè precando, ac tum demùm ſacrum Conventum, publica gratiarum actione ac benedictione, Symbolo Apoſtolico decantato, dimittit. *Vid. copioſiùs Can.* 93.

§. CCXXXV.

b. SENIORES Eccleſiarum, pro Diœceſium ſive Senioratuum numero, decem & quatuor, ac Capitula duo, inque his omnibus Eccleſiæ Parochiales 500 circiter numerantur. Sunt autem *Diœceſes* ſive Tractus ſequentes: 1. Dévenſis. 2. Károlyvárenſis. 3. Enyedenſis. 4. Koloſenſis. 5. Székenſis. 6. Déſenſis. 7. Maroſenſis. 8. Görgényenſis. 9. Küküllenſis. 10. Udvarhelyenſis. 11. Erdövidékenſis. 12. Sepſienſis. 13. Kézdienſis. 14. Orbaienſis. *Capitula*: Sajó & Teke.

1. Datus Diœceſium ordo naturalis eſt, juxtaque locorum ſitum, incipiendo ab auſtro ſeptentrionem verſus, inde orientem, procedit; niſi quod Capitula Sajó & Teke, poſt Déſenſem Tractum immediatè, à poſitu loci, conſtituenda ſint. Narratio noſtra requirit Eccleſiarum juxta Diœceſes

§. 235.

consignationem, quam peragimus, hoc quidem modo:

a. DIOECESIS sive *Tractûs* DÉVENSIS Ecclesiæ Parochiales, sunt: 1. Déva. 2. Al-Pestes, cum Ecclesiis Filialibus: Tamástelke, Fel-Pestes, Keresztur. 3. Rákosd. 4. Vajda-Húnyad, cum Csólnakos & Bujtur. 5. Hosdát, cum Nádasd, & Batíz. 6. Zejkfalva cum Russ. 7. Hátszeg, Nalátz-Vád, Farkadin, Totésd. 8. Nagy-Pestény, Osztró. 9. Klopotiva. 10. Felső-Szálláspataka, cum Fejérviz, Macsesd, Bajesd. 11. Borbátviz, Ponor, Serell. 12. Galatz, Puj, Russór. 13. Orlya-Bóldogfalva. 14. Olá-Brettye. 15. Kitid, Batzallár, Szent-György. 16. Bátsi, Piski. 17. Lasád, Martinesd. 18. Al-Gyógy, Bokaj, Gyalmár, Máda. 19. Rápólt, Arany. 20. Fólt. 21. Bábolna. 22. Kémend, Haró, Berekszó. 23. Sólymos. 24. Maros-Németi, Lesnek. 25. Ilye, Maros-Brettye, Branyitska. Oppida & pagi, hactenùs recensita, sunt Comitatûs Hunyadensis, unde etiam dicitur hæc Diœcesis, TRACTVS HÚNYADENSIS: sequens verò Oppidum & pagi pertinent ad Comitatum Zarándiensem, suntque: 26. Körös-Bánya, Ots. 27. Ribitze. 28. Brád. 29. Kristsór.

b. D. KÁROLYVÁRENSIS: 1. Károlyvár, cum Maros-Váradja, Borbánd, Drombár. 2. Sárd. 3. Magyar Igen. 4. Boros-Botsárd. 5. Krakkó. 6. Benedek, Alsó-Gáld, Tsáklya, Fel-Gyógy. 7. Diód-Váralya, Tövis, Magyar-Orbó, Béld. 8. Vajasd. 9. Szent-Imre, Gáldtö, Koslárd. 10. Vingárd, Girbó. 11. Drassó, Spring, Kontza. 12. Kis-Enyed, Buzd, Hoszszutelke, Kis-Lúdas. 13. Borberek. 14. Alvintz. 15. Tsóra. 16. Zalatna.

latna. 17. Abrud-Bánya, Veres-Patak, Karna. Hujus Diœceſeos loca ad Comitatum Albenſem referuntur.

e. D. ENYEDENSIS, ſic ab Oppido Nagy-Enyed dicta, Oppida & pagos, è Comitatibus, Albenſi, Küküllö & Tordenſi, nec non Sede Aranyas & Diſtrictu Fagaras, colligit, ſuntque: 1. Nagy-Enyed. 2. Fel-Enyed. 3 Olá-Lapád. 4. Miriſzló. 5. Détſe. 6. Miklóslaka, Cſeſzve, Gombás. 7. Fel-Fintz. 8. Székely-Földvár. 9. Székely-Kotſárd. 10. Haraſztos. 11. Kertſed. 12. Bágyon, Rákos. 13. Szent-Mihályfalva, Singfalva, Méſzkö. 14. Tur, Szind, Peterd. 15. Uj-Torda. 16. O-Torda. 17. Pollyán. 18. Aranyas-Gyéres. 19. Egerbegy. 20. Gerend-Kereſztur. 21. Gerend. 22. Hadrév, Ketze. 13. Cſucs, Maros-Koppánd. 24. Nagy-Lak. 25. Hari. 26. Cſekelaka, Geſe. 27. Iſtvánháza. 28. Bükkös. 29. Ózd. 30. Kövesd, Zalakna. 31. Ola-Ivánfalva, Vetſérd. 32. Bolya. 33. Bürkös, Mártonfalva. 34. Száſz-Veſzöd. 35. Mihályfalva. 36. Mikeſzáſza, Kapus. 37. Hoſzſzuaſzó. 38. Magyar-Bénye. 39. Szantſal. 40. Péterfalva. 41. Balásfalva. 42. Tür, Berve, Vereſegyháza. 43. Búzás-Botſárd. 44. Betze, Karátſonfalva, Sólymos. 45. Magyar Lapád. 46. Aſzſzonynépe, Szilvás. 47. Cſombord, Bagó. 48. Szent-Király. 49. Újfalu, Lörintzreve. 50. Kapud, Patzolka. 51. Torotzkó-Szent-György. 52. Pókafalva, Kis-Kerék. 53. Alamor. (54. Vizakna. 55. Száſzváros. 56. Tordas pertinent in Ordine directionis ad Capitula Lutheranorum) 57. Fagaras.

d. D. KOLOSENSIS ſive *Kolos-Kalota*: 1. Kólosvár ſeu Claudiopolis. 2. Száſz-Lóna. 3. Sz. Láſzló,

§. 235.

Olá-Fenes. 4. Magyar-Léta. 5. Alſo-Jára. 6. Kolos, Kara. 7. Györgyfalva, Pata. 8. Ajton. 9. Káján. 10. Szamosfalva. 11. Fejérd. 12. Kájánto. 13. Olá Buda, Diós. 14. Méra. 15. Kóród. 16. Szútſák. 17. Türe, Gorbó. 18. Viſta. 19. Bogár-Telke, Darótz. 20. Makó. 21. Inaktelke. 22. Egeres. 23. Nagy-Petri, Tamás-falva. 24. Középlak. 25. Eſztána. 26. Kis-Petri. 27. Nagy-Almás, Bábony. 28. Sobok. 29. Farnos. 30. Magyar-Bikal. 31. Ketſed. 32. Bánfi-Húnyad. 33. Kalota-Szent-Király, Szenttelke. 34. Magyaró-Kerék. 35. Dános, Jakótelke. 36. Valkó, Intſel. 37. Gyerö-Monoſtor, Deritſe. 38. Nyárſzó, Sár-váſár. 39. Gyerö-Váſárhely. 40. Körösfö. 41. Nagy-Kapus, Kis-Kapus. 42. Szent-Pál, Nádas, Sárd. 43. Gyalu, Röd. *NB.* Gyalu Oppidum, exitu Seculi 16. & Exordio 17mi reſidentia fuit Epiſcopi Romano-Catholici, Demetrii Nábrádi, ſed is inde proſcriptus eſt, teſte Articulo 8vo, An. 1601. Claudiopoli condito.

e. D. SZÉKENSIS, ab Oppido Szék nomen mutuat, Oppidaque & Vicos Comitatuum Kolos, Doboka & Szólnok Interioris, complectitur: 1. Szék *Oppidum.* 2. Bontzida. 3. Viſa. 4. Vajda-kamarás. 5. Palatka. 6. Keſzü. 7. Mots. 8. Alſó- & Felſö-Szovát. 9. Botháza. 10. Berkenyes. 11. Magyar-Fráta 12. Méhes. 13. Katona. 14. Föld-vár. 15. Búza. 16. Sz. Sombor. 17. Füzkút. 18. Tants, cum Filiabus. 19. Sárvár, Kereſztur. 20. Apa-Nagy-Falva. 21. Borzás. 22. Vitze. 23. Szent-Márton. 24. Devétſer. 25. Ördöngös-Füzes. 26. Vereſegyház. 27. Kékes. 28. Noſzaly. 29. Cſá-ſzári. 30. Czege. 31. Göts. 32. Szent-Egyed.

33. Po-

33. Poján, Szent-Gothárd. 34. Feketelak. 35. Száva. 36. Szamos-Újvár-Németi. 37. Bálványos-Váralya. 38. Málom. 39. Détſe. 40. Száſz-Nyíres. 41. Mikeháza. 42. Száſz-Margita. 43. Batza. 44. Mihályfalva. 45. Retteg Oppidum, cum Nyégerfalva. 46. Árpáſtó. 47. Iloſva. 48. Fel-Ör. 49. Kudu. 50. Bethlen, Szeſzárma. 51. Somkerék. 52. Nemegye, Világos-berek. 53. Szent-András. 54. Sajó-Udvarhely, Novaly. 55. Puſzta-Kamarás. 56. Légen, Gyeke. 57. Víz-Szilvás, Iklód.

f. D. DÉSENSIS: 1. Dees Oppidum. 2. Szinye, Bogát. 3. Köblös. 4. Sombor. 5. Kis Esküllö. 6. Kozárvár. 7. Ördög Kereſztur. 8. Gyúla, Szent-Miklós, Matlkás. 9. Ujfalu. 10. Dés-Akna. 11. Borſa. 12. Kide. 13. Pánczél-Cſeh. 14. Cſomafája, Sólyomkö. 15. Bundoz (pagus hujus nominis in Transſilvania, quod ſciam, nullus eſt: apographum proinde, ex quo hæc ſcribo, corruptum eſt hoc loco; quod Diœceſeos hujus Viri facile emendabunt) 16. Babotz, Fodorháza. 17. Néma, Széplak. 18. Kérö, Dengeleg. 19. Válaſzut. 20. Kendi-Lóna. 21. Doboka. 22. Tötör, Olmotz. 23. Ketſet Szilvás. 24. Felſö- & Alſó-Tök. 25. Ormany, Girót. 26. Hid-Almás. 27. Eſztény, Kend. 28. Drág. 29. Matskás. 30. Kudo (hoc quoque nomen corruptum eſt: Kudu verò in Diœceſi Székenſi reperitur). 31. Katzkó & 32. Polyán cum Filiali Galgó. 33. Szeletske, Al-Ör.

Diœceſis Deeſenſis fuit olim ampliſſima adeò, vt An. 1624. in duas dividi debuerit, voto Synodi Generalis; & ea, quæ cis Samoſium cum Oppido

§.235.

pido Dees conſidebat, *Tractus Déſenſis*, quæ verò trans Samoſium Oppidum Retteg reſpiciebat, *Rettegenſis* nuncupabatur: at progreſſu temporis, excißs per bellorum injuriam Hungaris plerisque è Diœceſi Rettegenſi, & Valachis ea loca occupantibus, quæ ſupererant Eccleſiæ, Diœceſi Székenſi, non mediocriter deſolatæ, applicatæ ſunt. Déſenſis nunc Diœceſis, per Comitatus, Szólnok Interiorem & Dobocenſem propagatur; in eaque bis annuatim ordinariè *Synodi Partiales* celebrantur.

g. D. MAROSENSIS in Sede Siculicali *Maros* conſtituta, has habet Eccleſias: 1. Maros-Váſárhely (*Agropolis*). 2. Mezö-Madaras. 3. Harczó. 4. Panith. 5. Cſit-Szent-Iván, Malomfalva. 6. Berkenye. 7. Mezö-Bánd, Száltelek. 8. Sámſond, Rüts, Pagotſa, Lekentze. 9. Fele, Szabéd, Ménes. 10. Kölpény. 11. Mezö-Köveſd. 12. Szent-Király, Hidvég, Náznánfalva, Egerbegy, Remeteſzeg. 13. Somoſd, Cſóka. 14. Káposztás-Szent-Miklós, Cſiba. 15. Fintaháza. 15. Lukafalva, Ilentzfalva. 17. Lörintzfalva. 18. Maros-Kereſztur, Nyáräd-tö. 19. Kakaſd, Megyesfalva. 20. Bodon. 21. Galambad. 22. Karátſonfalva, Folyfalva. 23. Mezö-Cſávás. 24. Nyárád-Szent-Benedek, Akosfalva, Cſerefalva. 25. Batzka-Madaras, Szent-Láſzló, Nyomád. 26. Haraſztkerék. 27. Szövérd. 28. Kelemen-Telke. 29. Erdö-Szent-György, Havadtö. 30. Gyalakúta, Bardos. 31. Vaja, Göts, Kis-Görgény. 32. Kebele-Szent-Iván, Boss, Agárd. 33. Böö, Moſon. 34. Nagy-Ernye. 35. Cſejd. 36. Koronka. 37. Udvarfalva. 38. Székes. 39. Szereda. 40. Ikländ, Kál, Vadad, Iſzló. 41. Tompa, Sárd, Gálfalva. 42. Jedd, Maros-

Maros-Szent-György. 43. Csíkfalva, Búzaháza, Csík-Szent-Márton, Jobbágyfalva. 44. Szent-Imre, Torpoſzló, Sepröd. 45. Geges. 46. Havad, Nagy-& Kis-Adorján. 47. Szereda-Szent-Anna, Siketfalva, Demeterfalva, Andrásfalva. 48. Sóvárad. 49. Selye. 50. Bere-Kereſztur, Magyarós, Bere, Kendö, Márkod, Mája. 51. Szent-Simon, Rithmány. 52. Makkfalva, Abod. 53. Kibéd. 54. Szent-Gerlitze, Szent-Háromſág. 55. Szent-Iſtván, Atosfalva, Cſókfalva. 56. Vadaſd, Bede.

h. D. GÖRGÉNYENSIS, in partibus Comitatuum Torda & Kolos ad orientem exporrectis ſituata, habet: 1. Sárpatak. 2. Gernyeſzeg. 3. Erdöcſanád, Ilye. 4. Sáromberk. 5. Maros-Jára. 6. Póka-Kereſztur, Tóldalag. 7. Ölyves, Örményes. 8. Uj-Szent-Péter, Tuſan. 9. Póka. 10. Körtvélyfája. 11. Széplak. 12. Dedrád. 13. Bátos. 14. Vajola. 15. Ludvég. 16. Péntek. 17. Teke. 18. Nagy Ida. 19. Komlód. 20. Száſz-Erked. 21. Oroſzfája. 22. Köbölkút. 23. Ujlak, Septér. 24. Nagy-Ertſe, Unaka. 25. Tants. 26. Száſz-Fülpös. 27. Magyar-Fülpös. 28. Beretzk telke. 29. Magyar-& Száſz-Régen. 30. Felfalu, Idets. 31. Véts. 32. Diſznajó. 33. Radnótfája. 34. Görgény Szent-Imre. 35. Magyar-Bölkény. 36. Erdö-Szengyel. 37. Magyarò. 38. Hólt-maros. 39. Péterlaka. 40. Vajda-Szent-Iván. 41. Bányitza.

i. D. KÜKÜLLÖVÁRENSIS: 1. Küküllövár. 2. Szökefalva, Ditſö-Szent-Márton, Cſüdötelke, Sáros. 3. Harangláb, Pots-telke. 4. Széplak, Magyarós, Olá-Déllö, Pete. 5. Medvés. 6. Gógány. 7. Kis-Kend, Bernád. 8. Maros-Bogát. 9. Búzás-Beſſenyö. 10. Sövényfalva. 11. Ádámos. 12. Bóldog-

S. 235.

dogfalva. 13. Szent-Benedek. 14. Magyar-Sülye. 15. Száſz-Almás. 16. Désfalva, Abosfalva. 17. Herepe. 18. Teremi, Ujfalu. 19. Ugra, Gyulas. 20. Cſapó. 21. Mikefalva. 22. Kutyfalva. 23. Dánya. 24. Bonyha, Bernád. 25. Radnót. 26. Nagy-Kend. 27. Kóród-Szent-Márton. 28. Gógány-Váralya. 29. Gálfalva. 30. Pótsfalva. 31. Ebesfalva, Ernye, Kereſd, Hondorf, Dómád. 32. Királyfalva. 33. Mezö-Bodon. 34. Balaváſár, Egrestö. 35. Héderfája. 36. Cſávás. Saltuatim has Eccleſias, quod & in aliis Diœceſibus evenit, recenſitas video, loco tamen relinquo: nihil ſiquidem Veritati obſit.

k. D. UDVARHELYENSIS, ab Oppido Udvarhely appellata has complectitur: 1. Udvarhely. 2. Hodgya. 3. Fartzád. 4. Dobófalva. 5. Sükö. 6. Ketſed, Kis-Falu, Szent-Mihály. 7. Sófalva. 8. Parajd. 9. Siklód. 10. Szolokma. 11. Küs-Möd. Küs-Möd- antè An. 1624. fuit Mater Eccleſia, cujus Filiæ Etéd & Siklód, circa memoratum annum, in Parochiales Eccleſias abierunt. 12. Etéd, Martonos. 13. Szent-Erſébet. 14. Kis Sólymos, 15. Nagy-Sólymos, Hidegkút, Sákod. 16. Bözöd-Ujfalu. 17. Körispatak. 18. Szitás-Kereſztur. 19. Cſekefalva, Szent-Abrahám, Andrásfalva, Gagy. 20. Rugonfalva, Kede, Seménfalva, Kadáts. 21. Bethfalva. 22. Kis-Galambfalva. 23. Nagy-Galambfalva. 24. Agyagfalva, Magyarós, Détsfalva. 25. Mátisfalva. 26. Bögöz, Ótzfalva. 27. Felſö Bóldog-Aſzſzony-falva, Bikafalva, Andrásfalva. 28. Patakfalva. 29. Telekfalva. 30. Sándorfalva. 31. Homoród Szent-Márton. 32. Homoród-Szent-Pal, Okláud, Karátſonfalva, Retſenyéd

tſenyéd

S. 235.

ſenyéd. 33. Bágy. 34. Dálya. 35. Ége. 36. Szent-László, Ábrahám-falva, Miklósfalva. 37. Kányád, Jásfalva. 38. Muſna, Ders. 39. Uj-Székely, Alſó-Bóldog-Aſzſzonyfalva. 40. Nagy-& Kis-Bun. 41. Fiadfalva. 42. Szederjes. 43. Héjasfalva, Sárd. 44. Sárpatak. 45. Fejéregyháza. 46. Móha. 47. Voldorf. 48. Héviz. 49. Alſó-Rákos. 50. Petek. 51. Kóbor (ad Capitulum Lutheranorum pertinens).

I. D. ERDÖVIDÉKENSIS, in qua Sedium Siculicalium Miklósvár & Bardotz pagi ſunt: 1. Nagy-Batzon. 2. Bibartzfalva. 3. Bodos, Barót Filialis. 4. Száraz-Ajta. 5. Közép-Ajta. 6. Bölön. 7. Nagy-Ajta. 8. Ürmös. 9. Köpetz, Miklósvár inſtar Filialis. 10. Olaſz-Telek. 11. Száldobos, Vargyas Filialis. 12. Bardotz. 13. Füle. 14. Hermány. 15. Kis-Batzon. Diœceſeos olim Sepſienſis membrum fuit Tractus Erdövidékenſis, ſuoque in territorio Pro-Seniorem habuit: ſed quia ſilva ad integrum milliare inter duas Diœceſes procurrens, ſæpiùs mortalibus in Foro Spirituali Sepſienſi litigantibus, in transgreſſu, verberum, ac aliquando etiam Verbi Divini Miniſtri cædis occaſionem dederit ſecuriorem; hinc A. 1654. à Sepſienſi ſejuncta, inque peculiarem Diœceſim mutata eſt. Seniores in Erdövidéke ex eo tempore fuerunt: 1.) *Joannes Ajtai*, Paſtor Eccleſiæ Közép-Ajtenſis. 2.) *Andr. Udvarhelyi* P. E. Nagy-Batzonenſis. 3.) *Stephanus Szokolyai* Parochus Eccleſiæ Nagy-Batzonenſis in exordio præſentis, & exodio præteriti Seculi; Poſtea Paſtor Udvarhelyenſis & Diœceſeos cognominis Senior. Hic, dum curſum Academicum in Hollandia continuaret,

ret, duo ex idiomate Belgico opuſcula in Hungaricum tranſtulit, eaque typis vulgavit. 1. *Preces è ſcriptis Veteris Teſtamenti*, Lejdæ 1648.; quas poſtea An. 1672., nomini & honori Incliti Herois & Transſilvaniæ Cancellarii, *Joannis Betlen* (§. 275. *n.* 9. g. AA. & *n.* 10.) inſcriptas, Claudiopoli, 12mo, recudendas fecit. 2. *Sérelmes Lelkeket gyógyitó Balſamom*, i. e. *Balſamum animas ſaucias medens*; Leidæ 1648., & ſæpè dein editum. 4.) *Petrus Hermányi*, ſpatio 35. annorum in Diœceſi Erdövidékenſi Senior, ac 49. annis, Patakfalvæ in Diœceſi Udvarhelyenſi, Olaſztelekini, Közép-Ajtæ, & Bölönini in Tractu Erdövidékenſi Paſtor dexterrimus, Avus meus maternus deſideratiſſimus, cujus inſignis eruditio, facilitas ac verba ponderoſiſſima hodieque in hac Diœceſi noſtra frequentantur. 5. *Ladislaus Oſvát*, Nobilis nativus de Bibartzfalva, nobilis & eruditione ac pietate. 6. *Michaël Ajtai Benkö*, Genitor meus ſenio confectus, qui An. 1718., munere Paſtorali ornatus, in Magyar-Hermány 10, in Bardotz 24, in Közép-Ajta, patria & ſolo natali 14, gregem Domini pavit, ac ab An. 1756. ad An. 1769., Diœceſeos Erdövidékenſis curam geſſit: jam venerandus, ac luminibus corporis orbatus Senex, trium Verbi Divini Miniſtrorum, (*Michaëlis* Szitás-Kereſzturenſis, *Samuelis* Alſó-Rákoſenſis, & *Joſephi*) Filiarum item quinque V. D. Miniſtris elocatarum, nec non unius Virginitati devotæ, Pater, ſedem Beatorum, quo Conjugem Juditham Diénes Hermányi duosque filios, ac filiam unam, præmiſit, deſiderat. 7. Reverendus ac Clariſſ. Dn. *Alexander Székely Dálnoki*, munere nunc Senioratûs, eximia cum laude fungitur. Hiſto-

riam

§. 295.

riam denique, quam ſub Latino titulo *Filii Poſthumi*, linguâ hungaricâ, de antiqua & hodierna Diœceſeos Erdövidékenſis cognitione, 25. plagulis, litteris mandavi, communis Diœceſeos arca conſervat.

m. D. SEPSIENSIS. In Sede Siculicali cognomine: 1. Sepſi-Szent-György. 2. Szemerja. 3. Szent-Király. 4. Ilyefalva. 5. Al-Doboly. 6. Szotyor. 7. Kilyén. 8. Uzon. 9. Bikfalva. 10. Liſznyó. 11. Magyarós. 12. Szatſva. 13. Egerpatak. 14. Kis-Borosnyó. 15. Fel-Doboly. 16. Nagy-Borosnyó. 17. Réty. 18. Komolló. 19. Szent-Iván. 20. Ereſztevény. 21. Beſenyö. 22. Angyalos. 23. Martonos & Fotos. 24. Gidófalva. 25. Étfalva. 26. Bodok. 27. Zoltány, Filia Étfalvæ. 28. Óltſzeme. 29. Málnás. 30. Zalány. 31. Kálnok & Körös-patak. 32. Árkos. 33. Kökös. 34. Hidvég. 35. Árapatak. 36. Erösd. 37. Bodola. 38. Nyén. 39. Braſſó, in Bolonnya nominato Suburbio, Hétfalu. Anno 1680., 18. Maji, in Generalibus Provinciæ Comitiis concluſum erat, Articulo 2do, vt *Reformati Coronenſes*, *in Bolonnya* Suburbio, *Templum & Religionis exercitium habeant; quibus ad bis quindenam locus pro Templo commodus aſſignetur, & incolæ omnes, qui ejus Religionis ſunt, Parocho ſuo proventus ſolitos præſtent.* Rectè hoc quidem; & diebus certis, quibus Paſtor in Sede Sepſi manſionem habens, Coronam ingreditur, Religionis exercitium in Bolonnya habetur: Templum tamen & proventus Paſtoralis haud conſpicitur. *Vid. Hiſtor. Manuſcripta Mich. Cſerei.*

n. DIOEC. KÉZDIENSIS: 1. Kézdi-Váſárhely, & Oroſzfalu. 2. Alſó-Cſernáton. 3. Dálnok. 4. Létzfalva

falva. 5. Felső Csernáton. 6. Albis. 7. Felső-Torja. 8. Ikafalva. 9. Karatna. 10. Martonfalva. 11. Márkosfalva. 12. Mátisfalva. 13. Maxa. 14. Várhegy. 15. Bita.

In *Diœcesi* ORBAI: 1. Zágon. 2. Papóltz. 3. Körös. 4. Kovászna. 5. Páva. 6. Zabola. 7. Tamásfalva. 8. Páké. 9. Barátos. 10. Szörtsé. 11. Telek. 12. Czofalva. Probè notandum, quatuor has Diœceses posteriores, Sepsi, Kézdi, Orbai & Erdövidéke unitas esse, & peculiarem *Communitatem Ecclesiasticam* constituere, munitam Principum Privilegiis, quorum virtute, omnes Pastorum, Ludi-Magistrorum, & horum Viduarum, Fundi ac agri, Nobilitares habentur: harum verò Diœcesium obligatio est, *Synodos Quindenales*, quoties Causæ ventilandæ poscunt, in qualibet Diœcesi, celebrare; unde Causæ appellari ad *Partialem Synodum* possunt; hac scilicet conditione Privilegia his data sunt. Ceteris in Diœcesibus *Synodus Partialis* prima Instantia sive inferius Forum est, nec *Quindenæ* locum in iis habent. *Partiales* verò *Synodi* ordinariè singulis annis terna vice, juxta *Canonem* 89, & Artic. 4. Anni 1678. 1. Nov.; sed juxta necessitates, pluries quoque habentur. Dictarum quatuor Diœcesium Officiales & præcipui Confratres, in communibus negotiis gravioribus congregari solent, Convocatoriis Primarii inter eos Senioris, qui *Communitatis Præses* dici consvevit; & hic eorum Conventus COMMUNITAS vocatur. PRÆSIDIS nunc munere fungitur Admodùm Rever. ac Clariss. D. GABRIEL WASS *de Albis*, Ven. Diœc. Kézdensis Senior, & Ecclesiæ Márkusfalvensis Pastor. Fideliss.

p. Ca-

p. Capitula *Sajó* & *Teke*, maximam partem Lutheranos complectuntur, ſunt tamen ſub Inſpectione Superintendentis Reformati, (ſicut nonnullæ quoque noſtræ Eccleſiæ Superintendenti Lutherano ſubſunt) qui eorum Parochos ad Sacram Functionem ordinat. *Capitulum Tekenſe* totum Lutheranum eſt, habetque Eccleſias VI. Teke, Vajola (in Comitatu Kolos) &c. In *Sajoenſi* Eccleſiæ Reformatæ ſunt: 1. Nagy-Sajó. 2. Kis-Budak. Hujus Filia in Civitate Beſztertze. 3. Sófalva, cum Filiali Simon-Telke. 4. Alſó-Balásfalva. 5. Kendtelke cum Árokalya. 6. Száſz-Tzegö, cum Filiabus Szent-Jakab & Száſz-Ujfalu. 7. Máté. 8. Száſz-Új-Ös. 9. Galatz. Sunt hoc Capitulo præterea, Eccleſiæ Lutheranæ Parochiales IX, puta: Nagy-Sajó, Árokalya, Szent-Jakab, Száſz-Újfalu, Várhely, Felſö-Balásfalva, in qua duo ſunt Patresfamilias Saxones, ceteri Valachi, quartam Decimarum partem Saxonum Parocho ſolventes; Kerlés, Magyarós & Száſz-Ujfalu. Sunt verò Eccleſiæ Capituli Sajoenſis, præter Filialem Beſztertze, Comitatûs Dobocenſis. Horum in uſum & directionem Capitulorum, XX. Articulos Dionyſius Aleſius (§. 233. *n.* 1.) quondam conſcripſerat; quibus à Chriſtophoro & Sigismundo Báthoriis, ac aliis Principibus, imò etiam Auguſtiſſima MARIA THERESIA confirmatis, hodie quoque utuntur.

2. Omnibus his in univerſum Diœceſibus, A. 1766. fuerunt inventæ perſonæ Maſculæ 68628, Feminæ 68755; inſuper in Collegio Enyedenſi 844, Claudiopolitano 534, Agropolitano 784, Areapolitano ſeu Udvarhelyenſi 498. Studentes Togati & Claſſici reperti. Horum adeoque ſumma

§. 235. ?.1.*. 4.

universalis est 140043. *Conf.* §. 156. *n.* 1. Universi denique Helveticæ Confessioni addicti, in Districtu *Kövár*, & Comitatibus *Szólnok Mediocri* atque *Kraszna* pertinent ad Superintendentiam Debrecinensem in Hungaria, nec hic in censum venerunt.

§. CCXXXVI.

Seniorum sive *Inspectorum* Diœcesium, per reliquos V. D. Ministros suo è gremio electorum Officium *in genere* est, Diœceses suas juxta Canones regere; *in specie* autem, Ecclesiarum *Visitationem*, & Synodorum Particularium seu *Partialium* Convocationem & celebrationem instituere.

1. Ecclesias suæ directioni concreditas, annuatim, (in quatuor Diœcesibus Siculicis, quas Communitatis nomine venire diximus, quolibet triennio) adscitis sibi duobus aut tribus, ex præcipuis suis Confratribus, visitare tenentur, inquirendo in doctrinam, sollertiam, mores &c. Ministrorum; similiter in eruditionem, functionem *cet.* Ludi-Magistrorum; porrò in pietatem auditorum, in Sacrorum ac Parochialium ædificiorum ruinam *cet. Vid. Can.* 88.

2. Synodos Partiales, terna quolibet anno vice, ordinariè, at urgente necessitate sepiùs etiam, convocare obligantur; in quibus, præter Ecclesiasticorum dislocationem, ac noviter in opus Domini

§.236.

mini emittendorum examen, Cauſæ matrimoniales, & aliæ, pro re nata, controverſiæ, agitantur: ita quidem, vt in cauſis proceſſualibus Leges Patriæ obſerventur. *Can.* 89.

§. CCXXXVII.

c. VERBI DIVINI MINISTRI ſive PASTORES, ſalario haud uniformiter muniti, tot fermè in Transſilvania ſacro munere funguntur, quot Eccleſiæ Parochiales (§. CCXXXV.) numerantur.

1. Quælibet Eccleſia unum Parochum habet, præter *Claudiopolim* ac *Agropolim*, in quibus tres, atque *Száſzvároſum*, *Enyedum* & *Deeſum*, quibus duo Sacris præſunt Eccleſiaſtici. Pauciſſimis autem locis, ipſi Miniſtri Parochiales, ſuum in levamen, Capellanum conducunt.

2. Paſtorum alii, è Collegiorum patriorum (§. 258, 259, 260.) Civibus Togatis, alii ex iis, qui præter ſtudiorum curſum in Collegiis Tranſſilvanicis abſolutum, exteras quoque oras, ac ibidem Academias, inviſerunt, (§. 263. *n.* 2.) creantur: hi *Academici* vocantur, veſteque Germanica & capillis adſcititiis ſe diſtinguunt; illi *Domidocti* (qualem me fateor) appellantur.

3. Functio Miniſtrorum conſiſtit: 1.) In *docendo*, ſive concionando: quolibet enim die Dominico, intra horæ circiter decurſum, verba ad populum, horis matutinis faciunt. Munus docendi com-

prehendit etiam *exclusionem* à sacro Cœtu impœnitentium, ac *receptionem* pœnitentium; Can. 44.: quæ quo modo fiat, docet *Hist. Eccles. Hungar.* *p.* 707.: quamvis paulùm in Transsilvania aliter peragatur. 2.) In *Catechizando*, pomeridianis Dierum Dominicorum horis: licet sæpè, loco Catechizationis, Conciones aliis de materiis recitentur. 3.) In *precando*: preces namque professto quovis die, tam matutinæ, quàm vespertinæ, publicè in Templis, præmisso cantu, funduntur. 4.) *Prælegendo Capita* Biblica, post recitatas diebus professtis preces; sed non omnibus horis precibus destinatis. 5.) In *Festorum annunciatione*, ac celebratione. 6.) In *Sacramentorum administratione.* Sacramentum Cœnæ Domini sexies in anno administrari solet: a) In Festo Nativitatis Christi. b.) Dominica Quadragesima. c.) Festo Paschatis. d.) Pentecostis. e.) Dominica XI. post Trinitatis. f.) Dom. I. Adventûs. 7.) In *Conjugum copulatione.* 8.) In *deductione funerum*: quæ fit, post recitatum super Sepulcro sermonem exsequialem. 9.) In *Visitatione* ac consolatione *ægrotorum*, mortique adjudicatorum. *Vide copiosè in Canonibus* 34--77.

4. De Salariis Ministrorum, & Ludi-Magistrorum, (qui, exceptis quibusdam Oppidis, simul & Cantores sunt) quæ *Pariz Pápai*, *Georg. Haner* habent, consultò prætereo. Satis est nobis scire: 1. Quod paucis in locis quarta Decimarum pars Parochis Hungaris solvatur. 2. Principum munificentiâ, Parochis nonnullarum Ecclesiarum, status proventus, ex pecunia, sale, frumento, vino, è Fiscalibus Proventibus olim designatus erat, qui

hodie-

hodieque, ſecundùm factam Naturalium æſtimationem; juxta Clementiſſimam Divi Leopoldi Imperatoris Ordinationem, è Caſſa Camerali, benignè elargiri ſolet, ac *Cameraticum Beneficium* dici conſvevit. Conf. §. 140. *n. d.* 3. Reliquis in Eccleſiis, ipſimet auditores, ad normam Conſtitutionum ac antiquorum uſuum, Paſtorum ſalaria adminiſtrant, quæ tritico, avenâ, frumento Indico, Vino, pecuniâ *cet.* pro diverſis locis, conſtant.

§. CCXXXVIII.

Hæc de Eccleſiaſtico apud Helveticæ Confeſſioni addictos Miniſterio. At in ordine Directionis Eccleſiaſticæ, mixta quoque Adminiſtrationis forma, Secularibus & Eccleſiaſticis Perſonis commiſſa, obtinet, & *Inclytum Supremum in Magno Transſilvaniæ Principatu Reformatorum Conſiſtorium* audit.

Supremum in Transſilvania Conſiſtorium noſtræ Religionis, ejus, ac ipſa Religio, eſt ætatis; quod tamen temporum iniquitate ferè collapſum, ad Poſtulatum Synodi Generalis An. 1713. 25. Jun. Enyedinum convocatæ, anno eodem, Proceres Helveticæ Confeſſionis reſtaurarunt. Hac igitur occaſione Capita Conſiſtorii ſunt conſtituta: Excel. D. Lib. Baro STEPH. VESSELÉNYI de Hadad, Aug. CAROLI VI. Statûs & Gubernii Regii Conſiliarius *cet.* Ill. D. Comes. MICHAEL TELEKI de Szék. Ill. D. Comes LADISLAUS TELEKI de Szék. Ill. D. Comes

§.238. ·*◊Σ·ς

LADISL. BETHLEN, & Reverendiss. Dominus STEPH. VESZPRÉMI Superintendens. Membra verò Consistorii ex *Secularibus*, præcipuis Proceribus, numero 21. Ex *Ecclesiasticis*, præter Professores Collegiorum, v. l. Enyedenses, Claudiopolitanos & Albensem, numero 16, qui duobus aut tribus exceptis, Seniores Diœcesium fuerunt. Eodem planè tempore, *Inspectores Curatores*, Procerum è numero, nominati sunt, ad *Collegia*, Enyedense, Albense, Claudiopolitanum, Agropolitanum, *Ecclesiamque* & Scholam Fagarasensem, nec non Ecclesias Vizaknensem & Szászvárosensem, ad singulas denique, quas superius recensuimus, *Diœceses*. Omnia hæc clarè docentur Instrumento, An. 1713. 9. Jul. super his confecto. Diœceseos Erdövidékensis cura concredita erat Illustrissimis Heroibus, D. JOSEPHO DÁNIEL & D. STEPHANO DÁNIEL *de Vargyas*, quos Inspector Curator sequutus est Ill. D. PETRUS DÁNIEL *de Vargyas*; quem ordine excepit Spect. D. LADISLAUS BALÓ de Nagy-Batzon.

CAPUT XV.
DE RELIGIONE LUTHERANA sive EVANGELICA.

§. CCXXXIX.

III. RELIGIO EVANGELICA, quæ apud solos Saxones, & paucissimos Hungaros locum habet, circa annum 1521. (§. CCXXI.

§-239.

(§. CCXXI. *n.* 1.) in Transsilvaniam illata, Augustanæ Confessioni, præter Sacram Scripturam, innititur.

1. Doctrinâ Lutheri in Transsilvania vires sumenmente, Joannes I. sive Scepusius Rex Hungariæ, aliquam post diuturna bella quietem nactus, conabatur paci, negotio Religionis turbatæ, consulere, ideoque *Colloquium Segesvarienſe*, in Civitate Saxonicali Schæsburgio sive Segesvár indixit, in quo *Adrianus* Archi-Diaconus Dobocensis, M. Dr. & Regis Archiater, jussu ejusdem, Præsidis munia non sine adplausu obivit, dogmata Lutheri *Stephano Szántai* potissimùm defensante: eo tamen doctrina recenter mortalibus recepta extirpari non potuit, sed sensim incrementum cepit, vt videre est §. 221. *n.* 1.

2. *Ritus* quod attinet *Ecclesiasticos*; tam quoad conventus Sacros, usumque Sacramentorum, quam agenda reliqua, vt & circa matrimonialia ac sepulturas, variant ii, vt in his adiaphoris, & alibi usu venire constat. Quod ad *Sacra publica*: Præter diem Dominicum, Festumque Nativitatis, Pascatis ac Pentecostis, etiam Apostolorum omnium ac Virginis Mariæ Festivitates, sollemni ritu, per totum diem celebrare solebant; at ab An. 1772. aliter paululùm se res habet: si quidem Romano-Catholici quoque, post memoratum annum, Festis vacent paucioribus. *S. Eucharistia* singulis ordinariè diebus Dominicis, in Vrbibus ac locis celebrioribus, obtinet. Baptismus in Templo, coram toto Cœtu peragitur. ✝ *Organa* Cultui Divino adhibentur (rariùs apud Reformatos, nec unquam

+ vid p. 576.

§. 239

apud Vnitarios) ubique. Demortuorum reliquiæ, pulſu campanarum & cantilenis (ritus hic omnibus in Transſilvania Religionibus communis eſt) efferuntur & reconduntur. De his omnibus, prout & regimine Eccleſiaſtico, vid. *Diſſert. Epiſtolica de Statu Eccleſiæ Lutheranæ in Transſilvania. Jenæ* 1722. 4to, *Martini Schmeitzel.*

§. CCXL.

Eccleſia Religionis Lutheranæ, in diverſos diviſa Decanatus, regitur ab uno SUPERATTENDENTE, Decanorum ſuffragiis electo, & Berethalmini reſidente; qui Synodos celebrat, Paſtores ordinat, reliquisque Superattendentiæ juribus utitur.

1. Superintendentialis dignitas fundatur in mandato Joannis II. An. 1564. ad Synodum Enyedenſem dato §. 221. *n.* 1. quæ illi ſequenti ratione confertur: Defuncto Superintendente, à Decano Generali, vel Mediam, vel Birthalbinum, vel aliorſum, Synodus Generalis indicitur; quo Deputati ex ſingulis Capitulis confluunt, ubi à potioribus Decanis in peculiari conclavi, intra ædes Parochiales, de Candidatis duobus ſtatuitur ſcrutinium. Hoc peracto, fit ſollemnis proceſſio omnium præſentium in Templum, ubi, vel communi voto unus ex Canditatis Superintendens ſalutatur, vel ſcriptis & collectis ſingulorum Antiſtitum præſentium ſuffragiis eligitur; ita quidem, vt ſi quo caſu paria vota in binos Candidatos ca-

dant,

§. 240.

dant, ſorte jacta determinetur ſucceſſor. Electus ſic Superintendens, ad Altare deducitur, ubi ſinguli Decani & Seniores, ad genua devoluto manibus inpoſitis benedicunt, & peractis precibus, in ædem Parochialem comitantur; ubi jure jurando ſeſe obſtringit Vniverſitati; præſentes verò Capitulares, datâ dextrâ, Superintendenti, viciſſim ſpondent nomine totius Vniverſitatis Eccleſiaſticæ obedientiam, aſſiſtentiam & fidelitatem. *M. Schmeizel l. c.*

2. Superintendentis Sedes ordinaria eſt *Birthalbini*, (Berethalom) non tamen de neceſſitate, ſed ex conſvetudine: olim enim ea Cibinii fuit, & primus, *Lucas Unglerus* Birthalbini ſedem fixit. Igitur, hodie etiam in arbitrio Decanorum & Seniorum perſiſtit, quorſum Superintendentis ſedem velint collocare. Quia verò Birthalbinum in meditullio fermè Eccleſiarum Lutheranarum eſt ſitum, & ſat largos olim proventus habuerit; propterea ſedi Superintendentiali hactenùs fuit addictum. Adeoque ita ſemper res moderatur, vt Birthalbenſes (aqud quos Paſtoris Primarii officio functurus eſt) ultrò illi Paſtoratum deferant, quem Vniverſitatis Eccleſiaſticæ Deputati jam tum in Superintendentem elegerunt. Vide reliqua apud Schmeizelium, unde hæc adtulimus. vid. p. 577.

3. Synodos Nationales, de quarum loco nihil certi determinatum, conſcribere, Superintendenti, aut Sede vacante, Decano Generali incumbit: ad eam confluunt omnium Capitulorum Decani aut Seniores. *Vid. Schmeizel.* Prima Lutheranorum in Transſilvania Synodus A. 1545. Mediæ habita fuit.

§. 240.

4. *Ordinatio Ministrorum*, non absolutè à Superintendente dependet: belli enim pestisque temporibus primarii etiam Vrbium Pastores ordinandi potestate gaudent; modo cum præscitu Superintendentis id fiat, muneraque Superintendenti, (ditiores aureum unum, pauperiores thalerum ad minimum offerunt) Ministris Ecclesiæ, & Scholæ Birthalbensium consveta, transmittantur. *l. c.*

5. Jura Superintendentis reliqua videri possunt in Mandato Joh. II. apud Franc. P. Pápai, & Hanerum, nec non Privilegio Divi Leopoldi Imperatoris, apud Schmeizelium p. 90, cui idem subnectit: „ Atque ex hinc, & de Dignatione Episcopi (*Superintendentis*) facile ferendum est judicium; accedit, quod ordinis non solùm præminentiâ, totius Nationis Saxonicæ Clero præferatur; verùm etiam respectu Politicorum, omnibus, imò etiam *Comiti Nationis* nostræ anteferatur, nec quispiam Comitum hactenus vel Cibiniensem etiam Pastorem præcedere consvevit, cui post Episcopum semper in Vniversitate Ecclesiastica primus esse solet locus. „ *Schmeizel p.* 91.

6. Superintendentes Evangelico-Lutherani hoc sibi invicem ordine successerunt: 1. *Paulus Wienèr*, Labaco-Carniolanus, Pastor Cibiniensis, A. 1552. in Synodo Cibiniensi electus (§. 221. *n.* 1. An. 1554. 16. Aug. è vitâ migravit. 2. *Matthias Heblerus* Carponensis ex Hungaria, Wienero in Pastoratu Cibiniensi successit, in Superintendentis verò munere non prius, quàm An. 1557. succedere, ob intestina bella potuit; memorato verò

§. 240.

rò anno, d. 13. Jan. convenientibus Cibinium Miniſtris, Superintendens electus eſt: obiit An. 1571. Mortuo Heblero, Princeps *Stephanus Bátbori*, per Mandatarias Synodum cogebat, ubi per Legatum ſuum, Venerabilem Dominum *M. Dionyſium Aleſium* (§. 233. *n.* 1.) quosdam in ſcriptis proponebat Articulos, ac vt juxta eos ſe conformarent, congregatis præcipiebat. Hi Articuli, numero 13, vid. apud *Hanerum* p. 290-294, qui ab auctore, juſſu Principis componente, *Articuli Dionyſiani* dicuntur. 3. *M. Lucas Vnglerus*, An. 1599. obiit; inter tamen bellonæ furores, Sedes vacare debuit ad An. 1601, quo in Synodo Medienſi eligebatur, 4. *Matthias Schiffbaumer*, Nimeſchienſis Transſilvanus, A. 1611. 30. Aug. fato functus. 5. *Joannes Budakerus*, vocatus Biſtricio Paſtor Birthalbenſis ſed mortuus ante Synodalem electionem Birthalbini. An. 1613. 20. Jan. poſtquam biennio vicem ſaltem (ob turbulentiſſima tempora) Superintendentis geſſiſſet. 6. *Zacharias Weyrauch* Rupenſis, An. 1614. 17. Febr. electus. Hic, quos ejus prædeceſſor Articulos, Calvinismo velificantes, A. 1607. in Conventu propoſuerat condideratque, cum Senioribus Vniverſitatis abrogavit: non tamen Calvinianiſmum eradicare poterat. Nam *Simon Paulinus*, Paſtor Schæsburgenſis, aliique, adeo Calvini adhærebant placitis, vt variæ Synodi cogi debuerint annis ſequentibus, doneç ſub Luca Hermanno res ſopiri potuit. 7. *Franciſcus Graffius* Eibesdorffenſis, An. 1621. 22. Maji electus, & 1627. mortuus. Cives Birthalbenſes poſt Graffii funus, *Petrum Sitopæum* Paſtorem Praſinarenſem, in ſuum eligebant V.D. Miniſtrum; ſed Theileſio cedere coactus

actus est. 8. *Georgius Theilesius*, ex Pastore Mediensi. An. 1627. 22. Nov. factus, An. 1646. die 30. Nov. decessit. 9. *Christianus Barthius*, tenui sorte natus, A. 1647. ex Decano Generali creatus, An. 1650. Generalem Ecclesiarum Visitationem instituit; mortuus An. 1652. 16. Julii. 10. *Lucas Hermannus*, electus An. 1652. 17. Sep. Mediæ. mort. An. 1666. 13. Kal. Apr. 11. *Paulus Czekelius*, Pastor Kysdensis, An. 1666. pridie Non. Jul. Mediæ electus quidem, sed ante abitum, 3. Non. Sept. mortuus est. Vertente igitur adhuc anno, ipsis Non. Novembr. surrogatur. 12. *Stephanus Adami* Crucensis, Pastor tum Mediensis, qui An. 1679. 18. Mart. vitam cum morte permutavit. 13. *Bartholomæus Bausnerus*, Pastor Regeniensis eligitur 1679. Kal. Jun. moritur 1682. 15. Apr. 14. *Christianus Haasz* Cibiniensis, Pastor Heltensis, electus Mediæ in Synodo Generali An. 1682. 28. Maji, obiit 1686. 15. *Mich. Pancratius* Juris utriusque Doctor, Pastor Mediensis. Avus huic fuit Georg. Pancratius Austrius, qui sub Basta Cæsareanorum Militum Præfecto stipendia meruerat; bonitate verò Provinciæ allectus, sedem rerum suarum Sabesi fixerat, vbi An. 1606. pater Martini factus est, qui Oratoriis studiis favorem Principis Gabrielis Bethlen sibi concilians, Kelnicensium Antistes factus est. Atque hoc patre Martino natus est Mich. Pancr. An. 163?. An. 1686. 4. Nov. Superint. denominatus Mort. An. 1690. 11. Jul. 16. *Lucas Hermannus*, prioris filius, Pastor Mediensis, Decanus Generalis, eligitur Mediæ An. 1691. continuis podagræ doloribus vexatus, An. 1707. 11. Sept. abiit ad plures. 17. *Andr. Scharsius*, Bonesdorfen-

ſenſis, Syndicus Univerſitatis Eccleſiaſticæ, Paſtor Muſchnenſis, eligitur A. 1708. 2. Febr. moritur A. 1710. 2. Nov. 18. *Georg. Kraus*, in patria ſua Schæsburgo Paſtor, per Annos 28. ejusdemque Capituli Decanus Emeritus, electus Birthalbini per ſortem An. 1711. 20. Jan. anno ſeq. mort. 19. *Lucas Graffius*, antea Paſtor Medienſis, jam tum in electione anteceſſoris ſui, paria cum illo habebat vota; mortuo igitur illo, communibus ſuffragiis in Superintendentis dignitatem evectus eſt mort. An. 1736. 29. Oct 20. *M. Georgius Haner* Schæsburgenſis, natus 1672. 8. Apr. Paſtor Eccleſiæ Medienſis per Annos 24, Decanus 17. annorum Generalis ſpectatiſſimus, eligitur Birthalbini in Superintendentem An. 1736. 11. Decemb. Valedixit Eccleſiæ 1737. 22. Jan. Pie in Domino obdormivit 1740. 15. Decemb. §. 231. 1. §. 276. 21. *Jacobus Schunn*, Paſtor Eccleſiæ Heltenſis, & vener. Capituli Cibinienſis Syndicus meritiſſimus, eligitur in Paſtorem Birthalbenſem A. 1741. 27. Jan. moxque 7. Febr. in Superintendentem: moritur An. 1759. 10. Julii. 22. Reverendiſſimus ac Clariſſimus Dominus *Georgius* JEREMIAS HANER, Eccleſiæ Medienſis primùm, nunc Birthalmenſis Paſtor, reliquarumque Eccleſiarum per Inclytum Magnum Transſilvaniæ Principatum Evangelicarum Superintendens Diplomate Cæſareo Confirmatus; electus An. 1759. 7. Aug. Filius *Georgii*, induſtriæ & virtutis paternæ Heres. *Vid.* §. 280.

§. CCXLI.

DECANI *Capitulorum*, ſuffragiis Fratrum Capitularium electi, Superintenden-

den-

§. 241.

dentem ordine Dignitatis ſequuntur: tot verò ſunt Decani, quot intra Transſilvaniæ ambitum Capitula numerantur.

CAPITULA, hoc eſt Tractus ſeu Diœceſes Eccleſiarum, quarum Parochi unius Conventûs ſive Congregationis Socii ſunt, enumeravit SCHMEITZELIUS *Diſſert. Epiſtolica de Statu Eccleſiæ Lutheranæ in Tranſilvania*, ex SCHARSII *Ordinata Digeſtione Statûs Saxo-Eccleſiaſtici in Tranſilvania*: ſed in multis locorum nominibus, rebusque aliis, erraſſe eum conſtat; licet apud alios Auctores nec talem reperiamus catalogum. *Kreckwitz* Octo tantùm *Capitula* recenſet: alii alios committunt errores. Nos proinde *Capitula* ſingula, ex *Conſcriptione* anni 1766., quam Reverendiſſimus D. Superintendens horum Capitulorum, juſſu Superiorum, concinnare juſſit, deſcribimus; recenſendo *nomina Eccleſiarum*.

1. CAPITULUM MEDIENSE, ab Vrbe *Media*, Hung. *Medgyes*, Germ. *Medwiſch* & *Mediäss*, dictum, habet *Fratres* (hoc nomine ſeſe invicem appellare ſolent *Capitulares Paſtores*, reliquos Filiarum Eccleſiarum Miniſtros Filios tantùm vocitant. *Schmeiz. pag.* 79.), adeoque & Eccleſias XIII, quarum nomina ſunt: Mediäſz, Birthalm, Meſchen, Reichersdorff, Hetzeldorff, Waldhütten, Groſz-Koppiſch, Scharoſch, Prethey, Buſzd, Niemeſch, Allmen, Topesdorff. „Hujus Capi„tuli *Decanus* vocatur Generalis, non tantùm „quòd ſub Romano-Catholica directione olim „fuerit perpetuus Epiſcopi Albenſis Vicarius, „verùm etiam, quòd hodienum adhuc penes

„ipſum

§. 241.

„ ipſum ſit Oeconomia Univerſitatis Eccleſiaſticæ,
„ perceptorumque & expenſarum rationes publicæ. Denique etiam, quòd is, tamquam vicinus Superintendenti ſemper ſit à latere in intimioribus Conſiliis. *Schmeiz. p.* 79. Capitulum tamen, *Generale* haud vocatur.

2. CAPITULUM CIBINIENSE, à Civitate Cibinio, Germ. *Herrmanſtadt*, Hung. *Szeben*, ſic adpellatum, habet Fratres & Eccleſias (præter *Filiales* in Terra Hungarorum ſitas) XXIV, puta: Herrmanſtadt, Stolzenburg, Michelsberg, Nependorff, Talmatſch, Rothberg, Kertz, Hannebach, Burprig, Hamersdorff, Freck, Heltau, Klein-Scheuren, Groſz-Scheuren, Dollman, Szakadát, Kaſtenholtz, Girreſch-Aue, Reisdorfflein, Bungart, Groſz-Aue, Schellenberg, Neudorff, Salzburg (Hung. *Vizakna*, eſt in Comitatu Albenſi: hìc, Paſtor Helveticæ Confeſſionis, cum Diacono Saxone Lutherano, degit; Hungari enim Helveticam, Saxones (pauci) Auguſtanam Confeſſionem amplectuntur. Eccleſiæ *Filiales*, huic Capitulo adnumeratæ: Clauſenburg, Fagaraſch, Sárkány, Nagy-Enyed, Thorda, Bontzida, Badlinen (*Bethlen*, in Diſtrictu Fagaras.) Decanus hujus Capituli erat olim Vicarius Archi-Epiſcopi Strigonienſis, adeoque adhuc (ut docet *Schmeizel*) jura Epiſcopalia, ſed junctim cum Capitulo, adminiſtrat: ſalvo tamen adpertinentium duorum Capitulorum, *Schenckenſis* & *Leſchkirchenſis*, jure Capitulari, ut & adpellandi ad Superintendentem; denique ſalvo etiam jure Ordinationis, Superintendenti inſolidùm competente.

3. CA-

3. CAPITULUM CORONENSE, ab Urbe *Corona*, Germ. *Cronſtadt*, Hung. *Braſſó* nuncupatum, habet XIV. Eccleſias Saxonicas, quales ſunt: Cronſtadt und Vorſtädte, Zeiden, Roſen-Aue, Neuſtadt, Tartel-Aue, Honigberg, Pétersberg, Marienburg, Heltzdorff, Brendorf, Weydenbach, Nuſzbach, Wolkendorff, Rothbach. Huc pertinent etiam Eccleſiæ Hungaricæ, pagi Civitatis prædiales, v. l.: Neudorff, Kriſzba, Apátza, Tſernátſalu, Türkös, Bátsfalu, Hoſzſzufalu, Tatrang, Purkeretz, Zajzon. Hujus Decanus, itidem cum Capitulo, exercitio jurium Epiſcopalium utitur, ſalvâ tamen Superintendentis præeminentia & juribus, quibus ex quadam quaſi condeſcenſione hujus Cibinienſisque Capituli, & per conſenſum electionis, condecoratur &c. *Schmeizel.* Jus Inſpectionis in Eccleſias Hungaricas, Senatus Coronenſis, maximam partem, apud ſe reſervat.

4. CAPIT. BISTRICENSE, à Civitate Biſtritia, Hung. *Beſztertze*, Germ. Biſtriz al. Nöſen, nominatum, Eccleſias XXIV, cum tribus Filialibus, complectitur, ſunt verò: Biſtriz, Mettersdorff, Heidendorff, Lechniz, Szt-Györgyen, Treppen, Wahlendorff, Jaad, Dendorff, Budak, Dürrbach, Bajersdorff, Windau, Klein-Biſtriz, Waltersdorff, Weiſzkirch, Selyk, Neudorff, Minorken, Petersdorff, Taatſch, Zipnier, Pintack, Wermöſch, Cſapan, Billak, Rhodna, *Bilak* Comitatûs Doboka, eſt ſub Inſpectione Eccleſiæ Biſtricenſis. *Tſépan* ſive Cſapán Comitatûs Szólnok Interioris, & *Rhodna*, ſub Inſpectione Eccleſiæ Mettersdorffenſis (*Nagy-Demeterenſis*) Incolæ Bilakenſes & Tſepanenſes Subditi ſunt Nobilium.

5. CA-

§. 241

5. CAPIT. ANTESILVANUM, alias *Valdense* à ſilvoſo tractu, item *Sabeſienſe* à Sabeſo Urbe, vocatum, colligit Eccleſias ex Sedibus Saxonicis, Sabeſienſi, Száſzvároſenſi, Mercurienſi, & Comitatu Albenſi, quarum ſunt nomina: Müllenbach (*Sabeſus*,) Reiſzmarkt (*Mercurium*,) Urbigen, Groſz-Póld, Kelneck, Doborka, Hamliſch, Rätſch, Petersdorf, Száſz-Pihán, Klein-Pold (ſive *Apold*,) Groſz-Ludoſch, Cſeperts, Richau, Lankendorff, Száſzváros, ~~Eingepfarte~~, Ramas, Busd, Wingart, Berve, Gergersdorff, Nagy-Cſergöd, Kis-Cſergöd, Pókafalva, Kis-Ludas, Carlsburg. SCHMEIZEL in hoc Capitulo numeravit Eccleſias XV, & in duabus *Surrogatiis* XIII; ſcilicet in *Cſekeſienſi* VIII, in Surrogatia verò *Száſzvároſenſi* V. dicitque hanc aliàs *Quinquefraternium Capitulum* à quinque Fratribus & Eccleſiis vocari. Sed, licet Fratres (Paſtores) 5. ſint, Eccleſiæ 4. tantùm numerantur, videlicet, *Auguſtanæ Confeſſioni addictæ*: Száſzvároſenſis & Ramaſenſis, *Helveticæ Confeſſioni addictæ*: Száſzvároſenſis (in qua duo ſunt Paſtores) ac Tordaſenſis. deleat.

6. CAPITULUM SCHAESBURGENSE, à Civitate Schäsburg, Hung. *Segesvár*, denominatum, antehac ab Oppido *Kysd*, Hung. *Száſz-Kézd*, KYSDENSE dictum, habet Eccleſias XVIII: Schæsburg, Erkeden, Wolkendorff, Schäs, Trapold, Nidhus, Hegen, Dálya, Kyſzd, Cloosdorff, Creutz, Meſchendorff, Bodendorff, Radlen, Scweiſcher, Mehburg, Draus, Sombor.

7. CAP. RUPENSE, al. *Kosdenſe*, Eccleſiis XXVI. (Schmeizel 27. habet) abſolvitur, ſuntque eæ:

§. 241.

Reps (*Rupes* Oppidum,) Kazendorff, Streitford, Homoród, Galt, Stein, Seiburg, Weiskirch, Lebnek, Kóbor, Tekeſz, Báránykút, Seeligſtadt, Reteſchdorff, Hundertbucheln, Neuſtadt, Jacobsdorff, Probsdorff, Roslen, Appesdorff, Magaräy, Zalakna (Schlat *Schmeizelio*,) Ravasd, Bürköſch (Bürk *Schm.*) Begendorff, Kövesd (Keheſch *Schm.*) Eccleſia 27ma eſt Vóldorff (Waldsdorff, quam *Conſcriptio* præteriit, quòd ejus Incolæ, ut & omnes fermè Koborenſes, Helveticæ Confeſſionis ſint. Capitulum hoc in tria *Contubernia* ſeu *Collegia*, *Superius*, nempe, *Medium Infimum* diviſum exhibet *Schmeizel.* Habet pleraſque Eccleſias in Sedibus Rupenſi & Nagy-Sinkenſi; aliquas in Comitatu Albenſi Superiore.

8. CAPIT. SCHELKENSE, in Sede Medienſi & Comitatu Albenſi ſitum, numerat XXII. Eccleſias,. has quidem: Klein-Schelk, Groſz-Schelk, Wurmloch, Arbegyen, Eibesdorff, Arjaſch, Háſág, Mortesdorff, Martinsdorff, Schaal, Klein-koppiſch, Petersdorff, Frauendorff, Monora, Scorſten, Cſanád, Appesdorff, Reuſzen, Michelsdorff, Bolya, Veſzſzöd, Engenthal, Hung. *Ingodály.*) Ex his: Reuſzen, Veſzſzöd, Bolya, Ingodály & Michelsdorff conſtituunt *Surrogatiam Transfrigidanam*, a fluviolo *Kaltbach*, nominatam. Schorſten (Hung. *Soroſtély*,) Cſanád (Scholten *Scmeiz.*) Monora (Donners-Markt) & Appesdorff (H. *Cſicſó-Hold-világ*,) *Surrogatiam Quatuorvillanam.*

9. CAPIT. NAGY-SCHENKENSE, ab Oppido Groſz-Schenk, Hung. *Nagy-Sink*, nuncupatum, XV. Eccleſias habet, hoc ordine: Groſz-Schenk,

Agnet-

§. 241

Agnethlen, Schöneberg, Schárofch, Klein-Schenk, Tartlen, Rohrbach, Martinsberg, Halmägyen, Vefzöd (Ziedt,) Gürtlen, Wierdt, Marienthal, Felmern, Braller.

10. CAPIT. LOESCHKIRCHENSE, ab Oppido Löfchkirch, Hung. *Ujegyház*, nomen trahit, habetque V. Ecclefias: Löfchkirch, aliis Lefchkirch, Alzen (Hung. *Oltzina*,) Kirchberg, Holzmengen, Marpod.

11. CAPIT. BOGATIENSE five *Bogefchdorffenfe*, à pago Bogáts (Bogefchdorff) Sedis Medienfis, adpellatum, inque hac & Schæsburgenfi Saxonum Sedibus, maximam tamen partem in Comitatu Küküllö fitum, XXIV. Ecclefias recipit, his nominibus: Zágor (Roth,) Szénaverös (Zenders,) Nádafch (Nadefch,) Örmenyefch, Kis-Szölös, Kund, Zagy-Szölös, Hóldvilág, Bogáts, Malldorff, Zickmantor, Fületelke, Magyarós, Szent-Iván, Szent-László, Hétur (Marienburg,) Prod, Jövedits, Darlatz (Durlefch *Schmeiz.*) Köröfch (Kreifch *Schm.*) Hondorff, Somodgy, Jakos (Jacobsdorff,) Ernye.

12. CAPIT. BOLGATSENSE XIX Ecclefiis conftat: Bolgatfch, Grofz-Brusdorff (five Probsdorff, pro qua *Schmeizel* habet Grofchelken,) Klein-Prusdorff, Sidve (Seiden,) Velz, Tatterloch, Longenthal, Potstelke (Püfchendorff,) Vefzfzös, Schönan (al. Schünen, H. *Szépmezö*,) Bafsnen, (Hung. *Felfö-Bajom*,) Bonesdorff, Feigendorff, Blafendorff. Sunt in Comitatu Küküllö, & Sede Medienfi.

§.241.

13. CAPIT. REGNENSE, ab Oppido Szász-Régen (Requin, in Comitatu Torda) dictum, VI. Ecclesias complectitur, quarum sunt, in Comitatu Tordensi: Szász-Régen: Bürck (*Petele*,) Alsó-Idets (Germ. Nieder=Eidisch, sequens verò Ober=Eidisch) Felsö-Idets; in Comitatu Kolos: Báthos *Oppidum*, Dedradt (Zäpling.)

14. CAPITULUM LASZLENSE, à pago Laßlen, (Lat. *Pagus S. Ladislai*,) Hung. *Szász-Szent-Lászlö*) nomen sortitur, gaudetque VIII. Ecclesiis, quarum sunt, in Sede Schæsburgensi: Laszlen, Dunesdorf (Hung. *Dános*;) in Comitatu Albensi Superiore: Peschendorff (H. *Bese*,) Keresd, Mallen, (H. *Almakerék*,) Neudorff (Hung. *Szász-Ujfalu*,) Rudaly, Feltze (H. *Földszin*.)

15. Capitulum TEKENSE seu Tekendorffense, cum sequenti, à *Sajo* denominato, subest Superintendenti Helveticæ Confessioni Addictorum, à quo examinantur & ad Cathedram ordinantur Pastores, à Magnatibus & Nobilibus, Locorum Possessoribus, vocationem nacti. Vid. §. 235. *n.* 1. *p. Tekeense* in Comitatu Claudiopolitano, seu Kolos; *Sajoënse* verò in Comitatu Doboka, situm nanciscuntur. His Capitalis personæ Augustanæ Confessioni addictæ An. 1766. repertæ fuêre 130365. *Conf.* §. 156. *n.* 1.

16. *Nomina* Ecclesiarum, adeoque Oppidorum & Pagorum, partim *Germanica* (at hodierna dialecto nostrorum Saxonum variegata,) partim *Hungarica* sunt, quorum hæc germanicè, illa verò hungaricè, pleraque exprimere poteramus; vt etiam

feci-

fecimus in paucis: ſed id, favente DEO, præſtabimus *Parte altera* Operis noſtri, ubi nomina Locorum, quæ noſſe data ſunt, hungarica, germanica, latina & valachica prodemus; & in quibus, Capitula ſingula, Sedibus Comitatibusque jaceant, explicabimus. Nunc ultra textum memoratæ *Conſcriptionis* longè diſcedere conſultò noluimus.

§. CCXLII.

Capitulorum Decanos ſequuntur: PASTORES; hos excipiunt DIACONI Eccleſiarum Cathedralium, (qui apud Biſtriczenſes vocantur *Capellani*;) porrò PASTORES *Eccleſiarum Filialium*, ac tandem DIACONI *rureſtres*. *Schmeizel*. *p*. 93.

1. *Paſtores*, (olim ſub Romana Eccleſia *Plebani* dicti) *Primarii*, per Vrbes, Oppida & Vicos Eccleſiis invigilantes, ex Diaconis Vrbicariis hunc conſequuntur gradum. Horum munus eſt, diebus Feſtis majoribus, ſingulisque Dominicis, Concionem matutinam habere, inſpectionem Eccleſiæ Cathedralis, Filialium, Gymnaſiorum & Scholarum peragere &c. Dignatio eorum tanta eſt, vt locum plerisque in locis ſuper omnes Politicos habeant. *Schmeiz*. *p*. 96.

2. *Paſtores Eccleſiarum Filialium*, ſunt partim in Vrbibus majoribus, partim in Suburbiis. Vbi tamen, cum *Schmeizelio*, notamus: 1.) Diaconos

§. 242.

(qui olim *Capellani* & *Sacellani* dicti fuerunt) Ecclesiarum Cathedralium, non semper ordinis ratione, Pastores Filiales præcedere: attenduntur enim quibusdam in locis anni promotionum. 2.) Promotiones heic locorum non fieri per saltum, verùm ex Diaconis & Pastoribus filialibus eligi Pastores Capitulares, secundùm ordinem ætatis & annorum, quibus initiati sunt. Subinde verò etiam Rectores Gymnasiorum constituuntur Pastores Capitulares, *Schmeizel p.* 93. Sunt in pagis Rectores etiam ac Cantores, plurimis & Æditui.

3. Vocationem Pastorum, singularumque personarum Ecclesiasticarum, vt & Salarium, Oneraque, quod concernit: An. 1615. (post dissensiones superiorum annorum) conclusum est, vt denominatio Candidatorum æqualiter sit penes Magistratum & Presbyterium, qui utrinque *Tres* plebi significent Candidatos, è quibus liberè populus unum sibi eligeret vocaretque Pastorem; quem deinde, nonnisi gravissimis de causis, loco movere possit. Salaria sua, Proventuum Decimalium partem, accipiunt; +præter quam habent & Stolam. Onera eorum docent, *Articuli Diætales*, Anni 1558. Festo B. Michaëlis; & An. 1612. 29. Novembr. Recenset earum præcipua *Schmeizel p.* 97-99; ubi de Vestimentis quoque eorum quædam adjecit.

+ vid. p. 577.

CAPVT

§. 243.

CAPUT XVI.
DE RELIGIONE VNITARIA.

§. CCXLIII.

IV. RELIGIO VNITARIA, quam Lex Patriæ (*Approb. Const. Part. I. Tit. I. Art.* 2.) *Antitrinitariam*, Theologi *Socinianam* appellant, Hungaris æquè ac Siculis non paucis recepta, quartum in Transsilvania locum, ab anno 1571. reperit. §. CCXXI. *n.* 3.

1. Ortum Religionis §. 221. *n.* 3. in compendio exhibuimus, simulque primum ejus in Transsilvania propagatorem fuisse diximus *Georgium Blandratam* Pedemontanum Salucienſem. Is, desertâ avita Religione, factus est primùm Calvini, postea Serveti, tandem Socini assecla; artisque medicæ beneficio, An. 1563. (non 1551. vt vult P. Andr. Illia) in Aulam Joannis Sigismundi Transsilvaniæ Principis penetravit, & paulo post magnas in sanctiore republica mutationes excitavit. Principum *Stephani* & *Christophori Bathoriorum*, imò Stephani ad Regnum quoque Poloniæ evecti Archiatrum & Consiliarium egit Intimum, & ab eo, pro præstitis fidelibus Servitiis, tres integras Possessiones in Comitatu Kolosensi sitas, ac quinque mille Florenis æstimatas, v. l. *Tiburtz*, *Kájánto* & *Bogártelke* (quæ postmodùm Patribus S. J. cesserant) jure perpetùo acceperat. Suum interea

9.244.

Blandrata, quem in Polonia & Transſilvania, fundaverat Cœtum, deſeruit, operâ PP. Soc. Jeſ. Romanæ Eccleſiæ reconciliatus. A filio fratris, quem bonorum ex aſſe heredem conſtituerat; in lecto jacens, An. 1590. (*P. Illia* 1588. putavit) in Polonia ſtrangulatus, aut, vt vult memoratus *Illia*, folliculo ſabulis pleno, interfectus eſt. *Vid. Bayle Dictionar. Hiſtor. Critic.* & Excel. Med. Dris STEPHANI VESZPRÉMI *Succincta Medicorum Hungariæ & Transſilvaniæ Biographia.*

§. CCXLIV.

Vnitarii Religionem ſuam Sacrâ Scripturâ ſuffultam profitentur, ſummamque ejus, titulo *Confeſſionis* concinnatam, ac typis editam, defendunt.

Cum non omnibus, præcipuè extra Patriam noſtram conſtitutis, conſtet, qualisnam Vnitaria ſit Religio; indeque, aberrantes forte à vero, de Vnitariis, opiniones foveant: exhibeo eorum Confeſſionem, ſine notis tamen marginalibus, quæ hæc eſt:

„ Credimus *Vnum* tantum eſſe DEUM *Omni-* „ *potentem*, Qui *Spiritus eſt*, Rerum cuncta- „ rum viſibilium & inviſibilium, *Conditor*, *Con-* „ *ſervator* ac *Rector*. *Pater* omnium, ſuper & per „ omnia, & in nobis omnibus; adorandus in Spi- „ ritu & Veritate. Quem agnoſcimus eſſe *Dato-* „ *rem*, cum præſentis, tum futuræ vitæ. Eſt „ enim *Remunerator* eorum, qui per fidem acce- „ dunt ad Eum, & quærunt Eum. Hunc diligimus

„ tan-

§. 244.

" tanquam omnis bonitatis *Auctorem*, & ceu Sapien-
" tiæ fontem, Cordiumque Inspectorem timemus.

" JESVM CHRISTVM Præcognitum ante
" jacta Mundi fundimenta, exhibitum autem ul-
" timis temporibus propter nos, conceptum ex
" Sancto Spiritu, natum è Castissima Virgine;
" Credimus esse Dei *Patris* Vnigenitum & pro-
" prium Filium, *Imaginemque* Invisibilis Dei, in
" quo omnis plenitudo *Deitatis* habitat, per quem
" cognoscimus Patrem. Is enim Summi Genito-
" ris voluntatem revelavit & confirmavit, vt *Pro-*
" *pheta* & *Mediator* inter DEVM & humanum
" genus. In hujus Sanctissimo Nomine, tan-
" quam maximi nostri Sacerdotis, invocamus *Pa-*
" *trem*: nam nullum aliud sub Cœlo hominibus
" datum est nomen, per quod servari nos opor-
" teat. Hunc ceu æternum *Regem* ac *Dominum*
" nostrum: Cui à Deo *Patre*, qui Eum à mor-
" tuis excitavit, data est omnis in Cœlo & in ter-
" ra potestas: supplices divino cultu adoramus
" & invocamus, Et ab eo salutem æternam præ-
" stolamur, vt à *Judice* vivorum & mortuorum.
" Nec enim Pater quenquam judicat, sed omne
" judicium *Filio* dedit, vt omnes Filium honorent,
" quemadmodum Patrem honorant. Qui *Filium*
" non honorat, Patrem non honorat, qui eum misit.

" Credimus SPIRITVM SANCTVM, à Deo
" & Filio ejus manantem, *Vim* esse Altissimi,
" nostrum autem *Consolatorem*: Cujus inspiratione
" precamur, & efficaciâ regeneramur. Is sine
" mensura à Deo, Filio ejus Vnigenito datus, nobis
" per eundem, ceu *Donum* ejus, & pignus æternæ
" hæreditatis communicatur; vt in nobis omnia bo-

„ na opera efficiat, atque in omnem nos dedu-
„ cat veritatem.

„ Credimus *Sanctam Christianam Ecclesiam*,
„ omnium electorum Dei (à constitutione ejus,
„ ad finem usque mundi) Congregationem, cu-
„ jus Caput est Dominus & Servator Jesus Cri-
„ stus. Norma verò Doctrina Sanctorum ejus
„ Apostolorum. Hanc Verbum DEI gubernat,
„ Spiritus Sanctus ducit, in ea sinceri Christiani
„ omnes versari tenentur.

„ *Reges*, *Principes*, *Magistratus*, confitemur à
„ Deo esse. Ideoque pro iis ante omnia, coram
„ ejusdem Divina Majestate, quotidiana devota
„ fundimus Vota: tanquam pro Ministris ejus,
„ quibus parendum est. Nam gladium gestant,
„ vt innocentes tueantur, & sontes puniant. Pro-
„ pterea honorem eis deferre, tributaque persol-
„ vere tenemur. Non solùm supplicii metu,
„ sed etiam propter Conscientiam. Nullus au-
„ tem ab hac obedientia sese eximere potest, si
„ modo Christianus dici velit, Jesu Christi Domi-
„ ni & Servatoris nostri exemplum sequens, Is
„ enim Tributum persolvit; nec jurisdictionem
„ Dominationemve temporalem usurpavit, in sta-
„ tu illo humiliationis, gladium Verbi Cœlestis
„ exerens.

„ Credimus *Aquam in Sancto Baptismo*; quem
„ peragimus, in nomine *Patris*, *Filii & Spiritûs*
„ *Sancti*; esse signum externum & visibile, nobis
„ repræsentans illud, quod Virtus Dei intus in
„ nobis operatur: nempe Spiritûs renovationem
„ & carnis nostræ mortificationem in Christo Je-
„ su. Per Sanctum enim *Baptismum* Christo ini-

„ tiati

§. 244.

„ tiati, Ecclesiæ membra efficimur, & per eum
„ Fidei nostræ professionem & vitæ emendatio-
„ nem declaramus.

„ *Sanctam Mensam* vel *Cœnam Domini* nostri Je-
„ su Christi, Credimus esse sacrum memoriale
„ & gratiarum actionem, ob beneficia per Christi
„ mortem nobis collata: in Cœtu piorum, in fi-
„ de, charitate, suique ipsius probatione celebran-
„ dam. Et ita Sacrum *Panem* & *Poculum* bene-
„ dictum sumendo, Christi Corpori & Sangvini
„ communicare, vnitatemque nostram declarare:
„ sicuti in Sacris Scripturis edocemur.

„ Credimus & confitemur, totum humanum
„ genus *sub peccato fuisse*, & nos porro peccatis
„ obnoxios esse, justificari autem ex Dei (qui omnes
„ homines servari vult, & ad Veritatis cognitio-
„ nem venire) mera gratiâ & misericordiâ: non
„ ex operibus legis, multo verò minùs nostris
„ propriis, sed per fidem in sangvine Filii ejus
„ Jesu Christi. Quæ Fides à Deo imputatur no-
„ bis in Justitiam: ita, vt per eam, ex gratia
„ Dei, per Jesum Christum *Remissionem peccato-*
„ *rum*, ac proinde & æternam Salutem conse-
„ quamur. Nam Christus pro nobis & peccatis
„ nostris mortem cruentam passus, factus est Vi-
„ ctima & Propitiatio. Exemplum autem nobis
„ reliquit, vt vestigia ejus sequamur, imitando
„ ejus modestiam, charitatem, patientiam, cæ-
„ terasque Virtutes, quæ potissimùm in cruce
„ ejus eluxerunt. Omnibus ergo qui remissionis
„ peccatorum & Regni Cœlorum compotes fieri
„ volunt, vera & seria præteritorum delictorum
„ agenda est pœnitentia, fructusque eâ digni ex

„ viva

§. 244.

„ viva Fide manantes proferendi. Nam Fides ſine operibus mortua eſt. Præceptis igitur Dei (quæ gravia non ſunt) obtemperandum eſt, quorum ſumma in eo continetur, vt Deo & Proximo, debitam charitatem exhibeamus. Fides enim per charitatem debet eſſe operans. Curandum ergò, ne incaſſum accipiamus gratiam Dei, quæ cunctis hominibus illuxit ſalutifera, & erudit eos, vt impietati, mundaniſque cupiditatibus vale dicto, temperanter, juſtè, pieve vivant, in præſenti ſeculo, expectantes ſperatam beatitudinem, adventumque glorioſum Magni Dei & Servatoris noſtri Jeſu Chriſti: Qui ſe ipſum pro nobis dedit, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & purificaret Sibi ipſi populum peculiarem, ſectatorem bonorum operum.

„ Credimus & ſperamus fore *Carnis reſurrectionem*, cum juſtorum, tum injuſtorum. Veniet enim Chriſtus Dominus de Cœlis, in Patris ſui & ſua gloria, & cum cunctis Sanctis Angelis, vt judicet vivos & mortuos, qui omnes coràm Tribunali ejus comparebunt, & tunc unicuique reddet juxta facta ipſius. Impii quidem & injuſti perenni deſtinati ſupplicio, conjicientur in ignem æternum, Diabolo ejuſque angelis paratum. Pii verò ac juſti, mortalitate depoſita, & glorioſo corpore induti, transferentur in locum à Chriſto Domino eis paratum, ubi Thronus ipſius & Dei Patris eſt: ut ita Dei faciem intuentes, ſanctis Angelis ejus æquales facti, ineffabilis gaudii & æternæ felicitatis participes, ſemper ſint cum Domino. „ *Finis Confeſſionis.*

CCXLV.

§. 245.

§. CCXLV.

Eccleſia Vnitaria, curæ commiſſa eſt unius *Superintendentis*, Claudiopoli reſidentis, qui Tractus inſpectionis ſuæ viſitat, Synodos indicit, Paſtores ordinat, & majora Religionis ſuæ negotia tractat.

1. Superintendentem Vnitarii peculiarem habent ab An. 1571; functi verò hoc munere ſunt: 1. *Franciscus Dávidis*, gente Saxo, educatione Hungarus, patre Calceario Claudiopoli natus. Is acuto imbutus ingenio, ſummam ſibi, tam in patria, ubi ſtudiorum rudimenta poſuit, quàm, & maximè quidem in Academia Vittebergenſi, quam An. 1548. ſalutaverat, comparavit eruditionem. In patriam, cum Lutheri placitis, redux, Paſtor Claudiopolitanus, & poſt Superintendens Lutheranorum Hungaricæ Nationis in Transſilvania creatus eſt: anno enim 1556, ſententiæ de Cœna Domini, vt Superintendens Eccleſiarum Hungaricarum, ſubſcripſit. Calvino deinde acceſſit, à quo non longo poſt tempore de fecit, ac Antitrinitariorum factus eſt anteſignanus, Paſtorque Eccleſiæ Vnitariæ Claudiopolitanæ; cui præcipua à Principe Privilegia impetravit. Superintendentis Vnitariorum An. 1571. conſecutus eſt dignitatem, quo fungente, An. 1572. Feria ſecunda Pentecoſtis Princeps *Steph. Báthori* in Comitiis proponit; *Eſſe quosdam, qui in Religione innovent; Vnde concludunt Status, vt Franciſcum Davidis, ac Superintendentem Princeps ad ſe venire jubendo exploret, an tales Innovatores* (in Religione Vnitaria) *diverſa*

ſint

g. 245.

ſint in Religione, quàm fuerunt tempore denati Principis; re comperta excommunicentur. Si Excommunicationem parvi pendant, Princeps eosdem juxta demerita puniat. Migrante de vita Principe Joanne Sigismundo, ſtatus Vnitariorum, & conſequenter *Davidis*, imminui videbantur. Adcuſabatur inſuper Davidis propria à Conjuge, cui *Catharina Barát* nomen erat: cujus intuitu, auctoritate Principis Bathorii, Synodus Provincialis Nagy-Enyedinum A. 1574, convocata eſt, „vt de vita æquè ac doctrina *Da-* „ *vidis* cognoſceretur: quod cum fieret, tam „ horrenda ei objiciebat flagitia Actrix Vxor, „ teſtibus omni falſitate carentibus, ſignisque evi- „ dentiſſimis &c. *Haner p.* 298, vt ſententiâ per Paſtores Reformatos ac Lutheranos latâ, ab uxore ſejungeretur. Multùm ob id & Vnitariorum animi à Davide alienati ſunt. Et diſſidium interea inter *Blandratam* ac *Davidem* obortum eſt: *Blandrata* enim invocandum Chriſtum adſerebat; *Franc.* verò *Davidis* audebat reos criminis pronunciare, quotquot humani generis Redemtorem invocarent, non ſecùs, ac qui Dei Matrem, aut SS. Petrum & Paulum obteſtarentur. Blandrata, cum Fauſtô Socino, (qui ex Helvetia à Blandrata vocatus, ab An. 1577 ad 1579. *Davidis* hoſpitio Claudiopoli fruebatur) reliquisque aſſeclis metuentes, ne tetri hi errores ſibi etiam imputarentur, Principi *Chriſtophoro Bathori* rem detulerunt; cujus juſſu *Davidis*, cuſtodiæ ſatellitum in ædibus Parochialibus commiſſus eſt. In Synodis demùm, Tordenſi & Albenſi convictus ac ad æternos carceres condemnatus eſt, inque carcerem Devenſem transmiſſus. Ibi carceris miſeriis ac ſordibus confectus, ſenioque fractus, per triduum ſine reſpira-

tione

tione horrendum ululans, communi ſenſu & ratione privatus, inter aſſidua ſpectatorum terriculamenta, An. 1579. 6. Jun. miſerabili exitu vitam phreneticus finiit. *Vid. P. Andr. Illia*; *Georg. Haner p.* 299. - 301; & *Lampe Hiſt. Eccleſ. Hung. p.* 303, 304. Vbi pag. 305 - 311. *Franciſci Davidis* quoque Theſes, *Blandratæ* Antitheſes, videſis. Opera Fr. Davidis *Vid.* §. 273. *n.* 3. 2. *Demetrius Húnyadi*, Bánfi-Hunyadini natus, ſtudiorum fundamenta, manuductore *Gregorio Mólnár*, Rectore Scholæ Reformatæ Claudiopolitanæ, poſuit. Scholæ Enyedenſis tandem Rectorem egit. Inde Italiam profectus, Patavini annorum ſeptem intervallo ſcientiis, Philoſophiæ cumprimis, incubuit, inque Transſilvaniam redux, Scholæ Claudiopolitanæ, jam tum Vnitariæ, Rectorem, & Davidis aſſeclam egit. Extincto Davide, Vnitariorum Paſtor (Claudiopolitanus & Superintendens, opitulante Blandrata, An. 1579. creatus eſt. Libellum de neceſſitate Baptiſmi infantum, dum biennio abhinc hoc Sacramentum apud Vnitarios ceſſaſſet, vulgávit. De Diſciplina Eccleſiaſtica Opuſculum pariter conſcripſit. An. 1592. in vivis eſſe deſiit. 3. *Georgius Enyedi* Transſilvanus, Academica per Italiam, Helvetiam ac Germaniam peregrinatione clarus, ſex annorum ſpatio, in Schola Vnitariorum Claudiopolitana, Rectoris Officio functus, Paſtor ibidem ac Superintendens factus eſt; ſed colica paſſione correptus, anno ætatis ſuæ 42, Chriſti 1597. 24. Nov. extinctus eſt. Epitaphium ejus aureis litteris Tabulæ æneæ (nuper annorum per buſtuarios inventæ, & juſto pretio à Bibliotheca Collegii R. Enyedenſis comparatæ) inciſum exhibet *Hungarus Tymbaules*

baules

§. 245.

baules p. 33. *Conf.* §. 273. *n.* 6. 4. *Joannes Kósa* Enyedio ſucceſſit; quem ordine excepit 5. *Matthæus Torotzkai.* 6. *Valentinus Radecius*, origine Gedanenſis. *Preces matutinas ac veſpertinas* idiomate hungarico, An. 1638, 8vo, Claudiopoli, edidit. Opus pariter de *S. Trinitate*, & *duabus in Chriſto Naturis*, reliquit. 7. *Paulus Cſanádi*, præcipuus Religionis ſuæ Vir, plurimos per annos in Collegio Claudiopolitano Profeſſor, & in Conventu ibidem exiſtente Requiſitor, ac ad extremum Superintendens. *Vid.* §. 277. *n.* 7. 8. *Daniel Beke*, cujus ætate, An. 1638, tumultus inter Vnitarios Claudiopoli oriebatur, dum Matthias Raſoris, (*Szörös Máttyás*) Saxo natione; Miniſter Vnitarius, filius primarii Senatoris, ſpe ſua Superintendentis dignitatem conſequendi quater deluſus, ex ambitione, *Danieli Beke* contradicere, apoſtatam & hæreticum publicè proclamare, ac novos errores, oſtentationis gratia, ſerere inciperet. Delata autem ad Principem *Georg. I. Rákótzi*, re, Comitia impetrabant Cives Claudiopolitani, quæ præſente Principe, An. 1638. 24. Apr. Albæ-Juliæ celebrabantur. His, Daniel Beke, cum ſibi adhærentibus, Confeſſionem receptæ in Transſilvania Vnitariæ Religionis exhibuit. Eodem anno, diebus (6. 7. 8. 9.) Jul. præſidente Principe, ac præſentibus ejusdem Conſiliariis, aliisque Proceribus, ex tribus Nationibus, Comitia denuò in Oppido Dees celebrata ſunt; in quibus actum etiam eſt contra *Judaizantes* ſeu *Sabbatharios*, quorum unus, propter blaſphemias in Chriſtum Dominum prolatas, lapidibus obrutus eſt. Determinatum etiam ibidem fuit, Subſcriptioneque ac ſigillo Principis & 56. Procerum, qualis *Vnitaria Recepta Religio*

§. 245. ...

ligio esse debeat, quomodo Pastores Vnitarii prædicare & Sacramenta (speciatim, Baptismum in Nomine Patris, Filii & Spiritûs Sancti) administrare, sub pœna *Notæ Infidelitatis*, debeant. Revocata denique fuit & Confessio eorum A. 1579. 2. Jul. concinnata. Hæc omnia integrè recitat Reverendus quondàm *Petrus Nádudvari*, in Codice Concionum Hungaricarum, p. 126-131. 9. *Joannes Járai*. 10. *Balthasar Kontz*. 11. *Daniel Szentiváni*. 12. *Paulus Bedö*. 13. *Michaël Kövendi*. 14. *Michaël Almási*, quo Superintendentis munus gerente Templum Cathedrale, Schola, Ædes Parochiales, Typographeum &c. Vnitariis, A. 1716. adempta sunt; reservato tamen illis libero Religionis exercitio. 15. *Sigismundus Pálfi*. 16. *Michaël* Lombárd *Szent-Ábrahámi*, Vir, dum vixit, omni literarum genere excultus, Scholæ Claudiopolitanæ ab An. 1716. Professor, ac ab A. 1737, Superintendens; cujus *Theologiâ Manu Scriptâ* Scholæ Vnitariorum utuntur. Is Preces quoque, linguâ Hungarica publicæ luci exposuit Selectissimas, Claudiopoli An. 1746. 12mo, sub titulo: *Sokféle szükségeinkhez alkalmaztatott Könyörgések*. 17. Admodùm Reverendus ac Clarissimus Dominus *Stephanus Aagh* de Sepsi-Szent-Király, Ecclesiarum in Transsilvania Vnitariarum Superintendens, Venerabilis Tractûs Kolosvariensis Vnitariorum Senior, & Ecclesiæ Vnitariæ Claudiopolitanæ Antistes Primarius. vid. p. 577.

2. De *Visitatione* Superintendentis: An. 1577. 25. Oct. in Diæta Tordensi, statutum fuerat Articulariter, ne usquam, extra *Claudiopolim* & *Tordam* (in quibus numerosiores hodiedùm, quàm alibi,

§. 245.

Vnitarii ſunt) Superintendens Vnitarius Viſitationem inſtituere ac Synodos celebrare poſſit. Hæc Conſtitutio vim aliquamdiu in Tranſilvania univerſa, in Háromſzék verò usque ad An. 1693. habuit. Eccleſias enim in Háromſzék Vnitarias, non Vnitarius, ſed Reformatus Superintendens viſitavit, ſimulque & Paſtores Vnitarios ad functionem Paſtoralem ordinavit, & Literis (*Formatam* dicunt) munivit. Anno tandem 1693, auctore Domino *Joanne Sároſi*, Conſiliario Vnitario, primùm iſthic Viſitationem inſtituit *Mich. Almáſi* Superintendens, exordium faciendo 1. Febr. in Eccleſia Nagy-Ajtenſi, Sedis Siculicalis Miklósvár: teſtibus Actis Viſitationis, quæ apud me quoque reperiuntur. Viſitationi huic, proteſtatione interpoſitâ, Steph. *Veſzprémi* Superintendens Helveticæ Confeſſionis contradixerat, ſed nullo effectu.

3. *Synodi Generales* ſive Provinciales Vnitariorum ſemel annuatim celebrantur, quibus Paſtores initiantur, & cauſæ appellatæ è Synodis Tractualibus ſive Diœceſanis revidentur. Ritus Conſecrationis idem ferè, qui apud Reformatos, eſt. Generales Synodi ordine in Tractibus celebrantur; at præter eas, *Conventus Conſiſtorialis* anni cujuslibet initio ex Officialibus Tractuum ac Conſiſtoribus coaleſcit, in quo cumprimis Paſtorum ac Ludi-Magiſtrorum dislocationes & mutationes peraguntur.

§. CCXLVI.

Superintendentem ordine dignitatis, ac ratione directionis ſequuntur *Seniores*, qui,

§. 246.

qui, pro numero Tractuum, VIII. numerantur, puta: *Kolosvárensis*, *Aranyasensis*, *Küküllöensis*, *Marusiensis*, *Keresztureusis*, *Udvarhelyensis*, *Albensis*, & *Három-Székensis*. Quælibet verò Diœcesis seu Tractus, *Inspectorem Curatorem*, à Parte Secularium, habet.

1. In Tractu CLAVDIOPOLITANO sive KOLOSVÁRENSI IX. sunt Ecclesiæ, v. l. Kolosvár, Kolos, Szovát, 'Súk, Újfalu, Kide, Nyúlas, Meleg-Földvár, Ilosva. Tractûs hujus *Senior*, idem semper est, qui Superintendens.

2. ARANYASENSIS habet XV, puta: Bágyon, Kövend, Aranyas-Rákos, Várfalva, Singfalva, Szent-Mihályfalva, Mészkö, Szind, Túr, Torda, Jára, Toroczkó, Toroczkó-Szent-György, Veres-patak, Abrud-Bánya. *Filialis*: Komját-szeg, ad Ecclesiam Tur pertinet.

3. KÜKÜLLÖENSIS Ecclesiæ XI: Nagy-Teremi, Széplak, Désfalva, Harangláb, Szöke-falva, Kis-Sáros, Ditsö-Szent-Márton, Dombó, Ádámos, Szent-Benedek & Bethlen-Szent-Miklós. *Filiales*: Ujfalu & Olá-Udvarhely.

4. MARUSENSIS numerat XIII: Szabéd, Hartzó, Szent-Király, Ikland, Kál, Vadad, Iszló, Csik-Szent-Márton, Szent László, Szent-Gerlitze, Csókjaka, Adorjan, & Nyomát.

5. KERESZTVRENSIS, sive *Keresztur-Fi Szék* habet Ecclesias XXXV: 'Sákod, Bordos, Pipe, Rava, Bözöd, Bözöd-Újfalu, Köris-patak, Korond, Enla-

ts. 26. vid. Milkov. aucl. Tom 2. pa. 74.

§. 246.

Enlaka, Martonos, Gagy, Szent-Ábrahám, Csekefalva, Szitás-Keresʒt-Ur, Kis-Sólymos, Nagy-Sólymos, Sárd, Új-Székely, Alsó-Bóldog-Aſzſzony-falva, Fiatfalva; hac Eccleſia, Vnitarii unum cum Reformatis Templum obtinent, quod alternatim frequentant; Kis-Kede, Nagy-Kede, Szent-Miklós, Medeſér, Tordátfalva, Vár-alya, Tartsafalva, Tseherdfalva, Seményfalva, Kis-Kadáts, Nagy-Kadáts, Demeterfalva, Alſó-Bentzéd, Felſö-Bentzéd, Szent-Mihály.

6. In Tractu UDVARHELY ſunt XVIII: Mu'ſna, Ders, Jánosfalva, Városfalva, Ujfalu, Okland, Karátſonfalva, Almás, Abásfalva, Keményfalva, Gyepes, Kénos, Lókod, Homoród-Szend-Márton, Retſenéd, Homoród-Szent-Pál, Homoród-Szent-Péter, Vargyas.

7. ALBENSIS, in Comitatu Albenſi Superiore, juxta Alutam, habet VI, puta: Pálos (ab Aluta removetur,) Alſó-Rákos, Felſö-Rákos, Ürmös, Dak ſive Datk, & Héviz.

8. Tractus HÁROM-SZÉK dictus, in Sedibus Siculicalibus *Sepſi* & *Miklósvár* Eccleſias X. numerat, quæ ſunt: Nagy-Ajta, Bölön, Sepſi-Szent-Király, Ilyefalva, Kilyén, Kökös, Sepſi-Szent-Iván, Árkos, Köröspatak, Kálnok. *Filiales*, ad quas, ſtatis diebus, Paſtores accedunt, ſunt: Hidvég (in Comitatu Albenſi,) Szemerja, & Szent-György. Tractus *Három-Szekenſis* ab An. 1577 ad A. 1693, fuit ſub Inſpectione Superintendentis Helveticæ Confeſſionis §. 245. *n.* 2. Paſtoresque Vnitarios is, fermè in annum 1690, ordinavit, in hujus Eccleſias. Hinc evenit, vt *Joanne Dajka Keſerü*, circa

§. 246.

circa A. 1619. Visitationem in *Háromszek* instituente, Pastores Vnitarii (Formatâ seu Investiturâ Superintendentis Reformati muniti) in Ecclesiis quibusdam Reformatis, & vice versa, reperti fuerint: Correctionem proinde Vigilantissimus Superintendens haud prætermisit.

9. His Tractibus, tot fermè sunt Pastores, quot Ecclesiæ recensitæ: si enim Claudiopolim excipias, vbi pro Ecclesia florente, duo sunt Pastores Hungari, & unus Polonus §. 162. singulas sanè Ecclesias singulus V. D. M. pascit. Animæ Vnitariæ in universum 28647. numeratæ in Transsilvania An. 1766. fuêre. §. 156. *n.* 1. Ecclesiæ 117. Filiales 8. vid. p. 582.

CAPVT XVII.
DE RELIGIONIBVS TOLERATIS.

§. CCXLVII.

B. *Toleratæ* in Transsilvania *Religiones* sunt: *Orientalis Græci Ritûs* & *Judaica.*

§. CCXLVIII.

I. ORIENTALIS GRAECI RITVS RELIGIO, quæ inter *Valachos* & *Græcos* fovetur, in *Vnitam* & *Non Vnitam* seu *Dissentientem*, vulgò *Schismaticam* dividitur.

§. CCXLIX.

α. VNITA dicitur, quæ Ecclesiæ Romano-Catholicæ juncta, in Ritibus qui-

 dem

§. 249.

dem ab ea diſcedit; at in Articulis Fundamentalibus planè convenit: adeoque, non *Tolerata*, ſed *Recepta* (§. CCXXX.) *Religio* eſt, eademque cum Catholicis jura & prærogativas habet.

1. *Vnita* quidem Græci Ritûs Religio, prorſus Romano-Catholica eſt, quod patet vel ex Diætali Articulo VIto Anni 1744, qui ſic habet: „- - Si„ ne diſcrimine Religionum, etiam Sacræ Roma„ mano-Catholicæ Eccleſiæ Græci Ritûs verè Vni„ torum, cum & illi Catholici ſint *&c.* opportunum tamen duxi, §. 230, ubi ſermonem de Religione Romano-Catholica abſolvimus, hujus ſolùm mentionem facere; & ea hoc loco, quæ ſtudium brevitatis admittit, commemorare. Non alia autem ex ratione, quàm, quòd & *Vnitæ*, & *Non Vnitæ* Religionis homines, unius, *Valachicæ* vel *Nationis* ſint; ac præterea, quæ ad utriusque Religionis hiſtoriam pertinent, commodiùs poſt ſe invicem in noſtram intelligentiam cadant.

2. Quantùm Valachis Religio Romano-Catholica fuerit exoſa, docet *P. Andr. Illia S. J.* in *Ortu & Progreſſu Gentium ac Religionum* p. m. 5, 6: Gens, *inquit*, ipſa (*Valacha*) rudis admodùm & ſchiſmati ac ſuperſtitionibus ſæculis ſuperioribus involuta, Spiritum Sanctum à ſolo Patre procedere credidit; ſalutaria Orthodoxorum lavacra, cæterosque ritus damnabat execrabaturque. Exemplum à Clero accipe: adeo huic exoſa fuêre Catholicorum Sacra, vt ſi Romani Ritûs Sacerdotum quempiam ad lapideam Valachorum aram

rem

§. 249.

rem divinam facere contigisset, illam funditùs diruerit, ipsos etiam pavimenti lateres, velut pollutos everterit, aramque innovarit. Catholicis addictos Sacris gravi affectos morbo salutari rursum initiabant lavacro; renuentes honore privabant sepulturæ. *Ita Ille*. Tamen. An. 1698. multi (octoginta millia *Fasching* numerat) eorum Romanæ se Ecclesiæ addixerunt, & *Vnionem* cum Ea inierunt, primas hac in re navante curas E. Cardinale *Leopoldo* à *Kollonics*, secundas verò P. Gabriele Hevenesio, & P. Stephano (Paulus aliis) Baranyi Soc. Jesu Sacerdotibus; quorum prior, arduas quasque enascentes difficultates, apud Cæsaream Aulam Viennæ diluit. *Vt habet P. Fasching*. P. Baranyi, Albæ-Juliæ Plebanus, *Theophilo*, Valachorum id temporis Antistiti auctor fuit A. 1696, vt ejurato cum suis Schismate, Romanæ Ecclesiæ reconciliaretur. Coacta igitur per Theophilum Poparum (Pastores dico Valachorum) Albam Juliam Synodo, An. 1697. M. Febr. conclusum ibi est de reditu in gremium Ecclesiæ R-Catholicæ. Anno eodem itaque, 21. Mart. idem *Theophilus*, cum 12. Archi.Diaconis (Petro-Popæ Valachis ipsis audiunt) Vnioni subscripsit, eamque Sigillis communivit; & sequentes 4. Articulos, in quibus antea dissenserunt, juramento firmatos professus est:

„ I. Agnoscimus Romanum Pontificem totius „ Ecclesiæ Christi per Orbem diffusæ caput esse „ visibile.

„ II. Profitemur, præter Cœlum, sedem Bea„ torum; ac Infernum carcerem damnatorum,

 „ ter-

„ tertium dari locum, in quo animæ nondum „ expiatæ detinentur ac purificantur.

„ III. Panem Azymum ſufficientem materiam „ Cœnæ Dominicæ, ac Sacrificii Miſſæ ſeu Li„ turgiæ, non dubitamus.

„ IV. Spiritum Sanctum, tertiam in Trinita„ te Perſonam, à Patre & Filio procedere cre„ dimus; ac reliqua omnia admittimus, profite„ mur ac credimus, quæ Sancta Mater Eccleſia „ Romano-Catholica admittit, profitetur ac credit.

Præmiſſâ Fidei profeſſione, tria viciſſim à Sacratiſſimo Imperatore LEOPOLDO, poſtularunt: „ 1.) Vt Sacerdotes & Ritûs Græci Monachos eo„ rundem Privilegiorum & Jurium participes fa„ ceret, quibus jam gaudent non ſolùm Sacer„ dotes Romano-Catholici, ſed etiam Ariani, „ Lutherani, Calviniani. 2.) Vt in quolibet pago, „ in quo Parochus eſt, domum habeat Eccleſia „ Parochialem; ne in aliena domo aut fundo co„ gatur Parochus habitare. 3.) Vt adæquata de„ pendentia & diſpoſitio Parochorum ſit penes „ Epiſcopum, & nullo modo penes Sæculares, vt „ hactenùs. „ Nec poſtulatis fruſtrati ſunt; anno enim 1698, 14. Apr. Viennæ, ſic pro Valachis concluſum, atque à D. Leopoldo ad Regio-Transſilvanicum Gubernium transmiſſum eſt: „ Qui ex Sacerdotibus Græci Ritûs Valachus edi„ tâ profeſſione ad obſervantiam ritûs apud Ca„ tholicos, cum agnitione Summi Pontificis ſe „ declaraverit, gaudebit privilegio Catholicorum, &c. An. 1698. die 7. Oct. exarato denuò Inſtrumento Vnionem roborarunt, ſimulque Popæ po-

ſtula-

§. 249.

ſtularint, vt iisdem prorſus juribus, quibus memorati Sacerdotes, utuntur, frui ipſis permiſſum eſto. Actum igitur de hoc negotio in Comitiis fuit An. 1698. 20. Oct. at non pro eorum voto. Non multo vero poſt tempore, inmunitatem Popæ nacti ſunt optatam; qua ne abuterentur, An. 1699. 8. Sept. Art. 4. concluſum eſt: *Popæ, ſi cui Religioni Receptarum ſe univerint, ſimili Privilegio, & non majori utantur; & ideo decimas à Terris, quæ Dominorum Terreſtrium ſunt, præſtent. In pagis minoribus unus, in majoribus duo ſunto. Qui in antiquo ritu manſerint, antiquis legibus teneantur.* Articulo verò 6^to, *Pro inveſtigatione ſtatûs Poparum, & in Eccleſiis Auditorum, in negotio Vnionis Commiſſarii nominantur, qui vicatim Eccleſias luſtrantes, quid Popæ, quid Eccleſia, ubivis, reſponderit, Gubernio referant.* Circa A. 1761. magnum Valachorum Vnitorum numerus cepit incrementum, univerſis + Militibus LimitaneisValachis (§.214. 215.) Vnionem ingreſſis. Jam demùm, vt reliqua collata in Vnitos Cæſarea Beneficia taceam, commemorandam ſe offert Clementiſſima Aug. Imp. D. D. MARIAE THERESIAE Munificentia. Scilicet, Parochis Valachorum Vnitis, tempore antea Manipulationis, agri 9. Cubulorum capaces, atque Fœneta 4. curruum proventum ferentia, ab onere Contributionis eximebantur; ſed augmentum Gratia Cæſareo-Principalis ſumſit inſigne, dum A. 1768, agri 20. Cubulorum, Fœnetaque 15. Curruum, & omnia eorum pecora, inmunia Contributionis facta ſunt. Eo ſimul tempore, duodecim millia Florenorum Epiſcopo Vnitorum Græci Ritûs tradita, quæ Popis Vnitis (recenter cumprimis Fidem Romano-Catholicam amplectentibus) in ve-

+ prope m…

§. 250.

ſtitum eorum, & libros neceſſarios, elargiantur.

§. CCL.

EPISCOPVS Eccleſiarum in M. Transſilvaniæ Principatu, Partibusque Eidem reapplicatis, Græci ritûs Vnitarum unus eſt: qui ſuam licet Sedem in Dominio habeat Balásfalvenſi; *Epiſcopus* tamen *Fagaraſienſis* nuncupatur, ab Oppido Fagaras, ubi primùm Cathedra Epiſcopalis conſtituta fuit.

1. *Epiſcopus* (*Vladica*, i. e. habens poteſtatem, Valachis, vocatur) Vnitorum in Transſilvania Valachorum primus fuit: 1. *Theophilus*, de quo jam §. 249. *n.* 2. diximus: An. 1698. M. Jul. mortuus. 2. *Athanaſius* ei ſucceſſit, quem nihil de Catholicis cogitantem Sacris, *P. Paul. Baranyi* induxit, vt ea deceſſoris exemplo profiteretur. Athanaſius An. 1700, Viennam conceſſit, novum impetraturus Diploma, quô, quid *Vnio* ſonet declararetur. Reducem Illuſtr. Comes *Steph. Apor* Epiſcopalibus indutum ornamentis in feſtivo Procerum ac ſymphoniacorum comitatu Albam-Juliam induxit, Valachorumque Epiſcopum Cæſaris nomine dixit ac promulgavit. *Vid. P. Illia.* Athanaſio vitâ functo, ſurrogatus eſt 3. Lib. Baro *Joannes Nemes* de Patak, ritûs ante Latini Sacerdos, Sacris profanisque Literis apprimè inſtructus. Mortuo 1727, ſucceſſor denominatus eſt 4. *Joannes L. Baro Klain*, Seminarii S. Adalberti

§. 250.

berti Tyrnavienſis Alumnus, A. 1729, quo nondum munere ſuo fungente, Clerus populusque Valacho-Vnitus, ita volente Cæſareâ Regiaque Majeſtate, Academici Soc. Jeſu Collegii Claudiopolitani Rectoris ope, conſiliis & directione utebatur. Illo Romam, ubi vivere deſiit, migrante, obtinuit An. 1752. Epiſcopatum 5. *Petrus Paulus Aaron* de Biſztra, cujus ætate, permulti Valachorum, vt diximus, *Vnionem* cum Romana Eccleſia amplexi ſunt, præcipuam hac in re navente operam Exc. ac Ill. Generali Armorum Præfecto *de Buccov* §. 205. *n.* 2. Eadem occaſione Epiſcopus Aaron *Epiſtolam Conſolatoriam* ſcripſit, quæ An. 1761. *Baláſfalvæ* in 12mo prodiit. 6. *Athanaſius Rednik* de Gyúlafalva, cujus reliquorumque Epiſcoporum Nominibus titulus ſequens competit. 7. Ill. ac Rev. D. GREGORIUS MAJER, Dei & Apoſtolicæ Sedis Gratia Eccleſiarum in M. Transſilvaniæ Principatu, & Partibus Eidem reapplicatis Græci Ritûs Vnitarum Epiſcopus Fagaraſienſis, actu fungens.

2. Reſidentia Epiſcopi, quæ primùm in Oppido *Fagaras* locata fuerat, à pluribus annis, in Vico Oppidorum æmulo *Baláſfalva*, Comitatûs Albenſis, habetur. Hanc in rem *Faſching* Nov. Dac. pag. 22. habet: *Huic* (Epiſcopo Vnito) *Aula Viennenſis Epiſcopium Fagaraſini cum certis proventibus in Baláſfalvenſi Dominio An.* 1736. *conſtituit.* Dominium hoc cum tredecim Pagis Rex Hungariæ Sigismundus *Blaſio Cſerei* florentis hodiedum Proſapiæ Cſereianæ de Nagy Ajta Progenitori, propterea, quod vitam ipſius in prælio Nicopolitano ſumma virtute ſervaſſet, dono dederat; ſed

§. 250.

ſed per injuriam temporum in aliorum ſubinde poſſeſſionem devenit, quos inter non ultimus fuit *Andreas Bagdi*, Caſtri in ipſo Bonorum capite extructi, inſtaurator. Poſtremò Anna Bornemiſza, Conſors Principis Michaëlis Apaffi eorum, ad quos jure pertinebat, hæredibus excontentatis, Statuum quoque & Ordinum conſenſu, juxta *Comp. Conſt. P.* 4. *T.* 12. *Art.* 6. accedente, proprium ſibi fecit, qua in filio ſuo Michaële juniore Apaffi deficiente ad Fiſcum rediit, & ita demùm An. 1738. per Divum Imperatorem CAROLVM ſextum pro perpetua Epiſcopi, & Religioſorum *Ordinis Baſilii Magni* fundatione deputatum fuit. Reſidentia Epiſcopalis ex Antiqua Caſtri forma majorem in dies nitorem induit. Non procul inde eleganti ſtructum opere ſurrexit *Templum* cum *Monaſterio S. S. Trinatis*, Domicilio utpote præfatorum Religioſorum, juxta ritum ſuum, eidem Epiſcopo loco Canonicorum & Capitulo aſſiſtentium; traduntur ibidem Literæ, quibus Parochi parantur; habetur & inſigne Typographeum, à *Stephano Páldi*, Typographo Claudiopolitano Reformatæ Religionis adſtructum, quo Latini quoque, ſed Valachici imprimis Libri, imprimuntur.

vid. p. 584.

§. CCLI.

Venerabilis *Cleri Vniti* membra ſunt: *Vicarius Generalis*, *Theologus*, *Præpoſitus*, *Canonici*, *Notarius Cleri*, *Archi-Diaconi* Diſtrictuum & *Parochi* Eccleſiarum.

1. VICARIVS GENERALIS, qui & Cauſarum Canonicarum Auditor, ita & PRAEPOSITVS,

ſunt

§. 251. . . .

ſunt ſimul etiam Canonici Capitulares. THEOLOGVS verò, quem Valachi *Theologul* nominant, è *Societate Jeſu* antehac exſtitit. ARCHI-DIACONI, pro numero Diſtrictuum, plurimi ſunt. In *Titulari Dacico* Anni 1767, pag. 115-117, hi recenſentur: Dályaienſis, Bényenſis, Dobrenſis, Fagaraſienſis, Carolinenſis, Töviſſienſis, Örmény-Székienſis, Kiskerékienſis, Szováthienſis, Somlyovienſis, Tordenſis, Bontz-Nyireſienſis, 'Sukienſis, Milvanienſis, Reſinarienſis, Czikindalienſis, Száſzvároſienſis, Ketzeienſis, Monorienſis, Görgényienſis, Biſtricienſis, Szovárienſis, Kulunienſis, Ilyienſis, Kalborienſis, Alſó-Venitzenſis, Radnothienſis, Sövényfalvenſis, Száſz-Nyireſienſis, Ketelienſis, Hátzegienſis, Szent-Martonienſis, Koporienſis, Somkutienſis, Potságienſis, Udvarhelyenſis, Kováſienſis, Tohátienſis, Szépvizienſis, Három-Székienſis, Húnyadenſis, Bábolnaienſis, Halmágyienſis, Ilyésfalvenſis, Iklandienſis, Abafájienſis, Diomalienſis, Középfalvenſis. Hæc verò enumeratio non juxta locorum ſeriem procedit. Obſervandum etiam, adjectiva patria hungarica terminari in *i*, vnde à pagis *Tövis*, *Reſinár* &c. derivantur: *Töviſi*, *Reſinári* &c. ac hinc in latino quoque obtinuerunt: *Töviſienſis*, *Reſinarienſis*, ſed, excluſo *I*, deberent enunciari: *Töviſenſis*, *Reſinarenſis*, cet. Ex iis autem, quæ vocali terminantur, vt ſunt: *Bábolna*, *Ilyésfalva*, *Középfalva*, oportet derivari: *Bábolnenſis* (non *Bábolnaienſis*) *Ilyesfalvenſis*, Középfalvenſis; ſicut ex *Lipſia* & *Jena*, non *Jenaienſis* & *Lipſiaienſis*, ſed *Lipſienſis* & *Jenenſis fit*. In his tamen, hic alibique, communem ſæpiùs uſum imitamur.

2. PO-

2. POPAE (ita ſcilicet *Sacerdotes* nominantur) in Transſilvania Valachorum, *Vnitorum* æquè ac *Non-Vnitorum*, plurimi admodùm numerantur. *P. Andr. Illia* ſcribit, A. 1696., bismille Sacerdotes fuiſſe repertos. *P. Faſching. Nov. Dac.* p. 22. dicit: *Numerantur nunc in Transſilvania Poparum Valachicorum, ultra tria millia, ex his Archi-Diaconi plures quadragenis.* Malis & incommodis, quæ ex Poparum multiplicatione, ſequi poterant, regnante Auguſtiſſimo felicis recordationis CAROLO VI, contraire conata ſunt Comitia, An. 1714, 6. Jan. *Articulo* 8vo, ſic fermè decernentia: *Quia Popæ in Eccleſiis nimis eſſent multiplicati; (Cfr. §. 249. n. 2.) exceſſus eorum nimii, quos Epiſcopus absque ſelectu, à potiori inhabiles, accepto pretio ordinat; quin & Ipſe & Parochi ſui in Jurisdictiones Officialium involare, Decimas Dominis, è terris, quas colunt, denegare, malefactoribus patrocinari, receptum illis præbere, plebem denique multifariis exactionibus emungere attentant; hinc ſtatuitur, ut Status ubique Poparum & numerus, modus vivendi, fundus reſidentiarum, & Oeconomiæ, per Officiales inveſtigentur, Gubernioque, vt facta cum Epiſcopo communicatione, medelam adhibeat, ſubmittatur.* Aliter proinde omnia nunc ſe habent: creſcetque fortè in dies paulatim & pedetentim rectus in populo Valachico ordo: at faciliùs foret clavam Herculi extorquere, quàm citò unoque momento Valachos ab inveteratis abſtrahere conſvetudinibus. Huc facere videntur verba *P. Andr. Illiæ Soc. Jeſu*, qui in *Ortu & Progr.* ſic fatur: „ Juvat hìc è plurimis pauca Valachorum „ propria attigiſſe. In Sanctorum celebranda me„ moria, temporeque, quo à carnibus abſtinere „ ſolent, obſervando, cujus violationem, rudes

„ pia-

„ piaculum homicidio majus esse ducunt, veteres „ sequuntur fastos. „ (*Hinc, licet Calendarium vetus imprimere non liceat, sub pœna flor.* 1000. *vi Articuli* 45. *Anni* 1599; *novum namque Calendarium An.* 1591. 21. *Sept. in Comitiis Albæ Juliæ celebratis receptum fuit, & à Festo Nativitatis Domini anni ejusdem usum habere cœpit: in rationem tamen Valachorum, Vnitorum æquè ac Non-Vnitorum, Calendarium Julianum cum Gregoriano, unis iisdemque paginis imprimi consvevit*) „ Quatuor in anno majo„ ra habent jejunia: Vernum ante Pascha heb„ domadarum septem; ante Christi Natalitia al„ terum, unâ pauciores complectens. Ab Octa„ va item Pentecostes ad ipsa Divorum Petri & „ Pauli solennia; & à Calendis Augusti ad XIX. „ Cal. Septemb. carne, & quidquid lacteum est, „ non vescuntur. Abstinent etiam feria quarta „ & sexta: (*Die Mercurii & Veneris*) hac in me„ moriam Salvatoris in Cruce mortem oppeten„ tis; illâ, quod humani generis Redemptorem „ die à Mercurio nuncupata natum, ejusdemque „ mortem in Judæorum Concilio decretam esse „ credant. Nullius ex adverso Sancti Vigiliam „ (si prædictos Apostolorum Principes & Domi„ ni Præcursorem excipias) è Ruthenicorum Fa„ storum ritu jejunio venerantur. Crucis simu„ lacrum, Deiparæ ac Sanctorum imagines ma„ gna prosequuntur reverentiâ. Parentes vitâ fun„ ctos detecto lugent capite: E vulgò complu„ res tanta laborant inscitiâ, vt vel Orationem „ Dominicam ignorent, ad Dominos & Sacer„ dotes minùs occupatos laboribus id pertinere „ dictantes. Sacerdotes diebus tantum festis & „ dominicis ritu græco rem Divinam faciunt,

„ nul-

§. 252.

„ nullos ferè, ſi cultiores quosdam excipias, ad
„ populum è memoria dicunt ſermones, ſed ty-
„ pis editos pro concione prælegunt, reprehen-
„ derentur alioqui (vt ii quidem perſvadere ni-
„ tuntur) à populo, qui perſvaſum habet, ea
„ ſe ratione hæreſes ac adverſas veræ fidei opi-
„ niones præcavere; reipſa ſuam ſpecioſo hoc
„ commento tegunt inſcitiam: plerique enim
„ vix aliud præter cerimonias quasdam nôrunt,
„ quàm legere. „ *P. Faſching* quoque *Nov. Dac.*
„ *p.* 20: „ Ipſa experientia nos docuit, expiatio-
„ nem conſcientiæ eos (Valachos) vt plurimùm
„ in abſtinentia à carnibus collocare, ſuorum Po-
„ parum precationibus tantum tribuere, vt ſibi
„ firmiter perſvadeant, eorum precibus è flam-
„ mis damnatorum animas vitâ functorum libera-
„ ri; has ergò precationes, viduæ locupletiores,
„ ære aut pecore à Popis licitantur, quos obſer-
„ vavimus, maximè in Turcica Valachia, pro
„ tribunali conſcientiæ, pœnitentibus in expia-
„ tionem criminum, certam terræ partem, cibi
„ loco vorandam decernere, quam qui ære non
„ redemiſſent, vorarunt.

§. CCLII.

β. NON-VNITA Græci Ritûs RELIGIO, inter reliquos Valachos, atque Græcos quæſtum in Transſilvania exercentes (§. CLIX.) locum habet, ac ab uno VICARIO, Archi-Diaconisque circiter triginta Diſtrictuum regitur.

Hæc

§. 253.

Hæc quidem Religio non eſt *Recepta*, ſed *Tolerata*, & ſub protectione Principis. Leges antiquæ, quæ *Approb. Conſt. Part. I. Tit. VIII. Art. I. & II*, *item Edict. XLII. & XLIV. Nec non Compil. Conſt. Part. I. Tit. I. Art. 6. 9.* 10. de Valachis, eorumque Wladika & Popis ſonant, de *Non-Vnitis* omnes intelligendæ veniunt: *Vnio* ſi quidem poſt ea tempora locum obtinuit. vid. p. 587

§. CCLIII.

II. JVDAICA RELIGIO tantùm abeſt vt Receptis adnumerata ſit, vt potiùs omnibus Transſilvaniæ incolis, lege publicâ, interdicta: ea tamen, inter natos Judæos (§. CLX) Principum Statuumque indulgentiâ, ad præſentem diem, toleratur.

1. *Judaizantes* ſive Sabbatharii ii ſunt, qui neglectâ diei Dominici reverentiâ, Sabbathum Judæorum more colunt, Suillâ non veſcuntur, & Vni Deo Patri Divinos honores præſtant. Quando hæc Secta, quam Sæculo 16to ortam *Jacobus Gvalterius* in Tabulis Chronographicis ſcribit, in Transſilvaniam irrepſerit, incertum eſt. *Vt verò nullus, quantumvis apertus error, unquam exſtitit, qui propugnatorem è primoribus non nanciſceretur: hic quoque defenſorem* (ſi non propagatorem) *habuit Simonem Petſium* obſcuris parentibus in Hungaria ortum, ſtudiorum verò beneficio ad altiora promotum. PETSIVS (Hung. *Pétsi*) ille *Linguarum Orientalium*, Hebraicæ, Rabbinicæ, Arabicæ, Græ-

cæ, Turcicæ, & *occidentalium*, Latinæ, Germanicæ, aliarumque cognitione clarissimus, servitiis se addixerat *Stephani Botskai*, quo Principatum obtinente Transsilvaniæ, Secretarium apud eum egit; tempore postmodùm *Gabrielis Bethlen* Transsilvaniæ *Cancellarius* nuncupatus fuit. Hic Judaizans (Hung. *'Sidózó*) seu Sabbatharius (*Szombatos*) famosissimus, in lingvam Hungaricam ex Talmude libellum traduxit, sub titulo *Doctrinarum à S. Patribus collectarum;* qui tamen typis caruit. Eum haud levibus adcusatum criminibus, Princeps Gabr. Bethlen diutinæ commisit custodiæ; Successor verò *Georg. I. Rákóczi*, erroris convicti possessiones, (præter pagum *Szent-Er'sébet*) quas habebat plurimas ac opimas, in Fiscum redegit. Scilicet, lege publica statutum fuerat An. 1618. 4. Oct. vt *vniversi Innovatores*, *præter* 4. *Receptas Religiones*, *signanter Judaismus*, & *Judaizantes*, *Notam Infidelitatis incurrant.* Annis quoque 1635, 1638, 1662, decretum, vt *Judaizantes omnia Bona amittant*, & *Caput redemptibiliter. Approb. P. I. T. I. Art.* 4. & *P. I. T. IV. Art. I.* Pétsius denique in Possessione *Szent-Erſébet* Sedis Udvarhely, quam, cum 75. Subditis patribus familias, ceteris exclusus, possidebat; se, territorio dicti pagi exire prohibitum, continuit; & senio circumventus, Confessionem Helveticam professus est, versionemque Bibliorum Hebraicorum in Hungaricum (cui & inmortuus est) paravit. §. 275. 5§. Fuerunt complures execrandi Subbathariorum dogmatis studiosi, ante annum (præsertim) 1638. quo, in Conventu Désensi §. 245. *n.* 1, quidam eorum mortis, carceris alii, sententiam audivêre. Erat tum inter damnatos ad carceres *Mich. Szent-*

Miklú-

Miklósi, patre ex Croatia oriundo, matre Hungara, utrisque Vnitariæ Religioni addictis, An. 1603. in lucem editus, ac in Claudiopolitana Vnitariorum Schola literis imbutus, qui Simonis Pétsi aulicus per aliquot annos Concionator, adventum Messiæ in carne pro mera habebat fabula. Is in expiationem erroris carceri mancipatus Fagarasensi, sed mox spe conversionis dimissus, operâ *Stephani Geleji* Superintendentis §. 233. *n.* 2. Religionem Confessioni Helveticæ superstructam amplexus est. Ecclesiæ igitur *Kölpényensi*, & haud multo post florentiori longè, *Maros-Vásárhelyensi* per 14. annos, in Sacris præfectus, Servi fidelis munus implevit, ac in dicta Civitate Maros-Vásárhely, viribus jam orbatus ideoque privatis suis ædibus morborum agmine occlusus, An. 1668. æt. suæ 65, mortalitatem exuit. Lapis ibidem muro Templi inclusus memoriam ejus conservat. Libellus ejusdem hungaricâ exaratus linguâ, de Sacris Scriptoribus, & *Panegyris Sanctorum Notariorum* nominatus mansit ineditus. *Vid. Hungarus Tymbaules p.* 83. Denique Sabbatharios, potiori ex parte, Vnitariæ alioquin Religioni fuisse deditos, (cum & in hac non omnia Messiæ debita tribuantur) extra dubium quidem est: sed hac hodie macula, cum vix aliqui Sabbathariorum in Transsilvania supersint, Vnitarii justè notari non possunt. Nidus ante hac Judaizantium, in Sedibus Maros & Udvarhely potissimùm fuit, ac pagi, præ reliquis, *Nagy-Ernye*, *Ikland*, *Bözöd-Újfalu* &c. hac Sectâ infecti fuisse memorantur.

2. Fuit non pridem & Secta Anabaptistarum (quibus baptismus Christiani, sub pœna 500. Impe-

§. 254.

rialium, fuerat An. 1599, *Art.* 26, interdictus) tolerata, à temporibus Principis Gabr. Bethlen: at ii paucos ante annos in Ecclesiam Romano-Catholicam introducti sunt. §. 161.

PARTICVLA POSTERIOR, ET CAPVT XVIII.

DE RE LITTERARIA IN TRANSSILVANIA.

§. CCLIV.

Litteræ in Transsilvania, post hujus ab Hungaria sejunctionem, Musis sæpiùs à Marte impeditis, non raró obsignatæ ferè fuêre: floruerunt veró sub Gloriosissimis Principibus, *Stephano* & *Christophoro Báthoriis*, *Gabriele Bethlen*, *Georgiis I.* & *II. Rákotziis* (ad An. 1657.) *Michaële I. Apafi* pauculis annis, & Augustissimis cumprimis, CAROLO VI. atque MARIA THERESIA, Quæ diutinæ pacis patriæ, Musis amicæ, conservatrix, altera veluti Pallas, Scientias omnes clypeo SVO protegit.

§. CCLV.

Res Litteraria, pro diversarum ratione Religionum, in diversis, apud *Romano-*

Catholi-

§. 255.

Catholicos, *Helveticæ Confeſſioni addictos*, *Lutheranos*, *Vnitarios*, nec non *Valachos*, Palæſtris, excolitur.

§. CCLVI.

I. Studia Litterarum inter ROMANO-CATHOLICOS, Univerſitate *Claudiopolitana*, & Gymnaſiis: *Carolino-Albenſi*; *Udvarhelyenſi*, *Maros-Váſárhelyenſi*, *Cſik-Somlyenſi*, *Kantenſi*, *Cibinienſi*, *Medienſi*, *Biſtricienſi*, *Scholisque* trivialibus traduntur.

1. De *Vniverſitate*, CLAVDIOPOLITANA, tenendum: Princeps *Steph. Báthori*, bonorum omnium dignus laude, An. 1576, Thronum conſcendens Polonicum, cum Succeſſore ac Fratre ſuo *Chriſtophoro*, conſilio & operâ *P. Joannis Leleſzi*, antea Agriæ agentis, Societatem Jeſu in Transſilvaniam recepit. *Chriſtophorus* invitavit, *Stephanus* Poloniâ An. 1579. miſit. Invitanti annuit Præpoſitus per Poloniam Provincialis *P. Franc. Sunnyerus*, lectosque decem (plures deinde miſſi) Socios Calend. Octobr. Claudiopolim induxit. In his Jacobum Vangrovitium, qui ceteris præeſſet, ab Vilnenſi, quod regebat, Collegio, & Aloyſium Odeſcalum latinè concionaturum, a Cracovienſi ſede, translatos. Societati attributa ſedes eſt in Abbatia Kolos-Monoſtorenſi, (quæ olim Familiæ D. Benedicti fuerat) extra Vrbem Claudiopolim, ſed Suburbio conjuncta; ubi Societas Scholam aperire conabatur: ſed cum fructus ſperaretur amplior, ſi in Vrbem Scholæ inducerentur, Prin-

ceps Christoph. Báthori, pro Sede Collegii, Templum & Cœnobium desertum, quod olim erat Franciscanorum, contulit. Pro Gymnasio verò instituendo, Cœnobium Monialium, loco proximo situm, pariter vacuum, vna duntaxat vetulâ superstite, eaque jam pridem cœca, designavit. Ædes itaque ad docendum & incolendum properè concinnatæ sunt, in easque M. Aprili ex Kolos-Monostor migratum. Collegio eidem, pro instituta à se Academia, pagos: *Monostor*, *Báts*, *Jegenye*, *Bogártelke*, *Tiburtz*, & *Kájántó* donavit. Pari liberalitate, Albæ-Juliæ, Steph. & Christoph. Báthorii Collegium Societati fundaverunt. Octo Patres hic initio, & mox Claudiopoli triginta sedem habuêre: quorum Albæ 4, Claudiopoli 18, An. 1586. confecti peste sunt; in Abbatiam Monostorensem licet evitandæ pestis causa pars Collegii secesserit. An. 1585. in Gymnasio Claudiopolitano & Philosophia & Theologiæ aliquid tradi cœpit. An. 1586. *Steph. Báthori*, inclitus Rex Sarmatarum, in lecto emortuali, *Sigismundo Báthori*, præcipuam & primam Societatis Jesu curam testamentali jussione demandabat, his verbis: „Ad Te, Nepos Charissime, Si-„gismunde Báthori, redeo, Tibi imprimis Col-„legium Claudiopolitanum & Albense lego & „committo, quæ Collegia Pater Tuus & ego „fundavimus propriis ex facultatibus nostris, sine „cujusquam injuria. Quæ ita tuearis ac defen-„das, quatenus animæ tuæ, Patriæque, cui præes, „salus Tibi curæ est &c. *Vid. P. Andr. Illiæ Ort. & Progr.* Item, *Franc. P. Pápai Rudus Redivivum;* nec non, *Ortus & Progressus Collegii Academici S. J. Claudiopolitani, Auctore P. Georgio Daróczi S. J.* cujus

jus verbis, præſentem notam, potiori ex parte, contexuimus. Non tamen longum hoc PP. Jeſuitarum gaudium eſſe potuit, anno enim 1588, quo Sigismundus regendam Transſilvaniam, à *Jo. Getzi* hactenùs moderatam ſuſciperet, §. 109. *n.* antequam quidquam concluderetur, expulſio Societatis petebatur, Sigismundoque denunciabatur, aut Societatem, aut Principis Solium dimittendum eſſe. Sigismundus licet, cui Societas tanta devotione commendata fuerat, & qui non modicum, propter educationem, Patribus S. J. debebat, ſeriò, ſed fruſtra, in id incumbebat, vt ad mitiorem ſententiam Proceres deduceret: mox proinde aſſenſit, vt Transſilvaniâ Societas excedat, poſtquam ab ea Faſtos Civiles, à Gregorio P. M. correctos, ſummo ſibi ſtudio commendatos accepiſſet, ab omnibus tandem regnicolis (*Wolfg. Bethlen Hiſt. p.* 363. docet, An. 1582. Novum Calendariûm in Transſilvania receptum) receptos, ac pro An. 1591. impreſſos. *Vid. Approb. P. III. T. XIII. Art. I. Cfr. §.* 251. *n.* 2. An. 1595, opera *Alphonſi Cariglio S. J.* Societas reſtituta eſt. Deinde pulſa, iterumque recepta, varias fortunæ, nunc ſecundæ, nunc adverſæ vices tulit. Principe *Gabriele Bethlen* reſpirabant res Societatis: ille enim Monoſtorenſem Sacram ædem & Societatem Catholicis A. 1615. ſollemni decreto reddidit, advocatis in Monoſtor, Albam & Káránſebes compluribus è Societate, quos ſuis impenſis non paucos annos aluit. Poſtea favore quoque Stephani Bethlen, Catharinæ Brandeburgicæ, & Georgii Rákótzi, An. uſque 1653, tutè licuit eſſe Societati. Tum quartò ſententiâ Comitiorum proſcripta, mutato ſolitarum veſtium cultu in fami-

liarem Curionibus, adversa sibi ad exitum eius Seculi experta est. Tunc verò, firmari cœpto in Transsilvania Imperio Augustissimæ Domûs Austriacæ, Societas isthic firmata est, & leges contra eam latæ resciſſæ. Anno itaque 1698. 17. Nov. Academia S. J. Claudiopolitana restaurata est, in eaque Philosophia doceri cœpit: patet hoc, tam ex recitata tunc in eadem Academia Oratione, quam *Primitiarum Academicarum* titulo impressam legimus, quam Literis Invitatoriis *P. Sigismundi Vizkeleti* Archi-Diaconi; in Officina *Nicolai Totfalusi* An. 1698. editis. An. 1744. Possessiones Collegii Soc. Jesu Claudiopolitani, è numero Fiscalium Bonorum sunt exemptæ, *Art. VIII.* Multùm, Comes *Steph. Apór de Al-Torja* Academiæ huic, in Leopoldina ejus restauratione, contulit beneficii, quo hodiedum alumnis suis opem fert. Ex prædicto tempore, Patres S. J. Disciplinas, magno tam in Seminariis, quàm Convictu Nobilium, Discentium numero, feliciter satis tradiderunt. Laude non minore Literæ jam nunc à PP. *Petrinis* ibidem traduntur. Nec deest ibi Magister Secularis, qualem præsenti quoque An. 1775. Sacratissima Princeps, vigore Ordinationis Supremæ Suæ 26. Jan. emanatæ, ex Materna & incessante in Populorum Suorum Conservationem sollicitudine, ad tradendam Chyrurgiam, Anatomiam & Artem Obstetriciam, cum annuo 400. Rh. Flor. Salario è Cassa Provinciali pendendo, Magistrum constituere dignata est; vt quilibet discendi artes eas cupidus, in memorata Academia, quæ jam VNIVERSITAS audit & est, familiares sibi reddere queat. Vid. Commissio Gubernialis numero 916, de An. 1775. 17. Febr.

Cete-

§. 256.

Ceterùm, de Societate, quam ſermone proſecuti ſumus, præter citatos ſuperiùs AA. lectu digna ſunt, (de Bonis præſertim Societatis) quæ *P. Jo. Szegedi* in *Synopſi Vitæ Belæ IV.* propè calcem habet. DIRECTOR REGIVS univerſitatis eſt, Excellentiſſimus ac Illuſtriſſimus *Dominus Comes* DIONYSIVS BÁNFFI *L. Baro de Loſontz*, S. R. I. Eques, S. C. R. & Ap. Majeſtatis Camerarius & Status Conſiliarius Actualis Intimus, per Magnum Principatum Transſilvaniæ Agazonum Regalium Magiſter, Incliti Comitatus Koloſenſis ſupr. Com. &c. Celebris eſt Magnifici hujus Comitis *Oratio*, quæ inſcribitur HERMATENA, edita Claudiopoli 1747. 4. vid. p. 589.

2. ALBAE-CAROLINAE (§. 228. *n.* 2.) à Reverendiſſimis PP. Canonicis Gymnaſium eruditur; eſtque ibi Seminarium *Sapientiæ Incarnatæ* nuncupatum. AREAPOLI (*Székely Udvarhely*) Patrum Soc. Jeſu antehac, nunc PP. Petrinorum, CSIK-SOMLYOINI PP. Franciſcanorum Reformatorum, MEDIAE ac BISTRICII PP. Piarum Scholarum, curæ, Gymnaſia commiſſa ſunt.

3. Qualis, ante diverſarum ortum Religionum, Literarum in Transſilvania ſtatus fuerit, noſtrum non eſt inquirere; poſtea qualis exſtiterit, innuit *Articulus*, An. 1557, Feſto B. Dorotheæ, dum Albæ-Juliæ Comitia obirentur, latus, cujus ſumma eſt: *Quoniam Capitulares* (Eccleſiaſtici ſcilicet) *publico regnicolarum ſtatuto ejecti ſunt, & Secta Monachorum exploſa: dignetur Majeſtas Reginalis, certa Monachorum Clauſtra, pro erudienda juventute deputare; quem in finem deputantur duo Clauſtra, unum*

in Oppido Vásárhely, (Agropoli) *alterum in Civitate Kolosvár*. (Claudiopoli.) Et vt docet *Art.* An. 1565, Festo S. Vincencii conditus: *Scholæ Maros-Vásárhelyensi, juxta Testamentum Isabellæ*, 250. *Floreni annuatim solvuntur*, & *Scholæ etiam Albæ-Juliæ erigendæ futura ædificatio*, *idoneorumque Magistrorum ordinatio promittitur*. Anno 1566, Feria 2da, proxima post. Fest. Pentecostis: *Intercedunt Status apud Principem, vt Idem* 300. *Florenos, pro Rectore Scholæ Székely-Vásárhelyensis*, (alias Maros-Vásárhely) & *intertentione Studentium, per Serenissimam Matrem Suam Isabellam Donatione mediante collatos, è Decimis Siculorum constanter administrari jubeat.*

§. CCLVII.

II. Juventus Religionis Helveticæ Confessioni addictæ, in *Collegiis* (ita Gymnasia majora nominantur) *Nagy-Enyedensi*, *Claudiopolitano*, *Agropolitano*, nec non *Areapolitano*, aliisque *Scholis minoribus*, Litteris imbuitur.

Trium R. in Transsilvania Collegiorum, v. l. *Enyedensis*, *Claud.* & *Agrop.* (Areapolitanum enim Gymnasii nomine vulgò venit) historiam Compendiosam dedit *Andr. Huszti*, tum Francofurti ad Viadrum SS. Theol. vt & Juris utriusque Studiosus, postmodùm Juris in Collegio R. Claudiopolitano aliquamdiu Professor, in Dissertatione, cui titulum fecit; *Origo*, *Incrementum* & *Facies hodierna trium in Transilvania Illustrium Gymnasiorum Reformatorum*. Francofurti ad Viadrum A. 1731. 4to

CCLVIII.

§. CCLVIII.

a. COLLEGIVM ENYEDENSE, à Principe *Gabriele Bethlen* fundatum Albamque Juliam locatum, ac An. 1658. diſſipatum; ab An. 1664, quo translationem à *Michaële I. Apafi* nactum eſt, ſuos in hunc diem alumnos *Nagy-Enyedini* nutrit; & Scientiis variis elegantiſſimè, ſub tribus Profeſſoribus, floret. *Cfr.* §. 235. *n.* 2.

1. *Albæ-Juliæ*, quæ Sedes Sereniſſimorum quondàm Transſilvaniæ Principum erat, Religio Vnitaria, ſuo ſtatim apud Tranſilvanos exordio, locum invenerat, Scholamque ibidem pepererat; cujus primus Moderator *Stephanus Julanus*, (*Gyulai*) ac poſt eum *Gregorius Wagner*, memorantur; at, circa An. 1580, Reformatis eadem ceſſit Schola, Vnitariaque fides penè ibi extincta eſt. Primus Scholæ Rector Reformatus fuit *Benedictus Ilosvai*, *Art. Lib. Magiſter*, Præceptoribus *Calvino* ac *Beza* uſus, & Vittebergæ An. 1557, literis deditus: poſt navatam fideliſſimè in Schola operam, Paſtor ac Senior Alba-Julienſis creatus fuit. Succeſſit ei *Sigismundus David Kaſſai*, origine, vt nomen innuit, Hungarus Caſſovienſis, qui poſt patria ſtudia, Italicis, Gallicis, Helveticis, & An. 1577. Vittebergenſi, in Accademiis litteris excultus, & in patriam redux, Váradenſi in Schola, poſtea Albenſi, Scientias profeſſus eſt, magno juventutis, Procerum cumprimis filiorum, emolumento. Hic, in Conſolationem Procerum, Liberis per peſtem graſ-

grassantem orbatorum, libellum non rudi exaratum Minerva edidit, sic insignitum: *Dialogus, quo Præsides Transsilvaniæ suorum morte dolentes consolatur, S. D. K.* Claudiopoli 1584. 4to. Qui hunc, hoc munere, ad tempora Gabrielis Bethlen, exceperint, consignatum literis non reperi.

2. *Gabriele Bethlen* Principatum Transsilvaniæ An. 1613. obtinente, lætiùs actutùm Scholam Albensem floruisse, dubio caret. Princeps enim de Religione, quam professus est, optimè meritus, sui statim initio regiminis, tranquillitati Patriæ, promovendisque in ea literis intentus, primas eo convertit curas, vt jactatas variis casibus Musas, & Michaëlis Wajvodæ ac Georgii Bastæ crudelitate penè expulsas, in Transsilvaniam revocaret. Ideoque, Albæ Juliæ cumprimìs, vt rem, in qua maximè delectabatur, ob oculos haberet jugiter, Scholam volebat ornatissimam. Eo proinde Virum instituendis juvenibus natissimum, 1. *Paulum Keresztúri*, Academicis, exteras per oras, peregrinationibus, politissimum, accivit. Circa An. 1621. 2. *Martinum Opitium*, Doctis haud ignotum, eidem adhibuit Scholæ, pauca post tempora in Germaniam regressurum. 3. *Georgius Tsúlai* (postea Superintendens) ei successor fuit. An. 1622, M. Majo, Generalibus in Comitiis, communi Statuum ac Ordinum voto, (vt patet *Approb. Const. P. I. T. X.*) Collegii, seu, vt nuncupabatur, Gymnasii Academici fundamenta, Princeps laudatus, jecit ampliora, ab eoque tempore incubuit sedulò, vt Collegium Fundis, cum habitationis, tum proventuum, locupletaret. Evocatis interea luculento salario (Mille Germanicalium

dicunt)

§. 258.

dicunt) è Germania Viris Celeberrimis, 4. *Jo. Henr. Alſtedio.* 5. *Marco Philip. Ludov. Piſcatore.* 6. *Joanne Henr. Biſterfeldio*, adjectisque tribus Collaboratoribus, (nunc Præceptores Publici vocantur) qui tribus latinitatis ſtudiorum Claſſibus præeſſent, Scholas potiſſimarum diſciplinarum aperiri curavit, diſcentium pariter ac docentium numero quotidiana incrementa capiente. Et jam, ipſo adhuc vivente Principe 40. erant S. Miniſterii Candidati, quibus de veſtimentis talaribus uniformibus, deque victu egregiè erat proſpectum. Anno denique 1629, dum ſuprema Princeps ageret tempora, quia ædificium tam magnificum, quale animo conceperat in Caſtello Albenſi exſtruendum, ſe vivo, ad ſupremum lapidem perduci non potuit; 20000. Flor. Hungar. ſummâ eum in finem (majore autem in alios fines §. 115. *d.*) legatâ, abundè in futurum providit. *Conf. Approb. Conſt. P. I. T. I. Art.* 1. Antea verò in fundum ſuſtentationis reliquerat, Taxam 2000. Florenorum annuam Oppidi *Debretzen* in Hungaria ſiti, jamque Liberæ ac Regiæ Civitatis jure gaudentis; Taxam item 200. Flor. Hung. pariter annuam, cum decimis, Oppidi *Nagy-Enyed*, atque pagos huic circumjacentes, *Détſe*, *Miriſzló*, *Fel-Enyed*, *Muſina*, *Heningfalva*, poſſeſſionesque portionarias. Frumenta inſuper, fructus, vina, pecora, & quæcunque ad victum Docentium ac Diſcentium erant neceſſaria, æqua diviſione dari diſpoſuit. Quibus Profeſſores, & una Diſcentium pars, *Principiſtarum* inſignita nomine, hodieque ſuſtentantur, mutatâ licet praxi: ſuperioribus enim temporibus, Principiſtarum quilibet, annuatim florenos Hungaricales 20, & aliquam vini, agni *cet.* portionem

3.258.

nem habebat, quatuorque inſuper panes minutulos (Libum vocari ſolet) pro ſe ac famulo quotidie percipiebat; nunc florenos 30. annuatim, & panem quotidianum, ſine vino & ſimilibus, habet, fructusque Collegii è horto, & olus (ſi ipſemet colat) ex eodem obtinet. Alii, Togatorum è numero, (quales ſunt Principiſtæ omnes) Procerum beneficiis aluntur, & *Alumni*, item *Privatiſtæ* nuncupantur: eorum nonnulli ſolam pecuniam à Patronis accipiunt florenos 30. non ſuperantem; alii triticum pro pane, & aliquam pecuniæ ſummam. His ac Principiſtis uno in furno panis ab uno coquitur Piſtore; at Præbitores habent diverſos. Sunt etiam Studentes Togati, nec Principis, nec Privatorum, fulti beneficio, *Exſpectantes* appellati, quibus è pane Principiſtarum duo dietim dantur. Studentes Claſſiſtæ, quales ſunt: *Logici*, *Poëtæ*, *Rhetores*, *Syntaxiſtæ*, *Grammatiſtæ*, *Etymologiſtæ*, ſimilis beneficii habent nihil; ſed propriis vivunt ſumptibus, Præceptoresque conducunt *Privatos*: *Publicos* enim in Claſſibus *Præceptores*, è communi ſalarium habentes, præter ullam fermè mercedem, obtinent. Ea, quæ nunc de *Alumnis*, *Exſpectantibus* ac *Claſſiſtis* Collegii Enyedenſis diximus, vix aliquâ cum mutatione, reliquorum Civibus Collegiorum applicari queunt. Sed ad inchoatum redeamus ſermonem. Supremam fundati Collegii Academici curam & tutelam, Fratri, ac poſt ſua fata Transſilvaniæ Gubernatori, imò Principi, *Stephano Bethlen*, Gabriel legaverat, propiorem autem inſpectionem commendaverat Superintendentibus ſucceſſivè, qui, pro more ejus temporis, & Principi & Collegio adhabitantes, diſciplinam pariter & Proventus

tus dexterrimè curarent. Conſtat ex his, non Catharinam Brandeburgicam fuiſſe, cui ſua debeat Collegium fundamenta, vt quidam putant. In Collegio taliter conſtituto, dum memorati ſuperiùs Profeſſores, omnibus adhibitis nervis officio funguntur, etiam defetiſcuntur. Et *Alſtedius* quidem, (ipſa *Sedulitas*, pluribus ſuis Operibus orbi erudito ſe commendans) quantum conſtat, ſub *Georgio I. Rákótzi* laboribus inmortuus eſt. *Piſcator* An. 1645. 7. Apr. Albæ Juliæ adhuc fuit, in Germaniam verò poſtea remigravit & naturæ debitum perſolvit. *Biſterfeldius* (qui, cum multa mirabilia produceret, ſiniſtrè vulgo de Magia audiebat, ignorantiâ ejus temporis thaumaturgiam ipſius naturalem ſequiùs explicante) ſub Georgio II. Rákótzi, mortuus fuit Albæ-Juliæ, ejusque lapis ſepulcralis usque An. 1716, quo Caſtellum Albenſe in pulcerrimam Cæſare digni Fortalitii formam ſtrui cœpit, Cœmeterio publico viſebatur. Procul ergò dubio, aut Haleſius erraverit, aut alius fuerit Biſterfeld ille, Alſtedii gener, unus ex Legatis ad Synodum Dodrectanam Naſſovicis, quem *Joh. Haleſius*, Dodrecti tum præſens, An. 1619. 18. Jan. Dodrecti mortuum, ac 22. Jan. ſepultum ſcribit, *Epiſt.* 26, & 27. 7. *Joannes Criſpinus*, Moravus Olomucenſis, Philoſophus ac Theologus Doctiſſimus, An. 1649, Biſterfeldio fuit adjunctus: ſed is quoque An. 1655, æt. 39. vitam terminavit. Hujus in Templo Albenſi Epitaphium, his clauditur: *Septennem tumulat Dacica Muſa Ducem.* Vid. *Hung. Tymbaules* p. 82.

3. Sic cedentibus fato Profeſſoribus, remiſſiùs ſtudia tractari cœperunt. Proſpectum quidem tem-

peſti-

§. 258.

peſtivè de futura Collegii neceſſitate erat, *Joannesque Apátzai*, Alumnorum Collegii præcipuus, ſuffragio Profeſſorum Principi commendatus, ac hunc in finem in Academia Ultrajectina ſcientiis inſtructus, An. 1653. M. Novembri, *Collaboratoris* obtinuit munus, *Claſſique Poëticæ* præfectus eſt.
XII Dum itaque is *Virgilium* quidem tractát, at ex illo Geographiam, Phyſicam & Aſtronomiam diſcipulos ſolidè docet, diſcentiumque ad ſe adlicit animos; invidiam incurrit non paucorum: quorum adcuſatione, tamquam *Theologus Presbyterianus* & *Philoſophus Carteſianus*, ſicque ſanctioris reipublicæ turbator, Principi defertur. Iram protinùs Princeps concipit tantam, vt dignum Apatzaium cenſuerit, qui ab apice turris Albanæ præcipitaretur. Sed, operâ *Pauli Kereſzturi*, apud Principem factum eſt, vt Profeſſor in Collegium Claudiopolitanum transferretur: ubi tanto Theologiam, Philoſophiam, Matheſin, aliasque ſcientias, emolumento tradidit, vt non defuerint Scholaſtici, qui relictâ Alba-Juliâ, Claudiopolim, pro haurienda ab Apátzaio eruditione, petierint. *Cfr.* §. 259. *n.* 2. Denato verò Biſterfeldio, ſufficitur An. 1655, 8. *Iſaacus Baſirius*, SS. Theol. Dr, & Eccleſiæ Anglicanæ Presbyter, qui ob turbas Anglicanas, apud Oratorem Regis Angliæ, Conſtantinopoli exul, Reſidenti ibidem Transſilvano notus, & Principi Georgio II. Rákótzi commendatus erat: ſed brevi hunc, è turbis jamjam ex Expeditione Polonicâ Rákótzii ſecuturis, quies Angliæ ſuæ reſtituta domum revocavit. Duravit autem dictum dicto loco Collegium uſque ad infelicem & temerariam Georgii II. Rákótzi in Poloniam Expeditionem, quæ An. 1657. facta eſt.

Sequen-

§. 258. . .

Sequente enim 1658. anno, à Polonorum vindicibus barbaris, Turcis, Tataris ac vicinis Valachis, dum ferro ac flamma in Transſilvania miserè deſævitur. §. 119. *n. b.* ipſa quoque Alba-Julia, (quæ *Julia nigra* meritò poſtea dicta eſt,) cum Regiâ, & dicto Collegio, penitùs expilata eſt. Templum magnificentiſſimum; Bibliothecam multis ex oriente, pluribus, ex Europæ partibus, & Budenſi *Matthiæ Corvini* Regis Bibliothecâ, codicibus, & Manuſcriptis rarioribus ampliſſimè locupletatam, (*N. B. Joan. Bethlen* Hiſt. Lib. 3. §. 16. p. m. 237. Bibliothecam incenſam ſcripſit An. 1660; quem merito quidem D. *Alexius Bethlen* in *Gloſſis* emendare voluit, ſed ipſe quoque lapſus eſt, cum ejus conflagrationem ad An. 1657. retraxit) & Typographiam (error forſan typographicus eſt in Libello *Erdélyi Féniks*, numero 44. ubi combuſta Typographia A. 1659, notatur) barbaræ flammæ abſumſerunt. Studioſæ quoque juventutis pars cæſa, pars in captivitatem abducta eſt: alii diſperſi ſunt, pauci verò, qui ſaniora conſilia ſequebantur, Claudiopolim ſe, ſecuritatis gratia, receperunt, prono ad *Joannem Apátzai* Profeſſorem ibi agentem animo lati. Claudiopoli, hoſpes Studioſorum ſocietas, Clariſſimum *Petrum Váſárhelyi* Siculum, Virum doctum & diligentem, Aulicum Acatii Bartſai Concionatorem, A. 1659, Profeſſorem nacta eſt, & in ædibus Gymnaſii Claudiopolitani, ſed diſcretim, quinqúennium hoſpitata.

4. Princeps *Mich. I. Apafi* rerum potitus, conſenſu Procerum, *Collegium*, *Albenſe* dictum, Claudiopoli, Enyedinum, vbi antea quoque inſignis flo-

pestivè de futura Collegii necessitate erat, *Joannesque Apátzai*, Alumnorum Collegii præcipuus, suffragio Professorum Principi commendatus, ac hunc in finem in Academia Ultrajectina scientiis instructus, An. 1653. M. Novembri, *Collaboratoris* obtinuit munus, *Classique Poëticæ* præfectus est. Dum itaque is *Virgilium* quidem tractat, at ex illo Geographiam, Physicam & Astronomiam discipulos solidè docet, discentiumque ad se adlicit animos; invidiam incurrit non paucorum: quorum adcusatione, tamquam *Theologus Presbyterianus* & *Philosophus Cartesianus*, sicque sanctioris reipublicæ turbator, Principi defertur. Iram protinùs Princeps concipit tantam, vt dignum Apatzaium censuerit, qui ab apice turris Albanæ præcipitaretur. Sed, operâ *Pauli Keresztúri*, apud Principem factum est, vt Professor in Collegium Claudiopolitanum transferretur: ubi tanto Theologiam, Philosophiam, Mathesin, aliasque scientias, emolumento tradidit, vt non defuerint Scholastici, qui relictâ Alba-Juliâ, Claudiopolim, pro haurienda ab Apátzaio eruditione, petierint. *Cfr.* §. 259. *n.* 2. Denato verò Bisterfeldio, sufficitur An. 1655, 8. *Isaacus Basirius*, SS. Theol. Dr, & Ecclesiæ Anglicanæ Presbyter, qui ob turbas Anglicanas, apud Oratorem Regis Angliæ, Constantinopoli exul, Residenti ibidem Transsilvano notus, & Principi Georgio II. Rákótzi commendatus erat: sed brevi hunc, è turbis jamjam ex Expeditione Polonicâ Rákótzii secuturis, quies Angliæ suæ restituta domum revocavit. Duravit autem dictum dicto loco Collegium usque ad infelicem & temerariam Georgii II. Rákótzi in Poloniam Expeditionem, quæ An. 1657. facta est.

Sequen-

§. 258. ...

Sequente enim 1658. anno, à Polonorum vindicibus barbaris, Turcis, Tataris ac vicinis Valachis, dum ferro ac flamma in Transsilvania miserè desævitur. §. 119. *n. h.* ipsa quoque Alba-Julia, (quæ *Julia nigra* meritò postea dicta est,) cum Regiâ, & dicto Collegio, penitùs expilata est. Templum magnificentissimum; Bibliothecam multis ex oriente, pluribus, ex Europæ partibus, & Budensi *Matthiæ Corvini* Regis Bibliothecâ, codicibus, & Manuscriptis rarioribus amplissimè locupletatam, (*N. B. Joan. Bethlen* Hist. Lib. 3. §. 16. p. m. 237. Bibliothecam incensam scripsit An. 1660; quem merito quidem D. *Alexius Bethlen* in *Glossis* emendare voluit, sed ipse quoque lapsus est, cum ejus conflagrationem ad An. 1657. retraxit) & Typographiam (error forsan typographicus est in Libello *Erdélyi Féniks*, numero 44. ubi combusta Typographia A. 1659, notatur) barbaræ flammæ absumserunt. Studiosæ quoque juventutis pars cæsa, pars in captivitatem abducta est: alii dispersi sunt, pauci verò, qui saniora consilia sequebantur, Claudiopolim se, securitatis gratia, receperunt, prono ad *Joannem Apátzai* Professorem ibi agentem animo lati. Claudiopoli, hospes Studiosorum societas, Clarissimum *Petrum Vásárhelyi* Siculum, Virum doctum & diligentem, Aulicum Acatii Bartsai Concionatorem, A. 1659, Professorem nacta est, & in ædibus Gymnasii Claudiopolitani, sed discretim, quinqdennium hospitata.

4. Princeps *Mich. I. Apafi* rerum potitus, consensu Procerum, *Collegium*, *Albense* dictum, Claudiopoli, Enyedinum, vbi antea quoque insignis flo-

rebat Schola, cujus Rector erat An. 1556. *Demetrius Hunyadi*, §. 245. *n.* 1. An. 1657. *Matthaus Patai*, An. 1658. *Benedictus Árkoſi*, alias alii) ob vivendi & habitandi commoditates, An. 1664, adnitente indefeſsè Profeſſore *P. Váſárhelyi*, transpoſuit. Ex hoc adeoque tempore, præſentem in diem, *Collegium Bethlenianum* (quod & Albâ-Nagy-Enyedenſe vocatur) in Oppido Nagy-Enyed floret. Hinc Sigillum antiquum, quod Collegium poſſidet, hanc habet Inſcriptionem: *Sigill. Coll. Betlen. Alba-Enyed.* Scilicet, dum A. 1662, Princeps Apafi, ad expugnandam Claudiopolim proficiſceretur, (§. 121. *n. e.*) in Caſtris ad *Kotsárd*, pagum Sedis Aranyas, poſitis, præſentibus patriæ Magnatibus, capit conſilium, numquid Collegium *Albam-Juliam* reducendum, aut *Enyedinum*, ſuam v. l. in Poſſeſſionem collocandum eſſet? Conſenſum ibi eſt, ne *Albam*, à qua longiùs Poſſeſſiones Collegii diſtant, ſed in Oppidum *Enyed*, ubi caput erat Bonorum, & à quo alii dependebant pagi jure perpetuo Collegio dati, collocaretur. Princeps igitur Mandato (cujus habemus copiam) ex iisdem Caſtris dato An. 1662, 6. Oct. domos Collegii, in Caſtello Enyedenſi, extraque id, exſiſtentes reparari, & ædes alias, ſi eæ non ſufficerent, pro Studioſis emendas injunxit, præcepitque ſerio, ne ullus mortalium Collegii migrationem Enyedinum, & poſitionem ibidem ſedis impediret; cumprimis verò, Proviſor Bonorum Collegii, Enyedini habitans, *Martinus Szántó de N. Enyed*, omnem in collocando Collegio navaret diligentiam. Nihilo tamen minus, totis ſe viribus Oppidani Nagy-Enyedenſes huic opponebant intentioni. Et quia jam tum, dicti Oppi-

dani,

§ 258.

dani, modis omnibus, contra jura Collegii, ad culmen libertatis eniti contendentes, viderent, jus Collegii, adhabitatione Collegi magis iri stabilitum: plurimis rationibus, etiam (vt Juristæ vocant) Repulsione adhibitâ, contraiverunt. Eo tandem res devenit, vt, Principali interveniente imperio, inter Partes conventum sit, admissique novi hospites. Quæ conventio, vt tanto firmior & stabilior foret; Collegium, perpenso, quod petulantia Studentium non sit non injuriosa futura Oppidanis, bonæ harmoniæ causa remisit jus taxæ, 200, Florenorum, Collegio quotannis solvendorum solvique solitorum. (Decimas nunc quoque exigit) Vt tandem hujus benevolentiæ qualem qualem compensationem Oppidani ederent, molam, tunc unirotam, *Tsere*, ab impendentibus quernis dumetis, nominatam, Collegio tradidêre: hæc quidem, & talia, ob concordiam facta. Et hæc omnia tanto procedebant feliciùs, quod Curatoris Primarii Officium, Ill. Heroi D. IOANNI BETLEN, Transsilvaniæ Cancellario, Viro Litteratissimo & Literatorum Patrono (ex Historia sua noto) delatum esset. Nimirùm, sub cura Superintendentium, & proximè Reverendi *Georgii Csulai*, dum turbulentis patriæ rebus confusæ res Collegii essent, & tantùm non eversæ, Viro Seculari magnæ auctoritatis & ingenii erat opus, qui soluta cuncta combinaret ac restitueret: Sed redeamus ad

5. 9num Collegii Professorem, *Petr. Vásárhelyi*, qui voluntate Principis ac Procerum Collegam nactus est 10. *Samuelem Enyedi*, Med. Drem, Scholæ Váradinæ antea Rectorem, sed capto per Tur-

8. 258.

cas nobili Fortalitio, in arce Huſzt exulem; cui Cathedra Philoſophica ornanda, cum Pædagogiarchatu, ceſſit, qui An. 1669. ad Miniſterium Paſtorale ſe adplicuit, nec multò poſt, v. l. An. 1671, in Parochia Alvintzenſi obiit. Petro quoque Váſárhelyi An. 1666, 15. Maji, mortuo, 11. *Joannem Nadányi* de Keres-Nadány, fil. Michaëlis, Virum generoſi ſtemmatis, & Principiſſæ Annæ Bornemiſzſza ſanguine junctum, Princeps Apafi, Magnatibus ſtipatus, futurum in Collegio Rectorem & Profeſſorem, in ſua præſentia inaugurandum fecit. Acceſſit An. 1668. 4. Jan. ad duos Profeſſores tertius. 12. *Paulus Cſernatoni* Siculus, Art. Lib. Mr, qui è Lectore Eloquentiæ Claudiopolitano, Ephorus ab Illuſtr. Joanne Bethlen, filio Nicolao adjunctus, & ex peregrinatione cum eodem, Germanicâ, Hollandica, Anglica, Gallica, Helvetica, redux, Matheſeos, Philoſophiæ Carteſianæ (quam primus in Transſilvania profeſſus eſt) & Hiſtoriarum tradendarum munus, cum Pædagogiarchatu, adeptus eſt. Eodem anno Jo. Nadányi, vir doctus quidem, ſed docendo minus natus, Linguæ Hebr. & Logicæ profeſſione contentus eſſe juſſus; Cathedra Theologica, mandato Principis, 2. Jul. 13. *Stephano K. Cſengeri* ceſſit, qui An. 1671, forti apoplexiâ tactus M. Jun. oneribus ſuccubuit. Eodem itaque anno vacans Cathedra Theol. oblata eſt 14. *Martino Déſi*, patre Vietore quodam Saxone Schæsburgenſi in Oppido Dees nato; qui poſtquam humaniora in Collegio Sáros-Patakenſi Hungariæ abſolviſſet, Coccejum Lejdæ 4. annorum ſpatio audivit, D. Stephani Botskai patrocinio adjutus. Redux in patriam Cathedram Paſtoralem

in

§. 258.

in Oppido Kézdi Váſárhely ornavit, indeque ad Profeſſoratum ductus, An. 1671, 28. 9bris, in præſentia Ill. Baronis Stephani Botskai (cujus privignos *Klobuſitzkios* academicam ante peregrinationem literas docuerat) Patroni ſui Orationem inauguralem publicè habuit. Hic ille eſt, qui primus *Coccejanas* ſententias, è *Summa Doctrinæ de Fœdere & Teſtamento Dei* juventuti tradere in Transſilvania cœpit. §. 275. *n.* 18. (Helveticam quoque Conf. & Cathecheſin Palatinam Auditoribus interpretatus) An. 1678. *Joannes Nadányi*, per fictum licet rumorem, in Principem, cum nonnullis Proceribus, peſſima cudiſſe conſilia, ideoque intercipiendus, circumferebatur, inani tamen perculſus metu, Transſilvaniâ exceſſit Profeſſoratuque excidit; cui ſurrogatus eſt Matheſeos ac Linguæ Hebrææ Profeſſor 15. *Steph. Kolosvári*, Carteſianæ ſectator Philoſophiæ, bis in Germanicas Academias miſſus, Vir cumprimis facili Latinitate & eloquens. A. 1676, *Paulus Tſernatoni* apoplexiâ percuſſus, M. Febr. obiit. Celibis ejus hæredeque deſtituti ſupellex libraria, inſigne auctarium factum eſt Bibliothecæ publicæ. Vacans ejus Cathedra, oblata, cum Pædagogiarchatu, communibus Principis & Curatorum ſententiis, 16. *Franciſco Páriz Pápai*, Med. Dr., Ampliſſimæque facultatis Medicæ Baſileenſis Aſſeſſori; qui An. 1676, per Ill. Nicolaum Bethlen, & Mich. Toſeum Superintendentem, ad Phyſices & Hiſtoriarum profeſſionem, ac excitandum Linguæ Græcæ ſtudium, ſollemniter introductus eſt. Quantus hic fuerit vir, teſtantur hodieque Libri ejus in lucem editi Transſilvanis Hungarisque notiſſimi. *Cfr.* §. 280. 32. Mortuo An. 1691. 24. Jul. Mar-

tino Déſi, An. 1692, 26. Jan. 17. *Stephanus Enyedi*, quem prædeceſſor moriens ſucceſſorem nominaverat, ſubſtituitur. Stephano Koloſvári, Franciſco P. Pápai, & Stephano Enyedi, curam Collegii gerentibus, triſtiſſimum Oppidi Nagy Enyed & Collegii fatum An. 1704. accidit. Scilicet, Miles Rákótzianus, deprehenſum in Oppido Enyed quod occupaverat, Exploratorem Cæſareum, naſo ac labiis mutilat: quam ob rem Commendans Generalis Rabutin efferveſcens, *Baroni de Tige*, juxta Albam Juliam cum exercitu moranti vindictam ſumendam demandat. Is igitur ipſa *Dominica Palmarum* (Rákótzianis §. 127. *n. a. b.* ſex amplius millibus ad vicum Hari caſtra metantibus, fruſtraque toties ad defenſam ab Oppidanis invitatis) ſummo mane adeſt, Caſtellum, in quod tumultuariò potiſſima Civium pars ſe receperat, deditione occupat; egreſſos in occurſum Eccleſiaſticos, rogantesque, vt ſibi ac populo imbelli parcatur, ſecedere in aream Collegii jubet, permiſſoque militi unius horæ ſpatio ad prædam, ac ſigno dato, Caſtellum totum, cum Oppido, vno igne, facibus ubique ſubditis, ardere jubet, qui Collegium quoque eadem flammâ involvit. Nemini, quicunque in fuga deprehenſus fuit, præter feminas & pueros, parſum. Cæſi plures quàm ducenti, inter quos Scholaſtici ad 18. circiter, præter graviter vulneratos, numerati. Sequenti quoque 1707. anno Collegium paſſum eſt graviora: Crypta namque Collegii, in qua potiores ex Oppido & vicinia rem condiderant pretioſiorem, vt & Bibliotheca Collegii, prædæ Raſcianorum & Valachorum ceſſit. An. 1707, Profeſſores, ſolo Koloſvario remanente, compellentibus Rá-

kotzia-

kotzianis, Hungariam concesserunt, anno tandem 1709, M. Febr. stationi suæ redditi. Steph. Enyedi, ex variis consternationibus, A. 1710. lentâ apoplexiâ adfectus, A. 1714, 15. Aug. vitam ærumnosam commutavit. Ejus in locum, An. 1710, 31. Oct. introductus 18. *Steph. Gyúla Szigeti* (cujus Manuscripto in contexenda Collegii Enyedensis Historia cumprimis utimur) Pastor tum Ecclesiæ Felsö-Bányensis, & An. 1715. 5. Jan. more sollemni inauguratus est. Anno eodem, Stephano Kolosvári gradum Superintendentis obtinente, & in Residentiam Superintendentialem (pro more ejus temporis §. 233. *n.* 3.) Albam Juliam, ubi Pastoris Ecclesiæ, simul & Senioris Fratrum Tractûs vicini Albâ-Juliensis, officio functurus erat, concedente, die 28. Aug. successit 19. *Petrus Szilágyi*, Vir ex Orientali imprimis Litteraturâ Clarissimus, qui, præter Manuscripta varia, Grammaticam Hungaricam prelo dignissimam reliquerat. A. 1716, Instrumenta Collegii Litteraria, per expilationem cryptæ disjecta, recollecta, ut fieri potuit, & in Archivo reposita sunt. Item, fundi pecunialis Collegii, à fundo itidem pecuniali Ecclesiæ (quos mixtim Ill. Comes Nicol. Bethlen administraverat) disjunctio facta, (22000. Flor. erant) & potestati Curatorum Collegii commissus est. Eodem An. 1716, 10. Sept. Franc. P. Pápai, post 40. annorum in Collegio labores, quibus An. 1714. succumbere cœpit, ex apoplexia placidè in Domino occubuit. An. 1719. peste invalescente, jussu Superiorum, Prof. Steph. Gy. Szigeti, cum Studiosis, qui eum spontè sequi volebant, Fel-Enyedinum, locum nondum ea lue infectum, 5ta Jul. emigravit; ubi Divina miseratione cum paga-

6.258.

nis (Oppidanis interim ſæva lue immenſùm abſumtis) ad unum ſervati, ultima Febr. anni ſequentis remigrarunt. An. 1721, deliberatione diuturna Illuſt. Conſiſtorii, poſt fata Franciſci P. Pápai, (ob defectum proventuum, ad reſtantias ſalariorum imminuendas) à duobus tantùm Profeſſoribus uſurpata Cathedra, Patronatu potiſſimùm Illuſtriſſimi Conſiſtorii Præſidis L. B. Stephani Veſſelényi tertium amplexa eſt Virum, np. Clariſſ. 20. *Georgium Gyula Szigeti*, Stephani Fratrem Germanum, Profeſſorem hactenus Udvarhelyenſem, cui Philoſophia atque Mathemata demandata ſunt. Atque inſimul Petr. Szilágyi Orient. Linguis & Antiquitatibus Hebraicis fuit adplicatus, vti Stephanus Szigeti, ſupra Theologiam, quâ fungebatur, profeſſioni Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. Hoc tempore, Curatoribus Collegii, annuente etiam Ill. Supremo Conſiſtorio, novum ſubrepſit conſilium, nimirùm, vt tertii Profeſſoris ſalarium, duobus in poſterum junioribus alendis cederet, qui ſub titulo Lectorum Profeſſorum, Diſciplinis certis juventuti inculcandis vacando, dum ſe utiles publico futuros probarent, decedentibus Profeſſoribus ſurrogarentur. Vnde 21. *Emericus P. Pápai*, Franciſci filius, redux è peregrinatione exoticâ, Lector Profeſſor creatus, Linguæ Græcæ & Logicæ profeſſionem An. 1723. ſuſcepit. Is, An. 1725. 7. Dec. Collegam adeptus eſt 22. *Stephanum Töke Váſárhelyi*, eruditi quondàm Patris cognominis (Profeſſoris aliquamdiu Udvarhelyenſis, Paſtoris ad extremum Székenſis) filium, qui Antliam pneumaticam, aliaque mathematica & phyſica Inſtrumenta, ex Germanicis & Belgicis Academiis, ſumtu Collegii adjutus, primus in

Trans-

§. 258

Transſilvaniam introduxit, & Phyſicam experimentalem ex profeſſo eruditè docuit, vſque ad An. 1768, quo, d. 14. Apr. hora 3. pomerid. naturæ debitum perſolvit. An. 1738, vnico, h. e. 15. Januarii, die inaugurati ſunt: 23. *Sigismundus Nagy Boroſnyai* Theol. Dr. & Profeſſor, atque 24. Clariſſ. D. MICHAEL ABOD AJTAI; quorum *ille* in locum *Stephani Gy. Szigeti*, jam Superintendentis (§. 233. *n.* 3.) ſucceſſit, Theologiamque, cum Jure Naturæ & Gentium, atque Methodo Concionandi docuit; An. 1774. M. Dec. mortuus §. 280. *n.* 7. *hic* verò LL. OO. Antiquitatum & Hiſtoriarum Profeſſor diligentiſſimus, eſt adhuc in vivis. Scripta hujus in Hiſtorias & Antiquitates, Græcam cumprimis, vaſtiſſima confecerunt Volumina. *Grammaticâ* verò, quam, An. 1744, juventuti linguam latinam diſcenti edidit (*Cibinii*) utiliſſimam, inſignem Eruditorum Lipſienſium laudem meruit. *Vid. Acta Erud. Lipſ. ad An.* 1747. Laudata hæc Grammatica, Cellarii potiſſimùm laboribus exarata, non Enyedenſi ſolùm Pubi Scholaſticæ, uſque ad An. 1771, ac Scholis nonnullis minoribus Rectores ſuos Enyedenſi è Collegio habentibus, ſed ab An. 1766, quo tertia ejus adornata fuit editio, Gymnaſio quoque Udvarhelyenſi erat manualis: at certantibus Grammaticis, A. 1771. nova, eaque Cellariana, Grammatica, Linguæ Hungaricæ accommodata, in Transſilvania adornata, Claudiopoli edita, & omnibus, quæ Helveticam amplectuntur Confeſſionem, Scholis, tradita eſt. *Ajtaiana* autem, An. 1759. cum vehiculo linguæ Germanicæ, Coronæ impreſſa, uſibus Gymnaſii Coronenſis inſervit. Ajtaianam denique memoriam crediderim

[illegible] R[illegible] immor-

immortalem futuram. Is namque, ex Concionatore Aulico Illuſtriſſimæ quondàm natæ Comitiſſæ CATHARINAE BETHLEN §. 280. in Profeſſorem delectus, ultrà Ordinarias ſuas profeſſiones diligentiam, publico pro juventutis commodo, extendit; numos varios, aureos æquè ac argenteos, æneosque, libros item utiliſſimos exteris è regionibus, ſingulari congeſſit induſtriâ, & Bibliothecam, cui nulla unquam par in Transſilvania exſtitit, reddidit inſtructiſſimam. Suos inſuper proventus convertit in pecuniam, cujus fœnore, aliquot alumni ſpei Optimæ, multis ab annis, ſucceſſivè ſublevantur. Dignus proinde tantus Litterator & Benefactor, cælebs quidem, ſed multorum Pater filiorum, qui ad quietem diſpenſatus, ordinario ſalario honeſtetur. 25. Clar. D. JOSEPHUS KOVÁTS *de Zabola*, ex Profeſſore Udvarhelyenſi, An. 1767, (quo Illuſtre Collegium Sáros-Patakenſe in Hungaria, facere ſuum enixé adlaboraret) ab Illuſtri Supr. Conſiſtorio, ad tradendam Philoſophiam ac Matheſin, Enyedinum tranſpoſitus eſt. 26. Cl. D. JOSEPHVS SZEGEDI, Lector Profeſſor, penes Cl. D. Sig. N. Borosnyai, An. 1772, renunciatus; illius poſt fata, ſolus Cathedram Theologicam, ex qua longos per annos curſus Theologicus antea prodibat, exornat. 27. Cl. D. GEORGIVS KÖRÖSI, (uſus Patre Adm. Rever. ac Clariſſ. *Georgio Köröſi*, Eccleſiæ Küküllövár, dum viveret, Paſtore, & cognominis Diœceſeos Seniore; avo materno Reverendiſſ. *Georgio Bonyhai* Superintendente) in locum feſſi curis Cl. Domini Mich. A. Ajtai, An. 1774, creatus, Linguas Orientales, Antiquitates & Hiſtorias diligenter tradit. vivere desiit. 1780. Die 15a Febr. vid. p. 591.

6. Pro-

6. Profeſſores, qualium meminimus, quas profiteantur Scientias, ex dictis clarum eſt. Studiorum verò Latinitatis Claſſes, Cives Togati, ex ipſis Collegii Alumnis delecti & *Præceptores Publici* nominati, (ſunt etiam & *Privati*, qui, in propriis habitationum cubiculis privatim Diſcipulos ſuos inſtituunt, ſalario conducti) tractant. *Publici* olim *Præceptores* ſeu *Collaboratores* fuêre tres; nunc numerantur ſex. Scilicet, ſub Principe Georgio II. Rákótzi evenit, vt tres Claſſes, quibus hucuſque communiter in Scholis Linguæ opera dabatur (*Poëtica*, v. l. *Syntactica* & *Rudimentorum Grammaticæ*) ad ſex digeſtæ ac diſtributæ ſint, puta: *Poëticam*, *Syntacticam*, *Etymologicam*, *Conjuncticam*, *Decliniſticam*, & *Elementarem* ſeu Incipientium; hisque Magiſtri ſeu Pædagogi ex Alumnis præfecti; Joanne Apátzai, vt dicitur, inventore. Claſſium hodie quoque ſenarius eſt numerus; at Claſſes ipſæ à prioribus nonnihil diverſæ, nimirum: *Logica*, *Poëtica*, *Rhetorica*, *Syntactica*, *Grammatica* & *Elementaria*. Germanicæ quoque Linguæ ſtudium, An. 1721. adhuc publicè excitari cœptum, quo *Elias Miletz* Studioſus Sclavo-Germanus ad primam glaciem frangendam conductus erat) ſed intermiſſum, iterumque inchoatum, denuò hic, vt aliis quoque in Collegiis, colitur ſucceſſu non infelici: ſic ſcilicet creditur fore, vt Nobilis Gentis noſtræ juventus, ad Principis & Patriæ ſervitia, pro hodiernorum temporum ratione, reddatur expeditior.

7. *Curatores Inſpectores*, hujus ceterorumque Collegiorum curam gerunt, Politico hodie è ſtatu delecti: qui verò à primordio ii fuerint, etſi in perfectum Catalogum nectere vix me poſſe credam, commemo-

memoro tamen ſequentes. A. 1664, Supremi conſtituti ſunt Curatores: *Ill.* JOAN. BETHLEN *n.*4. *Ill.* SIG. BÁNFI de Loſontz; & Eccleſiaſtici duo: *R. Gaſparus Veresmarti* Superintendens §. 233. *n.* atque R. *Joan. Dadai*, Paſtor Küküllövárenſis & Tractûs cognominis Senior, optimè de Collegii incunabulis meritus. Et horum Vicarii: *D. Steph. Fabián.* ac *Georgius Liptsei.* Circa An. 1671, quia nominati DD. Curatores ſæpiùs munerum ac dignitatum ratione, ad ardua Principis ac Patriæ negotia avocabantur, lecti Magnatum è numero ſunt: *Ill.* FRANC. RHÉDEI, Conſiliarius Principis, & Comitatûs Kolos Comes Supremus, & *Ill.* WOLFFG. de BETHLEN, Conſiliarius atque Comes Comitatûs Albenſis Supremus. Poſtmodùm in locum functi vita *Ill. Joannis*, filius ejus *Ill.* NIC. BETHLEN, Transſilvaniæ Cancellarius & Sedis Udvarhely Capitaneus Supremus, qui unus ferè pro omnibus in longum poſt tempus, onus Curatoratûs ſuſtinuit. Lectus poſt in hunc ordinem etiam *Ill.* BALTH. MATSKÁSI, Comes Comitatûs Szólnok Interioris, aliquot, ſub Principe Apafio, Legationibus, ad utramque Imperatoriam Majeſtatem cum laude defunctus. Fato cedentibus, cum Supremis, tum Vicariis plerisque, renunciati ſunt An. 1680, *Ill.* SAM. KERESZTESI, Comes Supr. Albenſis, *Ill.* EMERICVS LÁZÁR, Sedis Maros Supr. Judex Regius, *Ill.* LAVRENT. PEKRI, Comes poſtea Comitatûs Albenſis Supremus, & *Ill.* SAM. BETHLEN, Comes Supr. Küküllöenſis. An. 1710, electi ſunt: *Ill. Dn. S. R. I. Comes* ALEXANDER TELEKI *de Szék*, magni Heros nominis; cui adjuncti, D. IOANNES NEMES *de Hidvég*, in Földvár Sedis Aranyas tunc

agens,

§. 258. ...

agens, D. ANDREAS SZILÁGYI *de Kotsárd.* An. 1716. Ill. D. S. R. I. Com. Alex. Teleki Curatoratui renunciavit: Hujus Consilio atque Zelo insigni, inchoatum erat An. 1715. opus collectæ apud Anglicanas Ecclesias, in vsus & reædificationem Collegii faciendæ, quod fructum haud contemnendum hodieque progerminantem protulerat. Denique Comes nostra laude major, *Statüs Intimus & Gubernialis Consiliarius*, A. 1754. 5. Sept. Albæ Carolinæ, Cœlo terram commutavit. Ejus loco, D. PETRUS TOROTZKAI junior An. 1716. Curator denominatus erat. An. 1718, *Ill. Dn. S. R. I. Comes* IOSEPHVS TELEKI de Szék, opibus, auctoritate, pietate, & ex rei œconomicæ cura omnibus probatissimus, & *Ill.* IOSEPHVS INTZÉDI Litteratissimus, definitione Illustris Supremi Consistorii in se curam suscipiunt Collegii, ejusque emolumentum viribus & consiliis unitis adlaborant. Exceperunt eos: *Ill.* ac *Magn.* D. SAMVEL *Lib. Baro* KEMÉNY *de M-Gyerö Monostor*, Comes Supr. Dobocensis; & *Ill.* ac *Magnif.* D. GABRIEL L. B. ALVINTZI *de Borberek*, Secretarius primùm, & post Consiliarius Gubernialis: quorum *Hic* An. 1751. 4. Apr. *Ille* An. 1744. 17. Mart. obiére. Hos subsecuti sunt, Illustrissimi Optimèque de Patria & Ecclesia Meriti Heroës: Ill. ac Magnif. D. FRANCISCVS *Lib. B.* VESSELÉNYI, S. C. R. & Ap. Mattis Camerarius, & Incl. Comitatûs Szolnok Mediocris Supremus Comes Paroecialis, & Ill. ac Magn. D. STEPH. *Lib. B.* DANIEL. *de Wargyas*, Inclutæ Sedis Primariæ Siculorum Udvarhely Supremus Judex Regius. Accessit Spect. D. JOSEPHVS DANTZKAI de M.

Igen.

Igen. Et mox, Ill. ac Magn. D. Comes JOS. GYULAI, *de M. Nèmeti*; ac Ill. Dom. *Lib. B.* STEPHANVS RADÁK, *de Magyar-Bényе*. Nunc Civilis cura Paleſtræ incumbit Illuſtriſſimo Triumviratui, v. l. *Illuſtriſſ. Domino* COMITI IOSEPHO GYULAI *de Maros-Németi*; *Ill. Domino S. R. I.* COMITI SAMVELI IVNIORI TELEKI de Szék, Comitatûs de Küküllö Comiti Supremo, & *Ill. Domino.* COMITI ALEXANDRO *de* BETHLEN. Probè denique notandum, Exc. ac Illuſtriſſimos Dominos, Excelſi Regii in Magno Transſilvaniæ Principatu Gubernii Conſiliarios Helveticæ Confeſſioni addictos (Sunt ergo hoc tempore, *Excell. Dom. S. R. I. Comes* LADISLAVS TELEKI *de Szèk*; *Ill. Dom. Lib. B.* WOLFFGANGVS BÁNFFI *de Loſontz*; ac *Ill. Dominus Comes* ALEXIVS KENDEFFI *de Malomviz.* Vid. §. 184. *n.* 8.) Supremos Eccleſiarum, Collegiorumque & Scholarum omnium, ſuæ Religionis, Curatores, ac Illuſtris Supremi Conſiſtorii (§. 238.) Capita, eſſe. Supremus pariter eſt Curator, Admodùm Rever. ac Clariſſ. Dominus Superintendens. §. 233.

§. CCLIX.

b. COLLEGIVM CLAVDIOPOLITANVM, in platea, Liberæ Regiæque Civitatis Claudiopolis, de Sancto Wolffgango cognominata, (*Farkas Utſza*) reſidentiam habens, à Principe & Statibus Transſilvaniæ, initia ſua, circa annum 1622, accepit, inque diem præſentem

Do-

§. 259. 2.

Docentibus juxta ac Diſcentibus claret. *Cfr. CCXXXV. n. 2.*

1. Eo, quo pars Eccleſiarum Transſilvanicarum major, à Romano-Catholica Eccleſia receſſit, tempore, ipſa quoque Claudiopolis, *Lutheri* primùm, & mox *Calvini* dogmata amplectebatur, exiſtentibus ibidem Paſtoribus An. 1545. & ſeq. *Gaſparo Heltai* Saxonum, *Omlatio* quodam Hungarorum; & Ludi Rectore *Gregorio Vizaknai*, qui Gaſparum Heltai, in Hungarica Sacri Codicis Verſione haud modicùm adjuvit. At paucis elapſis annis, Claudiopolis, quanta ferè erat, Vnitariam amplexa eſt Religionem. Initio tamen Seculi XVII^{mi}, Religio ibidem Helvetica, opem ferente Principe *Gabriele Báthori*, reſuſcitata eſt; & An. 1608, publico Comitiorum decreto, Helveticæ Confeſſioni addictis permiſſum, vt liberè Paſtores ſuæ Fidei in Civitatem inferant. Iisdem, An. 1612, Diætali rurſùs Articulo, Templum in *Veteri Arce* deſolatum adſignatum; & non multo poſt, Collegii hodierni locus traditus eſt. Anno verò 1622, de ædificando quoque Collegio, Articulariter determinatio facta. Evidenter hæc, *Approb. Conſt. Part. I. Tit I. Art. VI. & Tit. X. Art. II.* docentur. Hoc itaque modo, Eccleſia juxta ac Schola, ſub Principe *Gabriele Bethlen* efflo-reſcere cœpit, & ſub *Georgio I. Rákótzi* incrementa ſumſit majora. Tres poſtmodùm fuêre potiſſimùm Heroës in Transſilvania, qui tot inter turbidas bellorum tempeſtates præcipuam Collegii Curam habuerunt. *Primus* eorum fuit Celſiſſ. Transſilvaniæ Princeps, *Mich. I. Apafi*, qui 5. Civibus Collegii Togatis alumnabatur. *Alter* Ma-

gnificus

gnificus *Dionyſius Bánffi* de Loſontz §. 123. *n. l.* Vrbis Claudiopolitanæ vicinus undiquaque Poſſeſſor, qui An. 1668, decem Collegii Civibus, totidem Stipendia (Alumniæ ſeu Alumnia vulgò vocantur) legavit, numquam ſubtrahenda. *Tertius* Illuſtr. quondàm S. R. I. Comes *Michaël Teleki* de Szék, §. 124. *n. a*, Exercituum Transſilvaniæ Dux Supremus, experientia rei militaris & animi fortitudine præpollens, qui 5. ſtipendia largitus eſt, & inſuper annorum 18. intervallo, 18. Studioſos è Collegiis Transſilvanicis, totidem florenorum millibus ad exterarum Provinciarum Academias promovit. Noſtro hoc Seculo inter Benefactores Collegii eminuêre: Excellentiſſimus ac Illuſtriſſimus D. Lib. B. *Steph. Weſelényi* §. 258. *n.* 7. Eccleſiarum & Scholarum in Transſilvania Ref. Curator Supremus. Ill. ac Magnif. D. Comes *Georgius Bánfi* de Loſontz (fil. Gubernatoris §. 184. *n.* 7.) Comitatûs Dobocenſis Supremus Comes, decem in Collegio Alumnorum, juxta Avi Dionyſii ordinationem; & vnius Profeſſoris, Nutricius, Eccleſiarum ac Scholarum Pater Optimus. Ill. Dom. S. R. I. Comes *Paulus Teleki* de Szék, Curator Collegii pietate Clariſſimus, Literarum & Literatorum, Columen; & Academico, Francofurti ad Viadrum, Haſſiæ, Belgii, Groningæ, Franecqueræ & Angliæ, curſu, cultiſſimus. Fuêre & alii, ſuntque hodie, piorum & Illuſtrium è numero Procerum, non pauci, qui, Collegium, nulla Principali fundatione Victualium munitum, beneficiis ſublevant ac cumulant. Prurit porrò calamus, (non tamen chartam pruriente ſale tingit) Illuſtr. Inſpectorum Curatorum conſignare nomina; ſed dum Eorum Catalo-

§. 259.

talogum confectum reperiam à nemine, manum de tabula. Hodierni sunt: Illustr. Dominus Comes LVDOVICVS de BETHLEN; Illustr. Dominus Comes GREGORIVS *de* BETHLEN, S. C. R. A. Majestat. Vice Colonellus; & Illustr. D. Lib. B. SIMON KEMÉNY *de Magyar-Gyerö-Monostor*, Incl. Comitatûs Albensis Inferioris Supremus Comes.

2. Literarum Studia, eum fermè in modum, quo Enyedini, traduntur. Series Professorum, aliquandò unius, duorum alias, nonnunquam trium, nunc quatuor unà, munere suo defungentium, hæc est: 1. *Benedictus Bihari.* 2. *Georgius Bátai*, §. 275. 3. *Andreas P. Porcshalmi*, Logic. & Metaphys. Lector, & Gymnasii Rector constitutus A. 1641. Dicitur habuisse duos Collegas; 4. *Colomannum* & 5. *Sikonem*, de quibus nihil nobis innotuit. Cfr. §. 275. *n.* 40. 6. *Joannes Csere Apátzai*, in pago *Apátza* agri Barcensis natus, §. 258. *n.* 3. Theol. & Philos. Dr, post jacta studiorum fundamenta in Collegiis Claudiopolitano & Albensi, *Stephano K. Geleji* Superintendente sumptum itinerum præbente, tali, Trajecti ad Rhenum, profectu, Scientiis incubuit, vt vocatione ibidem ad Professoratum ornaretur: at renuit, in Transsilvaniam redire obligatus. In patriam igitur regressus, Albæ primum, vt dictum est, postea Claudiopoli, Scientias professus est, usque ad An. 1659, quo Claudiopoli, ex phthisi & nimiâ diligentiâ, mortem oppetivit. Ejus, non multo post, vestigia, ad plures sequutæ sunt, conjux ex Belgio ducta, atque proles pauperculæ. Edita ejus Opera sunt: 1.) *Disputatio de Introductione ad Philosophiam Sacram.* Ultrajecti An. 1650. 2.) *Ma-*

§. 259. ...

gyar Encyclopedia; Ultraj. An. 1653. 12mo. Hoc Opuſculo omnigenas breviter pertractat linguâ hungaricâ Scientias: formatis enim eadem linguâ terminis technicis, conabatur, bonus Vir, popularibus ſuis glaciem ad haurienda faciliùs ſtudia frangere. 3.) *Oratio de Studio Sapientiæ*, Ultraj. An. 1655. 12mo, plag. 2. 4.) *Diſputatio de Politia Eccleſiaſtica*, Claudiopoli 1658, 8vo. 5.) *Magyar Logica* (Logica Hungarica) Albæ-Juliæ An. 1656. 8. Inedita Opuſcula ſuperſunt duo: 1.) *Oratio de ſumma Scholarum neceſſitate, earumque inter Hungaros barbariei cauſis*; quam habuit Claudiopoli An. 1656, dum Profeſſor inaugurarêtur. 2.) *Modus fundandi Academiam in Transſilvania.* Hæc Enyedini ſupereſt opella, quam Principi *Acatio Bartsai* porrexerat, viamque monſtrabat, quâ è fundo Collegii Albenſis Profeſſores omnium *Facultatum* conſtituerentur; ſed votum, ob inſequutas bellorum procellas, effectu caruit. 7. *Paulus Tsernátoni*, A. 1656. inauguratus, inde Enyedinum eſt translatus, §. 258. *n.* 5. 8. *Stephanus Tolnai*, Tolnæ in Hungaria, Patre *Joanne Selyei*, Circumſpecto & Primario Cive An. 1630, ortus, Etſedini, Váradini, & Sáros-Patakini, literarum tirocinia poſuit. Belgica dein Lycea, ubi & gradum Med. Dris conſecutus eſt, adiit, annoque 1659, *Diſcurſum de Anima Samuelis* Franequeræ in 12mo, plag. 7. edidit. Venit inde in Transſilvaniam, & ab An. 1662, in Oppido Kézdi-Váſárhely gregis ſpiritualis Paſtorem egit. An. 1665, Profeſſor Claudiopolitanus Theologiæ & Logicæ creatus, Scholaſticam rexit juventutem ad An. 1685, quo Paſtor ibidem conſtitutus, eodem in munere An. 1690, ætat. 60, occidit.

Inge-

Ingenii ejus fœtus ſunt: 1.) *Dialectica ſecundùm Principia Petri Rami*; liber ea ætate ponderoſus & utilis. 2.) Hodegus lingva Hungarica exaratus: *A' Kereſztyéni s' Apoſtoli Vallásnak utára vezérlö Kalauz*, Koloſvár, 1679. 8vo. 9. *Stephanus Pataki*, An. 1641. natus, ſumtibus Magnifici *Dionyſii Bánfi* §. 123. *n. l.* & conjugis ejus *Catharinæ Bornemiſza*, (quæ germana *Annæ*, Principiſſæ Mich. I. Apafi erat) in Belgicas miſſus Academias, dum ſcientiarum rediit dives, An. 1668. Profeſſor Linguarum & Philoſophiæ, poſt Theologiæ, denominatus eſt. Fuit etiam 4. annos *Michaëlis II. Apafi* Præceptor. Non immemor acceptorum à Magn. Dionys. Bánfi beneficiorum, ei, in detentione, & nocte, qûa occiſus eſt, fideliſſimè adſtitit. Inſigne opus apologeticum, ea tempeſtate, concinnaverat, quo innocentem Patronum ſuum declarabat: nec fortè, ſi illud in Conventu Statuum fuiſſet perlectum, dura illa ſententia magnum Heroem ſuſtuliſſet. *Patakius* denique librum de *regimine mundi* ex Latino fecit Hungaricum, cum titulo: *E' Világ igazgatáſának Meſterſége: mely ſzáz jeles Regulákban adatott elö.* Koloſv. 1681. 4to. An. 1693. æt. 52, è vitâ migravit. 10. *Samuel Szathmár-Németi*, Szathmar Nemetini An. 1658. in lucem editus, & priùs ibidem, dein Claudiopoli, poſtremò, annos 22. natus, in Academiis Belgicis, Leidenſi, Trajectina & Franequerana, diſciplinis excultus, fuit à Sacris aliquamdiu in Aula Viduæ Ill. Dionyſii Bánfi, unde An. 1683, (quo, diebus 5. & 6. Dec. & Res Collegii in ordinem redactæ ſunt meliorem) in Collegium Profeſſor introductus, multis annis varias ſcientias tradidit. Quamvis enim, An. 1693, Optimatum voluntate,

§. 259.

Ephorus Michaëli II. Apafi datus fuerit: anno tamen 1695, Cathedram profeſſoriam repetivit. Opera, quæ reliquit, ſedulitatem ejus eruditionemque loquuntur. Talia ſunt: 1.) *De Perenni duratione Mentis.* 2.) *De Regno Dei.* 3.) *Metaphyſica Realis, de Deo, Mente & Corpore.* 4.) *Epiſtola S. Pauli ad Hebræos explicata.* Franek. 1695. 4. 5.) *Commentarius in Prophetiam Zachariæ.* Ibid. 6.) *Moſes Explicatus*, ſeu *Cerimoniarum per Moſen latarum detecta veritas.* Claudiop. 1696. 8. 7.) *Commentarii in Danielem & Malachiam*, manſerunt inediti. An. 1717. 17. Dec. migravit ad Superos, hoc ſibi Epitaphio poſito:

Me genuit Szathmár; Vrbs Claudia fovit adultum,
Trajectum Juvenem, Leida, Franekra dein.
Claudia at Vrbs reducem excipiens mactavit honore,
Myſtæ Linguarum, quas Cananæa ſonat.
Hellasque & Sophiæ, mox Numinis eloquiorum
Poſt Ephorum ductum Principis Apafii.
Munere quo functum, Vrbs eadem mox alma recepit,
Et juſſit rurſus, munus obire prius.
In quo ter denis quatuorve fluentibus annis
Quod feci, id fecit Gratia ſola Dei.
Jam fractus curis mœrorumque agmine, Mentem
Commendo Chriſto; debile Corpus humo.

11. *Michaël Turkovits Tſepregi*, Philoſ. & Linguarum Profeſſor conſtitutus An. 1691.; mox etiam ſolus Theol. ſpartam ſuſtinuit; poſtea, A. 1698. Paſtorem Eccleſiæ Claudiopolitanæ egit. 12. *Mich. Sz. - Németi*, An. 1696, Philoſ. & Linguarum Profeſſor factus, An. 1709, deceſſit. 13. *Andreas S. Zilahi* ex Concionatore Aulico Excel. Guber-

Gubernatoris Georgii Bánfi, Philoſ. & Linguarum Prof. *Cfr.* §. 260. *n.* 2. 14. *Matthæus Intze Batzoni*, Philoſ. & Ling. Profeſſ. inauguratus An. 1714. In eadem Claudiopolitana Eccleſia V. D. M. nominatus An. 1720, eoque munere fideliſſimè functus, An. 1742, M. Sept. extinctus eſt: lucet tamen in natis ad Sacra filiis, quorum natu minor, Rev. ac Cl. *Michaël*, Gratiæ Dei, quæ Civibus Claudiopolitanis Helv. Conf. amplectentibus diſpenſata eſt, Adminiſtrum præſtat diſertiſſimum; major verò natu, Rev. ac Clar. *Steph. Intze* Collegio Agropolitano facem ad Philoſophiam & Matheſin præfert. 15. *Joannes Remetei*, Philoſ. ac LL. OO. Prof. A. 1718. 16. *Joannes Naſzalyi*, Philoſ. ac Ling. Prof. ſucceſſit An. 1720. 17. *Mich. Udvarhelyi*, Theol. Profeſſor An. 1721, inauguratus, ac 1737. M. Mart. mortuus. Erat natus An. 1670, & cultus Literis Areapoli, Claudiopoli, Academiisque Batavis. Redux inde, Profeſſorem egit 14. admodùm annorum ſpatio in Gymnaſio Szigetenſi, ac hinc Claudiopolim deductus eſt. 18. *Franciſcus T. Tſepregi*, memorati ſuperiùs Michaëlis filius, Latinæ, & Lingv. Orientalium, quibus ſub Celeberrimo Alberto Schultenſio Franequæræ incubuit, peritiſſimus, Hiſtoricus & Antiquarius promtiſſimus, Celebris Diſſertationis *de Keri Ketib* (Vide apud *Haſæum*) Franequæræ An. 1725. editæ, Auctor adplauſu Doctorum conſpicuus; ex Aulico per duos annos Concionatore Ill. Comitis *Georgii Bánfi*, Patroni ſui munificentiſſimi, An. 1728, Hiſt. Eccl. Lingv. & antiquit. Græcarum Prof. inauguratus, has aliasque diſciplinas, ſolidiſſimè quidem, ſed paulo, quàm debebat, parciùs, profeſſus eſt,

ad An. 1758, qui finem vitæ adtulit. 19. *Georgius Verestói*, Vir ætate & fortuna præcedenti par, studiorumque & peregrinationis Academicæ socius, Polymathes, Philos. & Lingv. Hebr. Prof. inauguratus A. 1728. ac postmodùm Prof. Theol. creatus, profectu juventutis maximo, officio functus est. *Vid.* 233. *n.* 3. Natu major Rev. ac Clariss. filius cognominis, in frequentissima Ecclesia Claudiopolitana est Verbi Divini Præco dexterrimus. Clar. verò & Exper. *Sam. Verestói* sequitur Galenum. 20. *Georg. Huszti*, cumulata eruditione Clarus, prius Lingv. Or. dein Theol. Professor, ex Dissertationibus, quas *de Synonymis Linguæ Hebrææ*, & *Defectibus Linguæ Hebr.* (si bene meminerim) elucubravit, multis notus, A. 1768. diem obiit supremum. Nunc Professorum munere funguntur Celeberrimi Viri: 21. Clariss. ac Exper. Dominus SAMVEL PATAKI Med. Dr, Philosophiæque ac Matheseos Professor. 22. Clar. D. MICHAEL TSOMÓS *de Albis*, Juris Natur. & Civilis Prof. 23. Cl. D. JOSEPHVS BODOKI, Lingv. & Histor. Antiquitatumque Prof. 24. Cl. D. MICHAEL P. SZATHMÁRI, Venerandi Patris Sig. P. Szathm. Superintendentis (§. 233. *n.* 3.) filius, SS. Theol. Professor. Recensitis superiùs adnectendus *Andr. Huszti* Vid. §. 280. *n.* 16.

§. CCLX.

e. COLLEGIVM AGROPOLITANVM seu MAROS-VASARHELYENSE, sic à cognomine L. R. Civitate nominatum, originem suam traxit ex Hungaria

f. 260. .Des.

garia A. 1672, quo illuſtris *Schola Sáros-Patakenſis*, (hoſpitio ſuo An. 1671. expulſa) ſub Profeſſoribus, *Michaële Buzinkai* & *Joanne Póſabázi*, in Clientelam Principis *Michaëlis I. Apafi* admiſſa, in vacuis Collegii Bethleniani (Bethleniano-Brandeburgici quoque dicti) parietibus tumultuario opere quoquo modo reparatis, Albæ-Juliæ hoſpes collocata; anno demùm 1716, dum Caſtellum Alba-Julia dictum, attritum, ſine amuſſi mathematica ſtructum, & ædificiis ſqualidum, validiſſimis mœniis cingi occœpit, veteremque formam penitùs exuit, & novum nomen, CAROLINAE nempe, ab Auguſto Conditore CAROLO VI^to^ Fortalitium accepit, id rerum ratione requirente, Maros-Váſárhelyinum, ubi hodieque perſtat, transpoſita eſt. *Cfr.* §. *CCXXXV. n.* 2.

1. Sic Collegium in Hungaria natum, ac Albæ-Juliæ enutritum, Agropoli reſidet. Sed ejus originem & fata brevi penicillo hìc delineaſſe, aliquod fortè pretium operæ erit. In Oppido Hungariæ Sáros-Patak, circa An. 1550, Auctore *Stephano Kopátſi*, amœno in loco fundata & ad delicias Muſarum compoſita erat Schola, quæ floruit abinde ſub patrocinio Inclitarum Familiarum *Dobó* & *Lorándſi*, maximè verò omnium, ſub Co-

§. 260. D. S. λ.

mite (mox Principe Transſilvaniæ) *Georgio I. Rákótzi*, poſt initum cum *Suſanna Lorándfi*, vnica *Michaëlis Lorandfi* (qui ſolus Oppidum Sáros-Patak poſſidebat) filia, An. 1616, matrimonium. Rakotzius enim Principali mactatus honore, Collegium Patakenſe elevare, & Albenſi Bethleniano æmulum inſtituere volens, *Joannem Amos Commenium*, latæ tunc exiſtimationis ex Dialectica Virum Scholarem, Patakinum evocat, Collegium ampliſſimis reditibus dotat, & ditiſſimum humaniorum Literarum emporium reddit. Pariter Principiſſa *Suſanna Lorandfi*, filiique Principis, *Sigismundus* & *Georgius II. Rákótzi*, Collegio ſe exhibuerunt munificentiſſimos: at poſt fata Georgii II. Rákótzi, inde ab An. 1664. inclinare in deterius ſtatus Collegii cœpit. Nimirum, *Georgius II. Rákótzi* duxerat *Sophiam Bathori*, Rákótzio nubendi impetu, Religioni Romano-Catholicæ, in qua educata fuerat, renunciantem, quæ, poſt obitum mariti, ad avitam, cum filio Franciſco Rákótzi, Religionem rediit, & hac ex ratione Collegium S. Patakenſe, loco ſuo, An. 1671, exire juſſit. *Pars* igitur Studioſorum, per decennium & quod excurrit, Hungariæ exulavit: anno autem 1682, ex favore *Emerici Tököli* (qui Viduam *Franciſci Rákotzi*, *Helenam Zrinyi* matrimonio ſibi jungens, Poſſeſſionis Rákótzianæ Dominus factus erat) in prætactam Scholam remigravit, & Virum eruditum, ex Academiis Belgii Fœder. tum reducem, Clariſſ. *Joannem Tſétſi*, Profeſſorem adepta eſt. Sed An. 1687. 24. Apr. iteratò Schola ademta, & cum reditibus ſuis in poſſeſſionem Reſidentiæ Soc. Jeſu Patakenſis devoluta eſt. Cives Collegii huc illuc dilapſi ſunt, nonnulli *Albam Juliam* venerunt,

S. 260. .033.

nerunt, alii *Göntzinum*, quo eorum Rector An. 1687. 12. Jul. translatus erat, salutarunt, Scholamque erexerunt. At hinc quoque An. 1695. 25. Martii exire coacta juventus, constans tum 350. personis, quaquaversum dispersa est, subsistentibus interim Studiosis Togatis apud Patronos suos, usque dum alicubi locarentur. His itaque; cum *Rectore Jo. Tsétsi*, eodem anno, 20. Maji *Cassoviam* traductis, Schola denuò recollecta est. Nec verò ibi diu pedem figere licuit, anno 1703. enim, rebus Patriæ per motus Rákótzianos turbatis, Schola solvi debuit. Palantes proinde Studiosi, d. 13. Dec. postliminio redierunt, ad antiquum suum nidum Scholam S. Patakinam, quo sub initium An. 1705, & Moderator eorum eos insecutus est. Reditibus Scholæ priscis, in Conventu Regni publico *Szetseniensi*, M. Sept. ejusdem anni celebrato, readjudicatis, & mox M. Jan. anni 1706. Commissionaliter restitutis. *Hist. Eccl. Hung. Pars* altera Studiosorum exulantis Collegii, Albam Juliam, vt scripsimus, An. 1672, ingreditur, & in Vacuis Collegii Bethleniani, quod jam Enyedini residebat, ædibus collocatur, eoque anno, ære & frumento, ejus in rationem An. 1671. collecto, sustentatur. Exstat in Archivo Ill. Supr. Consistorii *Regestrum* An. 1671. 5. Dec. confectum, exhibens nomina Benefactorum, & quid quisque beneficii contulerit. His iisdem debetur mos (*indigentiâ nimirùm ad stipem colligendam, & favores demerendos impulsis; indigenis verò promiscuè advenas æmulantibus*) hodieque obtinens, Studiosos Togatos pro tribus Festis concionatum emittendi ad Magnates & potentiores Nobiles, qui hanc eorum officiosam ser-

§. 260. n. 2. k.

vientiam, 3, 4, aut 5, Florenis toties compensant.

2. *Collegium Albano-Patakense*, annorum 44. intervallo Albæ-Juliæ inquilinum egit, fueruntque eatenùs in eodem Professores: 1. *Michaël Buzinkai*, qui ex Academiis exotericis redux, Rivulis Dominarum (*Nagy-Bányán*) Lingvas, Philosophiam & Theologiam, in Schola professus, laude crevit, indeque in Collegium S. Patakense traductus est. Post exactos hìc in Officio Professoris 14, Albæ Juliæ verò, ubi Theologiam tradidit, 12. annos, An. 1683, 23. Nov. inter mortales morari desiit. Ejus *Logica*, *Rhetorica*, *Oratoria*, cet, quas in usum Scholasticæ juventæ elucubraverat, industriæ ejus testes sunt. 2. *Joannes Pósabázi* filius Pauli, Pastoris Sáros-Patakensis, A. L. Magister, post Studia Academica, quæ Vltrajecti circa A. 1653. colligebat, Professor Patakensis Philosophiæ creatus, habuit 1657, 9. Julii in Auditorio Majori Scholæ S. Patakinæ, Orationem Inauguralem *De Vera Eruditionis comparandæ ratione*; quæ Patakini, per Joan. Rosnyai impressa est. Patakini æquè ac Albæ, in Philosophicis *Aristotelem*, in Theologicis *Voetium* sequutus, Cartesianis & Coccejanis fuit infestus. Testatur ejus: *Syllabus Assertionum ac Hypothesium illarum, quibus Neoterici quidam Theologi & Philosophi, hoc tempore in Belgio, Hungaria & Transsilvania Scholas & Ecclesias turbant, ex propriis ipsorum scriptis collectus cum succincta animadversione. Autore Jo. Posabázi, A. L. M.* 1685. 4. Errores Cocceji (scilicet) hoc opere colligendo, suos Auctor propalasse creditur. *Conf.* §. 275. *n.* 18. Bellum etiam cum Romano-

Catho-

§.260.

Catholicis geſſit; ac imprimis cum *P. Matthia Sámbar* Soc. Jeſ. per Hungariam Miſſionario, Lites Religioſas, pro more eorum temporum, habuit plurimas, teſtibus hunc in diem utriusque editis in lucem operibus. Talia ſunt Poſaházii, linguâ vernaculâ exarata: 1. *Igaſſág Iſtápja*, (Opus Catecheticum) S. Patak 1669. 4. 2.) *Három Kérdéſeire való Felelet Sámbárnak*. 3.) *Az három Kérdéſekre való meg-eröſitéſe*. Patak 1666. 4.) *Ben sült Veres Kolop*. 5.) *Veres Tromfosdi*. An. 1666. 8. 6.) *Nagyobb látatja a' Páter Kis Veſztett Perinek*, 1667. 8. Ejus inſuper Opera, præter *Syllabum*, ſunt: 7.) *Philoſophia Naturalis*, *ſive Introductio in theatrum naturæ*. Patak 1667. 8.) *Caſpari Sibelii preces in Hungaricum translatæ*. Koloſv. 1673. 8. 9.) *Oratio* Exſequialis ſuper fun. Ill. Franciſci Rhédei. *Poſaházii* mors incidit in A. 1686. 3. Maji. Vid. de eo *Muſeum Bremenſe p.* 493. His fato cedentibus, ſucceſſit 3. *Stephanus Kis Komáromi*, A. 1686, M. Apr. Collega ei datus eſt A. 1689, 4. *Samuel Kapuſi* Art. Lib. Mr. & SS. Theol. Dr, ortus in Rima-Szombat Hungariæ, patre Joanne Juháſz Kapuſi, V. D. Miniſtro R. Szombatenſi, qui abſolutis in patria ſtudiorum curſibus, geſtoque Rectoratu Scholæ R-Szombatenſis, terrarum alieno ſole calentium Academias ſeptem annorum decurſu frequentavit. Albæ-Juliæ Theologiam, Linguas, omnesque Philoſophiæ partes, methodo facili, emolumento ingenti, tractavit, uſque ad An. 1713, quo, animo corporeque validus, non ſine porrecti ab invidis veneni ſuſpicione, obiit, & 30. Jul. humatus eſt. Vir multijugis eruditionis, memoriæque incomparabilis, in omnes fermè Scientias Scripta concinnavit calamo puriſ-

ſimo,

§.260.

ſimo, ipſasque Scientias Poëta promtiſſimus metris ligavit. Edita ejus Opera ſunt: 1.) *Memoriale Hebraicum, exhibens Lexici Hebraici compendium metricum, Prodromum Grammaticæ Hebraicæ metricæ - - Quibus memoriæ impreſſis, nullus in Bibliis Hebraicis occurret verſiculus, quem nequeas interpretari vel ex toto, vel ex parte. Autore Sam. Kapuſi S. S. T. D. Illuſtr. Collegii Alba-Juliacenſis Profeſſore. Claud.* 1698. 8. Iterata eſt editio Traject. An. 1738. 8. 2.) *Breviarium Biblicum*, ſive: *Quatuor priora Capita Geneſeos Hebraicè edita, in gratiam & vſum eorum, qui Bibliis Hebraicis deſtituuntur - - - Aliquot Pſalmi, cum ſelectis ex univerſo Sacro Codice Hebræo Verſibus. Claudiopali* 1699. 8. Manu exarata ejus Opera inedita: 1.) *Grammaticæ Hebraicæ Epitome Metrica, clarè explicata, & ad praxin adplicata.* 2.) *Promptuarium Mathematicum, continens Theſauros Matheſeos Univerſæ.* 3.) *Promptuarium Philoſophicum.* 4.) *Compendium Geographiæ jucundis obſervationibus inſtructum.* 5.) *Epitome Aſtronomiæ.* 6.) *Calendariographia.* 7.) *Tractatus Mathematicus, de partibus, uſibus & fabrica Quadrantis Aſtronomico-Geometrici.* 8.) *Compendium Hiſtoriæ Hungarorum Eccleſiaſticæ.* Linguâ denique hungaricâ exaravit, 9.) *Explicationem Catech. Palatinæ*, modo duplici, *a.*) Quæſtionibus & Reſponſionibus. *b.*) Concionibus; quibus hodieque non pauci utuntur. Epitaphium Viri inmortali memoria digni, ab ipſomet ſcriptum, quod Clariſſimo ac Rev. nuper *Nicolao Tſejdi*, Paſtori Eccleſiæ Udvarhelyenſis, ejusque nominis Diœceſeos Notario debeo, hoc eſt:

Septem *Viſa mihi ſunt Regna, annique videndis*
Impenſi ſeptem, *ſum Præceptoribus uſus*

Septem

§. 260. ·ꝺꝺꝺ·

Septem *de famâ notis*, ſeptem *mihi linguæ*
Notæ, Septem *Artes*, *quarum me ſcribo Magiſtrum*,
Theologiæ Sacræ Doctorem, *quo titulo me*
Princeps Auriacus, *quem Magna Britannia Regem*
Nacta eſt, *mactavit*, *Lejdenſes denique Athenæ.*
Nunc mihi Septem Caſtra, *locus*, *cujus quoque ſeptem*
Profeſſoribus annumeror, ſeptem *mihi Penſa*
Incumbunt. Conf. §. 280. *n.* 21.

Succeſſit anno eodem, 5. *Joannes Berzétei*, Paſtor Albenſis, qui 23. Oct. decedens, vix Menſem complevit. Tot inter Collegii viciſſitudines, Incl. Conſiſtorium Supr. 6. *Andream Sebess Zilahi*, Profeſſoratu Collegii Claudiopoli amotum, huic gubernando atque conſolando admovet, qui etiam An. 1714. M. Febr. regimen ſuſcipit. Vir eruditione, decenti auctoritate, & gratia apud omnes plurimùm valens, SS. Theologiæ Profeſſor, peregrinantis (vt ſtatim referemus) Collegii Protector, comesque individuus, ac revera Pater, An. 1719, graſſante peſtifera lue, diem ſuum ſupremum claudit. Laudato Zilahio, An. 1716. 21. Febr. Tokajino Hungariæ, ubi Paſtor fungebatur, more conſveto vocatus, Collega advenerat. 7. *Michaël* Pakſi *Szathmári*, Profeſſor Philoſophiæ, qui 12. Mart. ſuas Prælectiones auſpicatus, paucos ſolummodò dies, in Collegio Albenſi, eas continuare potuit: mox enim ex mandato Exc. Domini Generalis *Stephani* à *Steinville*, 26. Martii, Alba-Juliâ Collegium exceſſit. Exodus verò Civium Collegii, Togatorum (quorum non integer mihi Catalogus adeſt) juxta ac Claſſiſtarum, cantu & vexillis fiebat, decentique, quali in deductione funerum agmen Collegii procedere

ſolet,

§.260.

ſolet, ordine. Motum loco Collegium, migravit in populoſum & à montibus vinealibus celebrem Incliti Comitatûs Albenſis pagum, *Krakkó* & *Karkó* nominatum, unoque, & quod porro eſt, lapide ab Alba-Carolina diſſitum, quo & ſupellectilia Scholaſticorum curribus advecta ſunt.

3. Dum in dicto *Krakkó* Collegium aliquamdiu reſidet, nonnulli, Civium Sáros-Patakinum in Hungaria ſalutant, alii Maros-Váſárhelyinum, quo ipſis eundum decretum erat, palantes petunt, reliquis, numero 30. cum Profeſſoribus, in curiis Illuſtriſſ. Heroum, Domini S. R. I. Comitis Ladislai Teleki de Szék & Domini C. Adami Székely, aliquot Septimanarum moram Krakoini trahentibus, & Sedem ſuam Saxopoli (*Száſzváros*) ponendam figendamque enixè urgentibus ſperantibusque. Non obtinentes, *ex ſvaſu* (verba ſunt e Collegii *Albo* translata) *atque indultu Excel. Dom. Generalis Commendantis, decernimus iter Maros-Váſárhelyinum, nemine rem noſtram juvante, ſed inſpectante ſolùm, quo tandem exiret. Eodem itaque anno, d. 27. Nov. Cracoviâ eximus, Cœlo uſi propitio; M. Váſárhelyinum adpellimus d. 2. Dec. cui præfigitur Candida. Hic, piè ſuffragantibus Ampl. DD. Judicibus & Senatu, Juventus Collegialis numero 50. per Hoſpitia, qualium aliqualis copia haberi poterat,* (immunibus à quartirio militari eatenus hoſpitibus activis) *diſtribuitur, ipſis etiam DD. Profeſſoribus ſua occupantibus.*

Scire meos Caſus ſi quis deſiderat omnes;
Plus ſibi, quàm fieri res ſinit ipſa, petit.

In prædictis Hoſpitiis tranſigimus annum 1717. *integrum; ſub quo temporis decurſu Auditorii vicem nobis*

præ-

§.260. .oo§.2.

præbebat Palatium Generosi Domini Samuelis Borbély. (erat hypocaustum superius, domûs angularis, in concursu platearum de Sancto Rege (Stephano) & S. Georgio nominatarum) *Vertente verò tempore, Incl. Supr. Consistorium memor adflictionum nostrarum, determinat nobis sedem (nonnullis Civium Viarum Dei ignaris incassum,* dum Decreto & indultu Aug. CAROLI VI^ti^ res ageretur, *reluctantibus*) *Scholam in prædicta Civitate agentem; in quam sollemniter introducimur ab illustrissimo D. S. R. I. Comite Josepho Teleki de Szék Collegii nostri Curatore de 30. Apr. A. 1718, qui inscribitur Erasto, habetque Cl. D. Mich. Szathmári primam Professionem ex Psal. 1. hebraicè ab Auditoribus exposito, die 4^ta^ Maji.* Hæc & plura ibi. Vnio *Scholæ M. Vásárhelyensis* (de qua mox quædam notabimus) & *Collegii Albensis* sic satis sollemniter, memorato 30. Apr. die, facta est. Scilicet, tam in Schola, cui vulgò *Particula* nomen erat, quam in Civitate à parte Collegistarum, dato cum ordinariis tintinnabulis signo, vniversi, v. l. Collegistæ & Particulistæ in Curiam Scholæ confluxêre. Aderant tum, Ill. S. R. I. Com. *Jos. Teleki* Curator Collegii Albensis; Illustr. Dn. *Joannes Toldalagi* Particulæ hactenùs Curator, Mandatoque Aug. Imperatoris publicatum est, Collegium Residentiam suam ibi in posterum habiturum. Centum atque decem ab utraque parte Studiosi Togati numerabantur. Hoc tempore, Clarissimis Professoribus, *Andreæ S. Zilahi & Michaëli Szathmári*, Collega datus est, 8. *Cl. Michaël Köpetzi*, antea Gymnasii hujatis Professor. Nec sic tamen integram quietem Collegium nactum est: ædes namque, quæ tot Cives caperent, deerant. Sed omnem movente *Andrea*

Zil.

§. 260.

Zil. lapidem, citiùs opinione ædes ſurrexerunt. Multum verò hoc in opere deferendum, inclitæ Sedis Maros Judicibus Regiis, Domino quondàm *Joanni Szilágyi* Ákosfalvæ agenti, & Domino dum vixit *Abrahamo Doſa* Makfalvæ degenti, qui Literis circulatim emiſſis ad omnem latè viciniam, ligna ædificiis apta adportari juſſerunt. Neque minus providentiæ Divinæ inſtrumentum circa hæc erat Excell. quondam SIGISM. KORNIS *de Göntz-Ruſzka*, Transſilvaniæ Gubernator; Cujus dum ædificia in Megyesfalva, ne ex igne in Stabulo quodam concepto, in fumum abirent, à nonnullis Studioſis potiſſimùm defenderentur: pro tanta eorum fidelitate, quærente quoque Gratiam Profeſſore Zilahio, lapides multorum plauſtrorum ponè Malomfalvam effoſſos, in Collegii ædificationem donavit; quos memorati proximè Regii Judices, vno die, per vicinos adcolas, Agropolim transmiſerunt. Fuêre inſuper complures Magnatum Nobiliumque, qui velut ex debito, opem lubentes tulerunt. Eodem itaque anno 1718. M. Sept. novæ ædes acceperunt novos hoſpites. Eo die, quo Scholaſtici, Collegii nova tecta inmigrarunt, & Vale Civitati dixerunt; Cibo vinoque copioſo, vniverſos Collegii Cives, Ampliſſimus Civitatis Judex, *Daniel Szöts*, tractavit. Idem, domicilium quoque unicum proprio ſumtu ſtruendum juſſit. Sed jam interruptum de Profeſſoribus ſermonis filum connodemus.

4. Occiderat Vir integerrimus, *Andr. S. Zilahi n. 2.* qua occaſione *Michaëli Szathmári* Theologica demandabatur Provincia, inque Philoſophiæ Profeſſorem An. 1720, deputabatur, 9. *Joannes Kövesdi*,

§. 260. .נדכ.

vesdi, qui etiam *Pápâ* Hungariæ adductus, An. 1721, M. Nov. sollemniter inaugurabatur. An. 1734. 3. Sept. *S. Mich. Szathmári*, Theologiæ hactenûs Professor, & *Generalis* Ecclesiarum in Transsilvania Helveticæ Conf. addictarum *Notarius*, à Curatoribus Collegii S. Patakensis, ejus ruinam, quæ ex gliscente inter Professores, *Joannem Tsétsi* & *Nagy-Mihályium* discordiâ promanaverat, restaurare volentibus, evocatus, S. Patakinum transit, ibidemque, anno, nî fallor, 1744. curriculum vitæ absolvit. Paternarum virtutum hæredes, Celeberrimi Viri, *Mich.* & *Paulus* in Collegio itidem Saros-Patakensi, *Stephanus* in florentissimo Lyceo Debrecinensi, Professorum (quàm res pulcra) munere functi. Michaëlis denique nostri existimationem conservant Opera ejus: 1.) *Physica Contracta juxta Principia Neotericorum*. Claudiopoli 1719. 12. 2.) *Dissertatio de Arbore scientiæ Boni & Mali*, seu: *Vite ferali litterali & mystica*. Franek 1736. 3.) *Expositio Capitis XVIII. Jobi*. Linguâ hungaricâ: 4.) *Uri Vatsora felett meg-gyújtatott Szövétnek*. Utraject. 1740. 8. agit de Cœna Domini. 5.) Aliquot *Sacri Sermones funebrales* suis numeris absoluti. 10. Laudato Szathmario, An. 1735. suffectus est *Samuel Szombati*, Areapolique advectus, 28. Apr. anni ejusdem, ab Ill. Dom. Comite *Joanne Lázár* L. B. de Gyalakúta, Supremo Athenæi Curatore, aliisque Proceribus, sollemniter inauguratus est. Verùm brevi, Albam Carolinam, Pastoris ibidem officio functurus, transponitur. Huic successor datus est 11. *Samuel Nádudvari*, Pastor antea Nagy Enyedensis, Poësi, eloquentiâ, miti affabilique naturâ, pollens, fortè An. 1739. † Hic tandem

† 1741.

An. 1745. fugâ dilapſus, ad Eccleſiam R. Catholicam tranſiit, & Nagy-Károlyini in Hungariâ, vt fertur, An. 1754, vitam cum morte permutavit. Huic Collega datus erat 12. *Samuel Tétſi*, An. 1742. Prof. SS. Theologiæ, qui An. 1756, M. Jan. ad beatas ſedes tranſiit. 13. *Clariſſ. Dom.* STEPHANVS *Batzoni* INTZE, §. 259. *n.* 2. in Aula Ill. Lib. Bar. Dom. Wolffgangi Bánfi de Loſontz Concionator, An. 1749. Bontzhidâ advectus, Menſeque Sept. ſollemniter introductus, ſumma cum laude, ac multo rerum Collegii emolumento, officio fungitur. Morte Sam. Tétſi 14. *Cl. Dominum* MICHAELEM BENKÖ, de Beſenyö, vacans Cathedra Theologica, A. 1757. M. Mart. Profeſſorem obtinuit, ad An. 1774. functum, & nunc quoque Profeſſionibus Catecheticis fungentem fideliſſimè. Porro, A. 1760, 30 Dec. vivis erepto ſene Joanne Kövesdi, ſequente ſtatim An. 1761. ſucceſſor deputatur 15. *Clar. Dom.* ALEXANDER KOVÁSZNAI, Lugduni Batavorum tum agens: redux verò An. 1764. 23. Jan. ſollemniter introductus eſt. Eodem anno, M. Dec. Clariſſimis Profeſſoribus adjunctus eſt *D.* MEIER, Lingvæ Germanicæ Magiſter. 16. *Cl. D.* STEPH. BASA Cathedram Theologicam An. 1774. conſcendit.

5. De modo Suſtentationis ſi quæras: *Ex parte Collegii Albenſis*, quoad Princeps Apafius vixit, ſex ſtipendia, ſive intertentio ſex ſtudioſorum, ex ejus Dominio interruptè præſtabatur; ſcilicet, triticum 100. metretarum & totidem floreni Hungaricales. Fuêre inſuper circiter 15. privatorum Magnatum *Alumni.* Reliqui *Exſpectantes* dicti, pro-

priis

priis ſuis partim, partim variis Benefactorum ſumptibus vitam tolerarunt. *Ex parte Scholæ* ſeu *Particulæ Marus-Váſárhelyenſis*: Pars Decimarum pagi *Petres* Diſtrictûs Biſtricenſis, nonnihil alimoniæ præſtabat. Bethlenianum inſuper Beneficium 12. Studioſis opem ferebat. Nimirùm, Ill. *Joannes Betlen*, §. 275. *n.* 10, tria florenorum millia (Collegio Enyedenſi mille; Scholæ Udvarhelyenſi quatuor millia) Scholæ huic legaverat, quorum fœnore à Civibus Agropolitanis adminiſtrato, 12. Alumni intertenebantur. Poſt Vnionem Scholæ Collegiique, Beneficia partis utriusque facta ſunt communia. Tum, primitùs pro *Exſpectantibus* floreni quinque ſeptimanatim publico è fundo erogabantur, quibus emta obſonia (Zugemüß) & caro, à Coquo, qui ſimul & Piſtor erat, præparata, diverſis menſis adponebantur. Menſam primam convictores 4, ſecundam 5, reliquas vno ſemper plures obtinebant. Crevit poſtea in dies & Benefactorum & Alumnorum numerus. Hac cumprimis ætate noſtra, qua *Incl. Tabula Regia Judiciaria* Agropoli reſidet, Procerum, qui ſe munificos Collegio præbent, numerus augetur; Illuſtriſſimis quoque Curatoribus operam omnem fini huic adhibentibus. Catalogum Ill. Dominorum Curatorum, quo nunc caremus, ſi quis inſtituto noſtro favens, perfectum ſubminiſtraverit; Parti Speciali, vbi de Civitate Agropoli ſermonem inſtituturi ſumus, inſeremus.

6. Succinctam, pro coronide, narrationem adnectamus de Schola Agropolitana, quam ante adventum Collegii Saros-Patakino-Albenſis floruiſſe memoravimus. Hujus Rectores, ducentorum flo-

renorum ſalario proviſi, è Primariis Collegii Nagy-Enyedenſis Civibus, & haud raro ex Neo-Academicis, qui v. l. poſt abſolutum (plerumquè) in collegio Nagy-Enyedenſi curſum Scholaſticum, exotericas Academias inviſerant, creabantur. Cives Scholæ Togati, partim ex Adoleſcentibus, qui ibidem Claſſes Latinitatis abſolverant, partim è Claſſiſtarum numero excedentibus Collegii Enyedenſis Studentibus, ad tricenarium circiter numerum, recipiebantur, vixque ultra triennium hìc morabantur; aut Collegia, pro ulteriori ſtudio, ſalutaturi, aut Cantorum munere in Eccleſiis functuri. Qui Ludi-Rectores fuerint, non omnes Literis conſignatos reperimus. Sufficiat igitur hos ſaltem commemoraſſe: 1. *Martinum Benkö Dálnoki*, corpore procero, forma eleganti, ingenio felici Virum; qui Enyedini, ac in Academiis exteris, Literis ſolidè excultus, Scholam Agropolitanam moderatus eſt initio hujus ſeculi, & An. 1702, L. ANNAEI FLORI, *Epitomen de geſtis Romanorum*, Hungarica donatam civitate, edidit Claudiopoli, An. 1702. 12mo. 2. *Nic. Muſnai*, qui poſtea Paſtor Kibedenſis, & Tractûs Maroſenſis Senior exſtitit. 3. *Steph.* (ni fallor) *Erdödi*, quem munere Rectoris defunctum, Eccleſia *Somosdenſis* V. D. Miniſtrum obtinuit. 4. *Joan. Szent-Simoni.* 5. *Georgium Kiſeri*, Virum eruditiſſimum; qui ante etiam Szent-Simonium, ſpatio trium annorum (tot enim annos conſvetudo Rectoribus decreverat) Scholam rexerat, decem annis, vice altera, præter morem, Rector præpoſitus fuit. 6. *Mich. Köpetzi*, An. 1715. conſtitutum. *Cfr. n.* 3. quo Rectore, Schola & Collegium Albanum, in unum corpus coaluerunt. Functi ſunt antiquiùs

nume-

munere Rect. etiam *Casparus Veresmarti* ac *Stephanus Vásárhelyi*, vti §. 233. n. memoravimus; nec non *Casparus Bojti*, §. 275. n. 14, vt & *Petrus Laskai* §. 271. n. 18.

§. CCLXI.

d. COLLEGIVM seu *Gymnasium* AREAPOLITANVM (alias *Udvarhelyense*) A. 1674., permissu Principis Michaëlis I. Apafi & Statuum Transsilvaniæ, atque munificentiâ Ill. *Joannis Betlen* fundatum, in Oppido *Udvarhely* cognominis Sedis Siculicalis, Juventutem ex Siculicalibus potissimùm Sedibus confluentem educat.

1. Quatuor florenorum millia erant, quibus pro fundo depositis, è Schola triviali, Collegium, Ill. JO. BETLEN excitavit, unde etiam *Betlenianum* audit, eo meliore quidem jure, quod præ aliis Transsilvaniæ Proceribus, e quibus Benefactorum ac Patronorum numerus in dies crevit, Illustrissimi Domini Comites de *Bethlen*, per quàm liberalissimè in subsidium Gymnasii patrocinati fuerint, Curatorumque munus obierint. Immò, hoc etiam tempore *Ill. Dom. Comes* IOANNES *de* BETHLEN (Illustr. item STEPH. *Lib. B.* DANIEL *de Wargyas* Incl. Primariæ Sedis Siculic. Udvarhely Supr. Judex Regius; Curatores Supremi: cum V. Curatoribus, Spect. D. *Joanne Lukátsfi* de N. Küküllöfalva, Perceptore Regio Incl. Sed. Udvarhely; Sp. D. *Paulo Ferentzi* de Patakfalva; Sp. D. *Nicol. Sebessi* de N. Galambfalva, Incl. Sed. Sicul.

§.261.

Udvarh. V. Judice Regio) curam gerit. Vnde meritò Sigillum Gymnasii hanc gerit Inscriptionem; *Sigill. Gym. Reform. Bethleniano-Udvarhelyiens.*

2. Vix aliquid in Gymnasio Udvarhelyensi consignatum reperitur, ex quo Historia ejus adornari posset. Licet enim Celeberrimus quondam D. *Joannes L. Borosnyai*, Professor Consummatissimus, conscribendam hujus Historiam intenderit, huncque in finem. An. 1747, Litteras, ad Ill. quondàm Dominum *Michaëlem Cserei de Nagy-Ajta*, tamquam Virum grandævum, at memoriæ compotem & eruditum, historiisque pollentem, qui sub *Paulo Letenyei*, primo Gymnasii Professore studiorum rudimenta deposuerat, dederit, quibus diligentissima sciscitatione quærebat statum Gymnasii; Responsorias, is quoque, anno eodem, 4. Apr. exaraverit Nagy-Ajtæ, quibus docebat Fundatorem fuisse *Ill. Joannem Betlen*, ejusque erga Gymnasium patrocinium continuasse filios, Ill. *Paulum & Samuelem* atque nepotem *Ill. Joannem de Bethlen*; (qui Ill. Comitis Dom. *Davidis de Bethlen* Genitor erat) Professoris vero munus primitùs obiisse, *Paulum Letenyei*, *Joannem Rozgoni & Joannem Pap Szathmári*, &c.: sed otium scribendi, eo sequenteque anno, ob restaurationem Gymnasii, non nactus, 1749no verò anno Superintendentis honore & onere mactatus, Historia Scriptore caruit. Nos, *Epistolâ Csereianâ*, quæ tamen in breve coacta est; & traditionibus Rev. quondam *Petri Hermányi* Avi Materni, atque Rev. *Michaëlis Benkö* Genitoris nostri (§. 235. *n. l.*) quorum hic *Georgii Szigeti*, ille *Pauli Letenyei*, Discipuli, in eodem Athenæo, erant; aliorum-

que

§. 261. 105.

que narrationibus & notationibus adjuti; brevem Hiſtoriam, An. 1773, lingvâ hungaricâ, ſub titulo: *Udvarhelyi Novitius Deák*, rudi licet penicillo, delineavimus, & Celeberrimo Collegii Profeſſori tradidimus. Nunc, ſermone breviore, res atque

3. *Rectores & Profeſſores* Palæſtræ exhibeamus. *Primus* fundati recenter Gymnaſii Rector & Profeſſor fuit *Paulus Letenyei* Tyrnaviæ in Hungaria natus, qui dum Ephorum in Aula Ill. S. R. I. Comitis *Michaëlis I. Teleki de Szék* ageret moderando Gymnaſio admotus eſt. Sunt, qui eum *Domidoctum* dicant, quorum è numero eſt ipſe quoque *M. Cſereius*, in hæc ſcribens verba: *Mikor én Udvarhelyre mentem tanúlni, akkor Profeſſor vólt idvezült* Letenyei Pál, *a' ki nóha nem volt Academicus, mert akkor idöben ritka vólt az Academicus; de tudós ember vólt*: ſed Academicis eum exteras ad oras peregrinationibus fuiſſe ornatum, cum Clar. nuper *Petro Bod* adſero, & in memorato Opuſculo edocui; niſi ambo uno eodemque tempore *Pauli Letenyei* vixerint. At, quia non Germanicis, vt *Academici* noſtri ſolent, ſed Hungaricis uſus fuerit veſtibus: hinc *Domidoctus* fortè putatus. Tempore Letenyeii, domicilium Profeſſoris contiguum ab occiduo ſole fuit ædibus Paſtoris Oppidi: fundus, quo nunc domus Profeſſoria, Gymnaſio ex oriente contigua conſpicitur, in poſſeſſione viduæ *Stephani Szöts* tum erat. Domicilia Gymnaſii, quæ inhabitatoribus Scholaſticis *Cameræ* dicuntur, vilia incolebantur. *Auditorium* illud erat, quod poſtea *Claſſis Poëtica*, & dein *Præſidiarium* (in quo v. l. Logica & Lingva Græca traduntur), factum

§. 261. m. 2.

infra recentius Auditorium jacet: Cathedram hujus ædis, nomen *Pauli Letenyei* gessisse, non pridem observavi, his verbis: *Curâ Pauli Letenyei Scholæ Rectoris.* Letenyeium denique doctissimum fuisse Virum, cuncti testati sunt; sed hac imbecillitate (qua fuit & *Jos. H. Körösi; Vid. infra*) vt Orationem Dominicam recitare in publico promtè non valuerit. 2. *Joannes Rozgoni*, ex Concionatore Aulico Fagarasensi Michaëlis I. Apafi; qui Theologus doctissimus, lingva vernacula Theologiam, eamque Catecheticam, tradidit. Peculiare in Viro docto id fuerit, vt adeo Zingaros abhorruerit, quòd vix oculis usurpare eos posset; similiter, quod botulos omnes lucanicasque, quas vaginas excrementorum nuncupabat, aversatus sit. 3. *Joannes Pap Szathmári* (Pater Sigismundi P. Szathmári, §. 233. *n.* 3.) in Szathmár Hungariæ natus, inque patria & Franequeræ disciplinis excultus, reversus in natale solum, *Rivulis Dominarum* primùm circa An. 1685, Rectorem Scholæ egit, Professoris dein munere per tres annos *Areapoli* functus est, postea Pastor *Zilahensis*, tum *Désensis*, extremò *Claudiopolitanus*, vbi & occidit, factus. Franequeræ degens, edidit: *Philosophiam Primam*, seu: *Metaphysicam brevibus Aphorismis delineatam.* Franek. 1682. 8. Redux verò, Explicationem Orationis Dominicæ ling. hung.: *Uri Imádságnak Magyará zatja.* Kolosvár 1707. 8. Successerat Rozgonio, ad Pastoralem Cathedram Kolosensem transposito, adveneratque cum Conjuge, quæ filia Judicis Rivulinensis erat. *Doctissimum* hunc, & *Encyclopædiam*, Csereius nominat. Vid. Epitaphium *Hung. Tymbaul.* p. 99. 4. *Stephanus Töke* de Maros-Vásárhely, Pater Stephani Töke, §. 258. *n.* 5.

§. 261. 262.

n. 5. Vir exquiſita eruditione; quo Gymnaſium moderante, caſus quidam contigit lugubris, ſtudentibus nonnullis (qui, ob factum, Carceris Medienſis ſqualores diu ſuſtinuêre) juvenem Oppidanum ſecum rixantem fortuitù perimentibus. Caſui huic tribuendum, quòd Profeſſor Töke, in Oppidum Szék, ubi quoad vixit, Paſtoris functus eſt officio, tranſpoſitus fuerit. 5. *Georgius Gyúla Szigeti*, germanus frater Stephani Profeſſoris & Superintendentis §. 258. *n.* 5. Profeſſor Enyedenſis denominatus An. 1721. Cetera inter ſtudia, Lingvam Germanicam, quam eo tempore pauci inter Hungaros noſtros loquebantur, calluit optimè. Szigetio, vt Concionatori Aulico Ill. D. L. B. Stephani Veſelényi, in vico Nyúlas Comitatûs Coloſenſis degenti, Litteris Curatoris Ill. *Joannis Bethlen*, in Alſó-Bun tum agentis, invitatio ad Profeſſoris munus fuerat oblata. Tempore, quod abitum D. Töke & adventum D. Szigeti interceſſerat, *Stephanus Szokolyai* §. 235. *n. l.* juventutem inſtituebat. 6. *Georgius Körmöndi*, Studens Pápenſis & S-Patakenſis in Hungaria, Alba-Julienſis in Transſilvania, poſt Pædagogus in Aula Ill. quondam S. R. I. Comitis Joſephi Teleki de Szék, Studioſus denuò Alba-Julienſis, tum Rector Scholæ Sárdenſis, mox Concionator Aulicus memorati Comitis Joſ. Teleki, unde Academias petivit. Redux, Paſtor Vizaknenſis, Profeſſor Udvarhelyenſis, Paſtor iterùm, Lukafalvenſis & Maros-Bogátenſis; ubi An. 1751. 24. Apr. in vivis agere deſiit, relictis ibidem Hæredibus Nobilibus. Lapis ſepulcralis M. Bogátini exſiſtens hos exhibet verſus:

§. 261. :352.

Ecce Georgius Körmend, cui Rév-Komárom dat
Ortum; Pápa, Patak ſtudiis fert Julia facem.
Friſia mox auxit, poſt Dacia nectit honores,
Nempe: Vtidavæ (Udvarhely) *Vizakuæ, Lukafalvæ, Bogatæ.*
Septuaginta annos & quatuor egit in orbe.

7. *Sigismundus Déſi*, in Oppido Dés natus, Primarius Collegii Nagy-Enyedenſis Civis exſiſtens, fuit Præſes (ita *Lectores* Scientiarum è Collegii Civibus creati nominantur) Theologiæ, ſub Profeſſore Theologiæ *Stephano Enyedi* valdè debilitato nec ad docendum capaci. Exteras poſtea Academias adiit, e quibus reducem, Gymnaſium Areapolitanum, Profeſſorem accepit. 8. *Samuel Szombati*, An. 1735. ad Profeſſoratum Agropolitanum vocatus. §. 260. *n*. 4. 9. *Joannes Lukáts Boroſnyai*, *n*. 2. ex Paſtore Nagy-Enyedenſi, Divinæ Providentiæ beneficio Profeſſor creatus, Literas ſimul & Studioſorum Cubicula reſtauravit, Auditorium verò erexit decenter. Teſtatur luculenter Inſcriptio, quam paries Auditorii oſtendit, his verbis:

NE SIS POSTERITAS INGRATA IGNARAQUE.

AVSPICE DEO T. O. MAXIMO

Patrono potiſſimùm Excellentiſſimo Heroe, Illuſtriſſimo ac Magnifico Domino, Domino STEPHANO GYULAI Comite de Maros-Németi, Libero Baron de Ireſtia, Sacræ Cæſareo-Regiæ Majeſtatis Camerario Aulico, Ejusdemque Generali Vigiliarum Præfecto, nec non unius Regiminis Pedeſtris Colonello.

Indu-

S. 261. .1052.

Industriâ & mille curis Prof. Joh. Lukáts Borosnyai Erectum An. 1746. *Perfectum An.* 1748.

Alio pariete leguntur:

Curatoribus Gymnasii, multùm de eo merentibus, atque huc conferentibus:

Illustrissimo ac Magnifico D. D. *EMERICO COMITE NATO de BETHLEN Jncliti Districtûs Köváriensis Capitaneo Supremo,*

Ill. ac Magnifico D. D. *STEPHANO L. B. de DANIEL & WARGYAS*, Incl. *Sedis Siculicalis Udvarhely Judice Regio Supremo,*

Spect. ac Generoso Dom., *D. MATTHIA NEMES de Hidvég, Incl. Sedis Siculic. Udvarhely nuper V. Judice Regio, nunc Adsessore Primario.*

Spectabili ac Generoso D. D. STEPHANO BORSAI de Weresegyháza, Ejusdem Incl. Sedis Sic. Udvarhely V. Judice Regio Actuali Dignissimo.

Professor, quem laudavimus, laude nostrâ melior, An. 1749. Superintendens creatus, Maros-Vásárhelyinum, ubi Primario V. D. Ministri munere functurus erat, habitationem transtulit. Eadem in Ecclesia Civica, Venerandi hujus Viri, filii duo munus Pastorum Spiritualium hodie obeunt fidelissimè; major quidem natu Admodùm Reverendus ac Clarissimus Dominus SIMEON *Lukáts* BOROSNYAI Ecclesiarum & Sanctarum Generalium Synodorum in Magno Transsilvaniæ Principatu Helveticæ Confessioni Addictarum Generalis Juratus Notarius, ab An. 1774. 10. *Josephus Huszti Körösi*, è mercatu bonarum Artium Enyedensi, in Academias exoticas profectus, cum decore eruditæ laudis rediit, Professoriamque Areapoli

+ vid. p. 593.

poli Cathedram obtinuit; quam ornatam ab eo eruditis profeſſionibus fuiſſe, nemo fortè inficias ibit: at rectio ejus haud pari procedebat pede. Hoc, quod dico, teſtatus eſt annus 1760, quo Civibus Gymnaſii in jurgia prolapſis, multis eorum, partium ſtudium Profeſſoris cauſantibus, emigrandi neceſſitas impoſita fuit. An. 1763, 13. Mart. fatis ceſſit. Virum corpore exiguo, at animi dotibus eximiis, in Litteratura Romana atque Theologia, doctè profitentem, mihi quoque curſu unius anni audire contigerat. 11. Cl. D. *Joſephus Kováts*, poſt exantlatum Agropoli curriculum Scholaſticum, abſolutaque itinera Academica, patrios reviſit Lares, illicòque ordinariæ in Litteratura, Theologia, Philoſophia & Matheſi Profeſſionis vinculo Lyceo Areapolitano eſt adſtrictus. Hinc A. 1767. Enyedinum collocatus. §. 258. *n.* 5. Eo Enyedinum tranſlato, invigilantibus eminùs, Spect. Dom. *Paulo Kerekes* de Moha atque Spect. Dom. *Paulo Ferentzi* de Patakfalva, Inſpectoribus Gymnaſii Curatoribus, ſpatio anni vnius, erudiendæ regendæque Juventuti Scholaſticæ præfuit *D. Sam. Benkö* de Közép-Ajta, Gymnaſii Con-Rector, qui dein, poſt Studia Academica, quibus Lugduni Batavorum per triennium ſe mancipaverat, in Eccleſiam Alſó-Rákoſenſem vocatus, Sacro ibi operatur Miniſterio. 12. *Clariſſ. D. GREGORIVS KIS de Batzka-Madaras*, perfectis in Collegio Agropolitano ſtudiis, Viennam Auſtriæ ſalutavit, ibique viam Academicam, quæ ab aliquot annis præcluſa erat, ab Auguſtiſſimo Imperatore, Cujus Majeſtatem ſupplex adierat, rucludendam ſibi (aliis quoque paulo poſt apertam) impetravit, & An. 1765.

Helve-

Helvetiam petivit. A. 1768, ex ipſo curriculo Academico, voto Ill. Supr. Conſiſtorii, ad vacantem Cathedram revocatur, fauſtoque alite redux, d. 20. Oct. Areapolim ingreditur. Hujus Curæ indefeſſæ, & munificentiæ Patronorum, debetur hodierna ædificiorum Gymnaſii forma, tribus diſtincta contignationibus, & ad decorem polita, Cæſareâ quidem indulgentiâ.

4. Modus docendi diſcendique non alius, quàm qui in Collegiis ceteris, obtinet. In ſuſtentationem Civium Togatorum, Magnates Nobilesque Patroni argentum atque frumentum potiſſimùm conferunt. Claſſiſtæ vel ſunt *Vtentes*, h. e. qui propriis ſumtibus vivunt, vel *Famuli*, i. e. qui Togatis Alumnis famulantur, victûsque eorum participes redduntur, vel *Neutraliſtæ* (ita dicti, quod nec Vtentium, nec Famulorum ſint è numero) h. e. qui quædam publica Gymnaſii negotia peragunt, ideoque pane publico fruuntur. Claſſiſtarum hæc eſt etiam in Collegiis diſtinctio. Tam hic verò, quam in Collegiis, vniverſi, qui è Claſſiſtis, in Civium Togatorum Tabulas referuntur, Togâ extra portam Palæſtræ incedunt, ſeque jurejurando obſtringunt ad obſervationem Legum Collegii, quæ quotannis, initio Menſis Septembris, dum vl. poſt Julii & Auguſti Menſium ferias juventus congregatur, publicè præleguntur.

5. Bibliothecæ Gymnaſii inſigne auctarium adjecit Illuſtr. p. m. Comes D. LADISL. SZÉKELY de B. JENÖ, legatis huic Libris ſuis.

CCLXII.

§. 262. N. 32.

§. CCLXII.

e. Sunt & SCHOLAE minores, puta: SZÁSZVÁROSENSIS, ubi Togati, numerosi satis, studiis operam dant; & DÉSENSIS, O-TORDENSIS, VIZAKNENSIS atque KÉZDI-VÁSÁRHELYENSIS, quibus duo tresque Studiosi Togati Scholæ Rectoribus, ad instituendos pueros, adjunguntur. Scholæ præterea triviales, quas soli Ludi-Magistri moderantur, omnibus Ecclesiis populosis numerantur.

1. *Schola Szászvárosensis* seu *Saxopolitana*, Particula nuncupata, in Oppido Szászváros residet. Isthic, præter Cirratorum Classes, Lingva Græca, Logica, Metaphysica, Theologia, aliæque Scientiæ traduntur. Rectores è Collegii Nagy-Enyedensis Civibus primariis constituuntur, qui à conjugio & re vxoria remoti, raro ultra triennium fungi officio solent. Togatorum hujus Particulæ Civium Evergetæ potissimùm sunt Ill. Optimates Comitatûs Húnyadensis, ad quos tribus Festis anniversariis concionatum exire in more positum habent. Salarium quoque à pueris, quos informant, accipiunt.

2. An. 1637. fuerat decretum, vt in Oppidis Kézdi-Vásárhely, Sepsi-Szent-György, Udvarhely & Hátszeg Scholæ erigantur, earumque curam Superintendens è publico Ecclesiæ Generalis ære

gerat

gerat: at in S. ſz. György & Hátſzeg ſoli Ludi-Magiſtri Litteras docent, (immò, jam hodie infrequens in Hátſzeg Schola ſupereſt) nec puto, Studioſos aliquandò docentes fuiſſe Magiſtris adjunctos. An. 1639. erat ſtatutum, vt Scholæ Hungaricæ pro ſequiore ſexu aperiantur: verùm hæc determinatio inutilum habuit effectum. Fuit id quoque ſancitum lege, ne ulli, etiamſi liberi Jobbagionum fuerint, in Palladis contubernium concedere volentes, à quopiam impediantur, ſub pœna florenorum 200.

§. CCLXIII.

Hæ ſunt in Transſilvania, apud Helveticæ Confeſſioni addictos, Officinæ Studiorum, in quibus, partim emolumento Eccleſiæ, partim commodo Status Civilis, juventus ad meliora nata educatur: haud pauci tamen juvenum, ſtudio diſciplinarum ardentes, cumulatiorem, ſub famigeratiſſimis omnium Facultatum Præſidibus, adquiſituri eruditionem, & experientiam, ad Germanicas Belgicasque cumprimis, & Helveticas Academias, cum Cæſarèo Principali permiſſu, ſe conferunt.

1. Sine Religionum deſcrimine, in exteras Suæ Majeſtatis Sacratiſſimæ amicas provincias, bonarum artium experientiæque intuitu, juventuti Transſilvanæ, ad futurum Summi Principis ſervitium, Patriæ-

§. 260. ... 103. k.

Patriæque emolumentum, Salvo Conductu mediante, proficiſcendi facultas impertitur. Articulus Diætalis An. 1752. M. Aug. ſuper hoc conditus, & An. 1753. 28. Sept. Viennæ Auſtriæ confirmatus ſic ſonat: „Dum Majores noſtri de iis, „ quæ pacatum Principatûs hujus ſtatum reddere „ poterant, aut ad utilitatem publicam faciebant, „ ſollicitè proſpicere voluerunt, inter alia mo- „ dum etiam, atque Conditiones in exteras oras „ proficiſcendi, *Approb. Conſt. P. 3. Tit. 14. & Compil.* „ *Conſt. Part. 3. T. 9.* præſcripſerunt, quoniam „ verò in hoc poſteriore Compil. Conſt. nonnul- „ la Supremæ Regnantis Principis authoritati hæ- „ reditarioque Juri præjudicioſa & ſcandaloſa com- „ prehendi obſervavimus, dum libera in exteras „ Provincias, ſive Studiorum, ſive aliorum re- „ ſpectuum cauſſa, peregrinatio indiſcriminatim, „ absque etiam Principis venia ſtatuta exſtitit. „ Idcirco *Approb. Conſt.* præallegato Part. 3. Tit. „ 14to in ſuo vigore relicto, & in poſterum „ quoque obſervando, pro ea, quam Sua Ma- „ jeſtas Sacratiſſima nobis benignè indulſit, præ- „ fatum Compil. Conſt. Articulum modificandi „ facultate, eundem Articulum, Sua Majeſtate „ Sacratiſſima annuente, ita modificamus, vt „ caſſatis iis, quæ Juribus ibidem Majeſtaticis, „ & Supremæ Hereditariæ Principis Authoritati „ præjudicioſa ſimulque ſcandaloſa continentur -- „ in poſterum quoque, extra Hæreditarias Ditio- „ nes profecturi, prævià, ad mentem repetiti „ Approb. Conſt. P. 3. T. 14. aut etiam Viro- „ rum idoneorum, pro circumſtantiarum ratio- „ ne, per Gubernium delegandorum, de Statu „ & Conditione Peregrinantium inveſtigatione,

„ com-

§.263. . . .ABS.2

„ compertaque etiam ipſorum ex ſuorum Mode-
„ ratorum Teſtimoniis capacitate, & ſubinde in
„ Publicum redundatura utilitate, Regii hujus
„ Gubernii, vel in abſentia hujus ſolius etiam
„ Gubernatoris Paſſualibus ſeſe munire, easdem
„ in Aula Suæ Majeſtatis Sacratiſſimæ exhibere,
„ ibidemque datis Reverſalibus, fidem atque ſe-
„ curitatem, de adeundis amicis duntaxat regio-
„ nibus ſpondere & præſtare teneantur, in caſi-
„ busContraventientiarum pœnam prævaricationis,
„ ad Legum dictamen, incurſuri, &c. &c.

2. Illuſtriſſimorum Transſilvaniæ Procerum filii, propriis ſumptibus itinera Academica peragunt, & poſt Viennam Lutetiam Pariſiorum potiſſimum inviſunt. Medicinæ Stùdioſi, Viennæ Auſtriæ, ubi Vniverſitas toto Orbe Celeberrima populari-bus noſtris Jura aliasque Scientias liberaliter in-dulget, niſi cupidine experientiæ ulteriori, Tra-jectum ad Rhenum, Franequeram (quibus locis communi Beneficio Hungaris deſtinato fruuntur) & reliquas ad Academias trahantur, ſcopo potiun-tur. Eæ autem *Vniverſitates* & *Academiæ*, quibus Studioſi Transſilvani, Theologiæ Canditati (*Pro-poſants*) Helveticæ Confeſſioni addicti, Profeſſo-rumque ſuorum Commendatione muniti, reci-piuntur, & piis Beneficiis, velut ex monte Pie-tatis, juvantur, ſunt: 1. TIGVRINA, ubi con-tinuò, Studioſus unus Enyedenſis, ſingulis bien-niis, Ampliſſimi Senatûs munificentiâ, quæ an-nuatim 104. Florenos Rhenenſes conficit, ſuſten-tatur, & 36. Rh. Flor. Viatico dimittitur. 2. BER-NENSIS, quam unus pariter Studioſus Enyeden-ſis, per duos ſucceſſivé annos Ampliſſ. Senatûs

§. 260. ... 262.

Beneficio suffultus frequentat: is menstruo quolibet spatio Flor. Rhenenses 12, ac pro Pallio Flor. Rh. 30. Viatico Flor. Rh. 36 accipit. 3. BASILEENSIS; istic, reliquos inter Alumnos, duo Hungari (ex Hungaria & Transsilvania) ordinariè, ex fundatione Erasmiana, diurnis cibariis & cubiculo fruuntur. 4. GENEVENSIS, ubi Rhen. flor. 15. ad menstrua cibaria, & Flor. Rhen. 36. Sudioso pedem reflectenti elargiuntur. 5. ULTRAJECTINA, Hungariæ Transsilvaniæque Studiosis Confessione Helvetica imbutis certam pecuniæ summam expendit: eo ergo hi fortunatiores, quo percipiendo numos sunt pauciores. Eunti hinc, aut aliis ex Academiis Amstelodamum Hungaro cuilibet, floreni 12, pro Viatico, conferuntur. 6. LEIDENSIS; præcipuum illud est Beneficium, quo heic duo Candidati Enyedenses, totidemque Claudiopolitani, per triennium morantes, munificentiâ Illustriss. ac Præpotentium Hollandiæ ac West-Frisiæ Ordinum, refocillantur; mensâ, cubiculo Collegiisque omnibus sine expensis gaudentes. 7. FRANEQVERANA victum quotidianum Hungaris liberaliter subministrat. 8. GRONINGANA. 9. HARDEROVICENSIS. 10. FRANCOFVRTANA *ad Viadrum*: An. 1696, insinuante Professore Enyedensi Francisco Páriz Pápai, (§. 258. *n.* 5.) Venerabilis Dominus *Dan. Ernestus Jablonsky* Serenissimi Electoris à Sacris Aulicis, per Illustriss. *Fridericum* de *Danckelman*, Consilii Aulici Electoris Berolinensis Præsidem, impetravit, *vt annui* 160. *Thaleri, constanti* (ipsissima Rescripti verba) *& nunquam interrumpenda lege, binis Alumnis Enyedensibus Francofurti studiorum causa commoraturis numerentur.* Bini quo-

§. 264.

quoque iſtic Claudiopolitani Alumni ſuſtentantur. Ceteris in Academiis benè nummata marſupia Studioſorum exenterantur. *Conf.* §. 237. *n.* 2.

§. CCLXIV.

III. *Lutherani*, in Natione Saxonica, priùs adhuc, quàm Hungari Proteſtantes, de aperiendis Ludis Litterariis ſolliciti, erexêre Gymnaſia: *Cibinienſe*, *Coronenſe*, *Schæsburgenſe*, *Medienſe*, *Biſtricenſe*, *Groſz-Schenkenſe*, *Birthalbenſe*, minoresque Scholas ac Artium Officinas.

1. Celebris Gymnaſii Cibinienſis Rectores fuerunt. *a.* ROMANO-CATHOLICI: 1. *Johannes Mildt* A. 1510. 2. *Simon de Apoldia* 1517. 3. *Thomas Ball* 1519. 4. *M. Clemens Opolitanus*. 5. *Joh. Myld* Baccalaur. 1524. 6. *Andreas* Baccalaureus 1526. 7. *Thomas* Baccalaureus 1528. *b.* AVGVSTANAE CONFESSIONIS: 8. *Martin. Hentzius* Cibinienſis ab An. 1543. 9. *Matthias Heblerus* 1552. 10. *Steph. Groſs* Cibin. 1557. 11. *M. Lucas Unglerus* 1561. 12. *M. Joh. Auner* Cibin. 1565. 13. *Matthias Keinzelius* 1585. 14. *M. Georg. Deidricius* Tekenſis 1591. Hunc, procul dubio, *M. Johannem Dietericum* vocat, Martinus Schmeizel, Diſſert. Epiſtolicæ p. 110, ubi quosdam primorum Rectorum Cibinienſium memorat, non ſatis tamen accuratè. 15. *Leonardus Baſilius* 1593. 16. *M. Leonardus Herrmann* Reichovienſis 1598. Hic concinnavit Album Scholaſticum. 17. *Georg. Mybrod* Cib. 1602, peſte correptus

§. 264. 213.

obiit. 18. *Matthias Mallendorf* Cib. 1603. 19. *Daniel Klein* Mediensis 1606. 20. *Petr. Besodnerus* Cib. 1608. Vir eruditissimus (cujus *Bibliothecam Theologicam* memorat Schmeizel Dissert. Epist. p. 66,) ánno 1614. Pastor factus Requiniensis, A. 1616. Cibiniensis: at eodem anno, in flore ætatis, mortuus. 21. *Andr. Haslerus* Cib. 1614: hic vulnere accepto obiit. 22. *Andr. Deidricius* Cib. 1614.: ob valetudinem infirmam, A. 1619, officium resignavit. 23. *Mich. Funccius* Cib. 1619. 24. *Valentinus Franck* Cib. 1625. 25. *Mich. Mallendorff* Apoldensis 1626. 26. *Petr. Ribelius* Insulanus 1631, quo fit Pastor Majoris Horrei (Groß-Scheuren,) postea Cibiniensis: hunc, An. 1645, contumeliosè seditiosi tractarunt Cibinii; qui tamen mox eum sollemniter deprecari coacti sunt. 27. *Christianus Volbert* Cib. 1631. 28. *Andr. Oltardus* Heltensis 1637, factus An. 1638. Diaconus Jovialis, tandem Pastor Cibiniensis, ubi An. 1660. 6. Oct. mortalitatem explevit. Vid. de eo §. 276. *not.* 29. *Martinus Steilerus* Cib. 1638. 30. *Petr. Spielheiderus* Apoldensis 1640, promotus 1642. 31. *Bernhardus Tyrander* Leschkirchensis 1642, mort. 1643. 32. *Joh. Vindisch* Cib. 1643, promotus 1644. 33. *Mich. Rhavius* (Rhau) Omláschensis 1644, promot. 1645. 34. *Joh. Femger* Cib. 1646, Archidiaconus factus 1648. 35. *Joh. Ohrendius* Cib. 1648, promot. 1652. 36. *Georg. Herrmann* Cib. 1652, obiit 1654, & sepultus in Bibliotheca. 37. *Paul. Fabritius* Cib. 1654, Diaconus Monast. creatus 1659. 38. *Christianus Haas* Cib. 1659, Pastor Gerhard. factus 1661. 39. *Jacobus Gotterbarmet* Mediensis 1661, ductus ad Pastoratum *Sz. Agathensem* 1663. 40. *Jacobus*

Schnitz-

J. 26m. ...

Schnitzlerus Cib. 1663. Hic, A. 1665. Archidiaconi officio admovendus, ob valetudinem infirmam renuit, & domi suæ vixit. 41. *Georg Hutter* Cib. 1665, Diaconus factus Jovialis 1666. 42. *M. Jacob. Schnitzlerus*, 1666. ad Rectoratum iterum vocatus, oblatum An. 1668, 27. Maji, in Senatu Cib. locum recusavit; verùm 9. Novembr. factus est Inspector & Pastor Primarius Cibiniensis. A. 1681, 26. Jan. in Templo primario habuit S. Sermonem è Luc. 21: 25., de Cometa (fulserat enim An. 1680, Mensibus Nov. & Decembr.) qui, sub titulo **Comet-Stern Predigt**, editus est Cibinii in 4to. 43. *Mich. Pancratius* I. V. D. & Poëſ. Prof. 1668, factus Pastor Neovillanus 1670. Vid. §. 276. 44. *Andr. Belzelius* Insulanus 1671, An. 1675. Archidiaconus creatus. 45. *Joh. Fabricius* 1675. 46. *Samuel Schnitzlerus* Cib. 1676, promotus 1681. 47. *M.* (Magister AA. LL.) *Isaacus Zabanius* Posoniensis 1681, An. 1687. Pastor factus Orbacensis, postmodùm Cibiniensis, An. 1707, 19. Maji, obiit. Vid. §. 276. *not.* 48. *M. Joh. Krempes* Cib. 1687, factus 1691. Archidiaconus Cibiniensis. 49. *Mich. Lang* Purimontanus 1691. 50. *Georg. Hutter* Cib. 1692, A. 1693. Archidiac. creatur. 51. *Joh. Zigler* Heltensis 1693, An. 1702. Pastor factus Heltensis. 52. *M. Petrus Herrmann* Cib. 1702, A. 1709. Archidiac. nominatus. 53. *Georg. Klokner* Cib. 1709, obiit 1710. 54. *Martin. Obell* Coronensis 1711, Pastor Doborcensis creatus 1713. 55. *Petr. Belzelius* Cib. 1713. 56. *Daniel Agnethler* Cib. 1715, Pastor factus Gerhard. An. 1719. 57. *Christian. Schmid* Cib. 1719, Pastor Crucensis creatus 1728, M. Febr. 58. *Joh. Hermann* Cib. 1728; 6. Aug. Archidia-

chidiaconus factus. 59. *Andreas Abrahami* Cib. 1729, A. 1733. Paſtor Neovillanus denominatus. 60. *M. Georg. Soterius* Cib. 1734, 1737. Archidiaconus factus. 61. *Chriſtianus Ziegler* Cib. 1737, An. 1746. ductus in Paſtorem Schellenbergenſem. 62. *M. Joh. Bruckner* Cib. 1746, Paſtor factus Nagy-Apóldenſis 1750. 63. *Andr. Schunn* Cib. 1750, An. 1758. Archidiacon. factus. 64. *Martin. Felmer* Cib. 1758, 4. Febr. ad Rectoratum vocatus è Con-Rectoratu, ad Conrectoratum verò vocatus erat An. 1756. è Diaconatu Lunari. §. 281. *not.* 65. *Daniel Filſch* Cib. 1763, factus tandem Paſtor Groſz-Auenſis, & jam Cibinienſis. 66. *Martin. Simonis* Cib. 1767. 67. *Martin. Artz* Cib. 1772. 68. *Jacobus Aurelius Müller* Cib. ab anno 1776. Ab hoc Viro Celeberrimo ac Eruditiſſimo Nomina Rectorum & numerum annorum obtinuimus; notationes reliquas aliunde adepti.

2. Primas in negotio exſtructionis Scholarum fert laudes *Senatus* CORONENSIS, qui *Hontero* excitante, Gymnaſium fundavit longo tempore celeberrimum, A. 1544, conſtructâ etiam pro neceſſitate Studiorum Bibliothecâ publicâ. Nec eſt verum, Gymnaſium fuiſſe fundatum An. 1533. Geminæ Lutheranorum in Corona fuêre ſuntque Scholæ, ſeu Scholaſticorum hoſpitia. *Schola major*, (große Schule) auctore & ſvaſore Joanne Hontero, §. 221. *n.* 1. ædificata eſt An. 1542. *Schola minor*, (die kleine Schule) quando fuerit fundata neſcitur, certum verò eſt, antea eam Capellam S. Catharinæ fuiſſe, cui cellæ & cryptæ quædam ſubjectæ fuêre. Rectores hu-

jus

§.264.

jus Gymnasii (quorum priores nonnullos, Doctissimus quondam *Mart. Schmeizel*, quamvis patriâ Coronensis ille, haud recto ordine, in *Dissert. Epistolica* adduxit, Coronâ procul dissitus) ex Albo publico propriis meis manibus exscriptos, lubet hìc ab oblivione vindicare. Series eorum, cum successionis & functionis annis, hæc est: 1. *Valentinus Wagnerus* Coronensis, ab anno 1544; mortuus Pastor Côronensis A. 1557. Epitaphium ejus:

Exiguum vixi, fido sub pectore vixi:
Cura fui Patriæ quantulacunque meæ.
Conf. §. 221. *n.* 1.

2. *Matthias Fronius* C. (*NB.* Littera *C*, hìc ac in sequentibus *Coronensem* notat) A. 1545, *Statutorum* Saxonum Auctor §. 154. *n.* 1. 3. *Nicolaus Vulpinus* C. anno 1546. 4. *Dominicus Lucillus* ab An. 1547 ad An. 1548. 5. *Jacobus Fischerus* Kyzdensis An. 1549, 1550. 6. *Mich. Reydelius* 1551. 7. *Petrus Veresius* Arcusinus 1552-1554. 8. *Jacobus Mellembrigerus* Cibiniensis 1554, 1555. 9. *Petrus Veresius* Arcusius 1556. 10. *Michaël Siglerus* Cibiniensis 1557. 11. *Jacobus Mellenbrigerus* Cib. 1558-1560. 12. *Joh. Literatus* Byrthalbinus 1560-1562. 13. *Matthæus Heynrici* Wermosian. 1563. 14. *Simon Massa* C. 1563-2564. 15. *Jaannes Sommerus* Pirnensis (§. 221. *n.* 3.) An. 1565-1567. Ephebus hic militiæ nomen dedit, variisque jactatus casibus in Moldaviam pervenit: ibi Marti renuncians, Ephorum filii Despotæ Moldaviæ egit. Non diu verò; nam Despota, sua cum familiâ, à seditiosis fuit trucidatus; tumque Sommerus difficulter vitâ do-

§. 264.

natus, vili veſte indutus, erroneo itinere Biſtricium Transſilvaniæ pervenit. Iſthic Litteraturâ Romanâ & Græcâ, Poëſique & puerulorum informatione enitens, Scholæ primùm Coronenſi, Cibinienſi deinde, poſtremò Claudiopolitanæ, ubi & obiit, adhibitus fuit. Impiè multa in adorandas Perſonas Divinas ſcriptitavit, & cum vitæ ſuæ exodo reſurrectionem carnis negavit. Opera ejus ſunt: 1.) *Refutatio Scripti Petri Károlii editi Vitebergæ, ſcripta à Joanne Sommero Pirnenſi, Lectore Scholæ Claudiopolitanæ in Transſilvania.* Ingolſtadii 1582. 8. 2.) *Tractatus aliquot Chriſtianæ Religionis.* Ingolſtadii 1583. 8. 3.) *Reges Hungarici*, Witteb. 4. 4.) *Hortulus ingenui amoris.* 5.) *Elegiarum Liber unus.* 6.) *Tyrannis Colicæ & Podagræ.* 7.) *Oratio exſequialis*, quam ſuper funere Transſilvaniæ Principis Joannis II^di, An. 1571. recitavit. Aliaque minutiora. 16. *Dominicus Prodnerus* C. a. 1568, 1569. 17. *Martinus Oltarth* C. 1569-1571. 18. *Wolfgangus Finck* C. 1572. 19. *Laurentius Kerzius* C. 1573, 1574. 20. *Paulus Pauli* Byrthalbinus An. 1574, 1575. 21. *Georg. Greff* C. 1576. 22. *David. Wichius* C. 1577. 23. *Chriſtianus Ruffinus* Roſonenſis 1578, 1579. 24 *Petrus Schiruerus* C. 1580-1582. 25. *Paulus Fiſcher* Marieburgenſis 1583, 1584. 26. *Marcus Albelius* C. 1585, usque 1590, 13. Febr. 27. *M. Ezechiel Feurinus* Wirtembergicus 1590. usque 28. Apr. 28. *Matthias Knedlerus* Praſinarienſis 1590-1592, 5. Febr. 29. *Franc. Schimmer* Medienſis, 1592, 1593, 21. Apr. 30. *Mich. Wagnerus* C. 1593-1595, 7. Sept. 31. *Georg. Sadlerus* Biſtricienſis 1595-1597. 31. Jul. 32. *Wolfg. Göbelius* C. 1597, 1598. 12. Sept. 33. *Joh. Zelius*

lius

8.264.

lius 1598 - 1600, 4. Sep. 34. *Joh. Roth*, 1600-1662. 35. *Andr. Hermelig* C. 1602, 1603. 36. *Jacobus Greff* C. 1603. 29. Sept. 37. *Georg. Hirscherus* C. 1604, 1605. 23. Jun. 38. *Joh. Scharkangerus* C. 1605, 1606, 28. Aug. 39. *Petrus Rosæus* C. 1606, 1607. 7. Maji. 40. *Steph. Hermannus* 1607 - 1609, 1. Aug. 41. *Georg. Klein* Mebrigerus 1609, 1610 usque 30. Jun. 42. *Paul. Spickölius* C. ab An. 1610, 9. Jul. ad 1613. 43. *Matthæus Sitopæus* (ΣΙΤΟΠΟΙΟΣ) C. 1613-1615. 44. *Joh. Honterus* C. 1515, 1516, 20. Maji. 45. *Simon Albelius* 1616 - 1619, 9. Mart. Pastor dein Coronensis. 46. *David Benknerus* C. 1619-1622, 18. Sept. 47. *Marcus Bincknerus* C. ab A. 1622. 18. Sept. ad A. 1623, 3. Oct. 48. *Marcus Fuchsius* C. 1623, 1624. 49. *Joh. Curæus* Prasmariensis 1625, 1626. 50. *Thomas Fogaraschinus* C. ab A. 1626. 29. Jul. 51. *Mart. Draut* C. 1627 - 1631. 52. *Joh. Schlandt* C. 1631. 27. Apr. 1634. 53. *Simon Massa* C. ab An. 1634. 9. Oct. ad 1637. 7. Apr. 54. *Joh. Hegyesius* C. 10. Apr. 1637. ad 1640. 55. *Petrus Mederus* Ceidinensis 19. Apr. 1640. ad A. 1644 15. Mart. 56. *Matthias Vermerus* Musnensis ab An. 1644. 29. Mart. ad An. 1646, 18. Aug. quo in vivis agere desiit. Vir hic egregius ex Lectore Rector factus, An. 1644. 9. Maji primum Examen celebravit, postquam annis 20. sublata Examina publica fuerant. Post reducta Examina, 18. Maji primum convivium publicum. Die 1. Jul. Gymnasii reformatio, tum quoad muros, tum quoad mores absoluta. Die 15. Nov. ad 22. usque Examen publicum alterum. Hæc adduximus ex Notationibus ipsius *Matthiæ Vermeri*,

§.264. ...

ri, qui ibidem ſcribit: *Die* 1. *Dec. Jubilæum Gymnaſii Coronenſis magna ſollemnitate celebravi, quod centeſimus eſſet annus & Reformationis Eccleſiaſticæ, & introducti Gymnaſii.* 57. *Joh. Pleckerus* C. 20. Aug. 1646, ad 1648, 20. Jul. 58. *Marcus Dejdricius* C. à 21. Jul. 1648 ad 1650, 22. Maji. 59. *Georg. Draudt* C. à 23. Maji 1650, ad 1652, 11. Maji. 60. *Joh. Homerus* Purimontanus à 12. Maji. 1652 ad 1654, planè finem anni. 61. *Mart. Albrichius* Medienſis 1655-1660. 62. *Joh. Honterus* C. 1660-1678, 21. Jul. 63. *Franc. Rhetherus* C. 8. Aug. 1678, 1679. mort. 9. Mart. 64. *Joh. G.orgias* C. 31. Mart. 1679-1684, 7. Jul hydrope mort. 65. *Valentinus Greiſsing* C. 1684-1694, 11. Nov. Paſtor Roſonenſis factus. Coronæ natus, at Vitebergæ Literis auctus. Hebraicæ, Græcæ, Latinæque Lingvarum peritus, atque Philoſophus, Vitebergæ Philoſophiam profeſſus eſt, & talia edidit Opuſcula: 1.) *De immolatione Liberorum Molocho Lev. XX.* 2. 2.) *De Sale infatuato Matt. V.* 13. 4.) *De Atheiſmo Renati des Cartes.* 4.) *De Atheismo Matthiæ Knuzzii.* 5.) *De Partu Septimeſtri.* 6.) *Poſitiones Philologicæ ex N. T.* 7.) *De Theognoſia Naturali.* 8.) *De Miſcellaneis Phyſicis.* 9.) *De Potentia Dei.* 10.) *De Controverſiis ſelectis ex Philoſophia rationali.* 11.) *Duodekas Poſitionum Phyſicarum.* Viteberg. 1677. Viteberga redux Coronæ Rectoris functus munere, Vbi Donatum quoque edidit. 66. *Mart. Zieglerus* C. 1694-1705, 31. Jan. Praſm. Paſtor. 67. *Daniel Rhein* Brendorfenſis 1705. 13. Febr. ad 1707, 15. Mart. quo Paſtor Neapolitanus conſtitutus eſt. 68. *Paulus Neidel* C. 5. Apr, 1707-1712, 6. Jul. 69. *Martinus Gaſzner* Fogaraſenſis 1712-1720. M. Jan. 70. *Joh. Filſtich.* C. A. 1720,

22.

Gorgias

§. 264. No. 3.

22. Febr. è Lectore Rector creatus, ad A. 1743, 17 Dec. quo diem obiit, Rectoris officium tractavit, & præter *Schediasma Historicum de Valachorum Historia*, (§ 157. *n.* 5. *b.*) Historiam Ecclesiasticam Transylvanicam, aliaque opera in MS. reliquit. 71. *Thomas Tartler* C. 1744-1749. 72. *Petr. Clompe* C. 1749-1751. 14. Jan. mort. 73. *Franc. Czacko* C. 1751-1755. 74. *Joh. Theophilus Barth* Schæsburgensis 1755-1762. 75. GEORGIVS PREIDT Zeydensis 1762-1768: nunc Vener. ac Clarissimus ille, Liberæ Regiæque Civitatis Coronensis Pastorem Primarium, Gymnasiique & Scholarum adhærentium Inspectorem agit. 76. *Georg. Draudt* C. a. 1768-1771. 77. *Clariss. Dominus* PAVLLVS ROTH *Boloniâ-Coronensis* ab An. 1771, 18va Januarii, insigni Scholasticæ Juventutis profectu, spartam suam exornat. Sunt sanè his in lucubrationibus nostris, quæ Viro huic Doctissimo, monumentorumque Historiam patriæ illustrantium diligenter indaganti & acutissimè expendenti gratus debeo; ea præsertim, quæ Civitati Coronensi & Districtui Barcensi, *Parte Speciali*, lucem fortè adfundent. *Cfr.* §. 281. *n.* 9.

3. Schæsburgensi in Gymnasio, quod *Hartmannus* & *Ladiver* restaurasse dicuntur (Vid. *Schmeizel*,) quinam ab initio Rectoris munus obierint, nemo ullus recensebit. Eorum verò, qui, ab A. 1606, Scholam moderati sunt, Nomina, à Clarissimo, qui nunc fungitur, Rectore, ex Matricula Gymnasii, obtinuimus; hac quidem serie: 1. *Joannes S*-- Marckschelkensis (*Nagy-Schelykensis*,) præficitur An. 1606. 2. *Daniel Lutschenius* Schæsburgensis præficitur 1607. 3. *Valentinus*. Cibiniensis.

4. *Jo-*

S. 264. [illegible]

4. *Joan. Graffius* - - 5 *Simon Hartmannus* (cujus meminimus) Streitfordenſis, præfic. 1619. 6. *Paul. Graffius* Meburgenſis, præficitur 1923. 7.) *Gaſparus Graffius* 1625. 8. *Mich. Vonnerus* Nagy-Schenkenſis 1631. (*NB.* anni ubique notant exorſi muneris terminum.) 8. *Sam. Herrmannus* 1632. 9. *Paul. Czekelius* Kis-Szölöſenſis 1644. 10. *Mich. Junck* Probsdorffenſis 1645. 11 *Simon Welther* Katzenſis 1646. 12 - Germanus 1647. 13. *Andr. Regerus* Gerhardenſis 1648. 14. *Leonhárdus Kuſchius* S. (*S.* ſignificabit: *Schæsburgenſis*) 1651. 15. *Paulus Graffius* Medienſis 1653. 16. *Georg. Kelp* Rohrbacenſis 1653. 17. *Georg. Rhodius* Segesdienſis 1554. 18. *Thomas Sifftius* Meburgenſis 1660. 19. *Joan. Vennerus* Streitfordenſis 1661. 20. *Andr. Grellius* S. 1663. 21. *Joſ. Akershauſer* S. S. 1666. 22. *Georg. Seraphinus* S. 1669. 23. *Barthol. Filkenius* S. 1677. 24. *Joan. Czekelius* Kizdenſis 1678. 25. *Mich. Wagner* Schæsburg. 1682. 26. *Georg. Rhodius* 1683. 27. *M. Martinus Kelpius* Hóldvilágenſis 1684, ad 1687. Edidit *Natales Saxonum Transſ.* 28. *Mich. Czekelius* Aleſius (i. e. Szölöſenſis, cum Saxonibus pagus *Szölös*, dicatur *Aleſch*) 1687. 29. *Andr. Schenckerus* S. 1689. 30. *Mich. Gützſchius* Neuſtadienſis 1692 - 1695. 31. *M.* (Magiſter) *Georg. Haner* S. 1695 - 1698. Vid. §. 276. 32. *Barthol. Capeſius* Szénaverőſenſis 1698. Poſtquam Gymnaſium, plus quàm annuo intervallo, ordinario deſtitueretur Ludimoderatore, ſucceſſit. 33. *Andr. Krauss* S. 1700: - 1705. 34. *Matthias Tiſchler* S. 1705. 35. *Georg. Andreæ* Mariævallenſis 1707. 36. *Mich. Tellmann* S. 1710. 37. *Andr. Schencker* Meburgenſis 1711. 38. *Matth. Göldner* Trapold. 1711. 39. *Barthol. Melas* S. 1712. 40. *Mart.*

Hir-

g. 264.

Hirling. S. 1718. 41. *Matt. Kelp* S. 1719. 42. *Joh. Vest* S. 1722. 43. *Simon Roth* S. 1730. 44. *Andr. Roth* S. 1735. 45. *Andr. Alexander Fabritius* S. 1741. 46. *Paul. Paulinus Krauss* Trapold. 1750. 47. *Jos. Alesius* S. 1752. 48. *Laur. Berverth* Trapoldensis 1756. 49. *Georg. Schenker* S. 1761. 50. *Joan. Fabritius* S. 1761. 51. *Georg. Binder* Segesdiensis 1765: ab An. 1769. Pastor Erkedensis, pius & eruditus. 52. *Joan. Roth.* S. 1769. 53. *Jacobus Bayer* S. 1770 - 1772: jam Pastor Streitfordensis. 54. *Joan. Gottfr. Schencker* S. 1772-1774. 55. *Joan. Herrmann* Neopolitanus 1774-1775. 56. *Mich. Binder* Trapoldensis, ab A. 1775.

4. In his Lutheranorum Gymnasiis, prima humanæ eruditionis fundamenta poni solent: cetera, quæ ad solidiorem rerum cognitionem pertinent, in Germaniæ Academiis, *Jenensi*, *Halensi*, *Lipsiensi*, *Erlangensi* cet, ac etiam *Gymnasio Posoniensi* in Hungaria, comparatur. Propriis, maxima ex parte, impensis, tam curriculum in Transsilvania Scholasticum, quàm exoterica Itinera Academica, Juvenes Lutherani absolvunt: eorum tamen Pastores plerique sunt Academici. Sacratissima Cæsareo-Principalis Majestas, *Rescripto* An. 1764. 24. Aug. Posonii emanato, & 24. Sept. anni ejusdem per Excelsum Regium Gubernium Consistoriis Helv. ac Augustanæ Confessioni addictis communicato, eo inclinabat, *vt pro Juventute Acatholica, Hungarica æquè ac Transsilvanica* nova in Transsilvaniæ *Principatu Vniversitas erigeretur*: at Ill. quondàm Dom. *Joan.* Comes *Lázár*, & Ill. Dom. *Ladislaus* S. R. I. Comes *Teleki*, Consiliarii Guberniales Actuales Intimi, & Ecclesiarum in Transsilvania R. Supre-

mi

Compa-ran-tur

mi Curatores; nec non I. D. *Michaël* de *Roſenfeld* Gub. Conſiliar. Act. Intim. atque I. D. *Petrus Binder* de Sachſenfeld, Auguſt. Confeſ. Conſiſtores, nomine reliquorum utriusque Religionis conſortium, per quàm humillimè deprecati ſunt, porrecto ſubmiſſè Excelſo Regio Gubernio ſupplici libello, ad Auguſtiſſimam Aulam ſubmittendo, quo, nec fundum ſolutionis, pluribus Profeſſoribus alendis ſuppetere, nec rem pluribus difficultatibus carere, monſtrabant. Auditis igitur his benignè, Sua Majeſtas Sacratiſſima, voto frui ſupplicantes clementiſſimè permiſit.

§. CCLXV.

IV. VNITARII (§. CCXLIII. ſqq.) *Claudiopoli* primariam habent Scholam, *Collegii* nomine inſignitam, ubi Paſtoralem ad Cathedram Juvenes formantur; nec *Tordæ* contemnendam, priore licet multò infrequentiorem; triviales verò Scholas, reliquarum Religionum more, paſſim in pagis populoſioribus, obtinent.

1. Studioſi Religionis Vnitariæ paucis gaudent Patronis, ideoque ſumtu proprio, magnam partem, eruditionem comparare coacti, rariùs exterarum orarum Academias inviſunt: nihilo tamen minùs, eruditos inter eos Viros, tam Eccleſiaſticos, quàm Politicos, imprimisque Cauſidicos Conſummatiſſimos, facile reperias.

2. Profeſſores Scientiarum Claudiopolitani ſunt Academici, iidemque ſimul Paſtoris ibidem officio haud

rarò

9.265.

rarò funguntur. Hinc Superintendentes (§. 245.) plerique, anteactum munus Professorium obiêre. Præter hos, in numero Professorum, fuit sanè celebris Lector, *Mich. Dálnoki*, qui ab An. 1646 ad 1648, Professoris simulque Ecclesiastæ Civici partes, citra defectum implevit. Memoriam ejus vel ex eo metiare, quòd orbatus tandem luminibus, Libros *Boëthii* de *Consolatiane Philosophiæ*, promtu facili, auditoribus suis, integros recitaverit, ac interpretatus sit.

3. En *Catalogum Rectorum Scholæ Claudiopolitanæ Unitariorum*: Falluntur, qui *Gregorium Mólnár* (§. 271,) primum istic Rectorem Vnitarium fuisse putant: priùs enim (anno videlicet 1558.) Molnarus ipse fato concessit, quàm Gymnasium celebre Claudiopolitanum in potestatem Unitariorum pervenisset. Eo mortuo quoque, Schola concredebatur, circa annum 1562, *Petro Károlyi*, acerrimo Antitrinitariorum oppugnatori, qui omnium primùm *Blandratæ* & *Francisci Davidis* Dogmata animadvertit, seque iisdem opposuit. Molnarus ergo Unitarios (licet hi ejus *Grammaticâ Latinâ* utantur) ne quidem noverat. Ergo 1. *Demetrius Hunyadi* primus Rector Unitarius fuit. 2. *Joan. Sommerus* Pirnensis (§. 264. *n.* 2.) 3. *Jacobus Palæologus*, ex insula Chio, ut fertur, & prosapia Imperatorum Constantinopolitanorum, oriundus: factus est Rector post Sommerum. Narrant nonnulli, hunc jam senem, ob sua dogmata, Romæ fuisse combustum. 4. *Georg. Enyedi*, creatus Rector A. 1582. Post hunc, qui functi sint, usque annum 1605, litteris consignatum non reperimus. 5. *Valent. Radecius*, Matthæi, Gedanensis Civitatis Secretarii

Filius,

S. 266.

Filius, poſt An. 1605. 6. *Paul Csanádi*, ſub quo, An. 1624. Leges Scholaſticæ publicatæ ſunt. Factus eſt Superintendens, ſed non abdicato Rectoratu. 7. *Thomas Ózdi*, Rector fit 1633; at cum Ampliſſimo Senatu Claudiopolitano, & Viris Reverendis, Scholam ingreſſus, officio Rectoratûs valedicit, & Senator Vrbis creatur. 8. *Mich. Dalnoki* 1638-1648. §. 277. 9. *Valentinus Baumgardus* Boruſſus. 10. *Balthaſar Rákosi*: hic duobus annis functus officio, Requiſitor Conventûs Kolos-Monoſtorenſis creatus, Deceſſori ſuo Rectoratum reſignat, ſed iterùm ſuccedit. 11. *Daniel* Marcus *Szent-Iványi*; factus tandem Paſtor, & poſt Superintendens, obiit 1689. 12. *Andr. Jövedétsi.* 13. *Paul.* Dimién *Kolosvári*, Med. Dr: mortuus in Paſtoratu 1720. 14. *Mich.* Lombárd *Szent-Ábrahámi.* 15. Admodùm Rever. ac Clariſſ. D. *Steph. Agh*, Rector, Teologiæ Profeſſor, & Superintendens; juxta quem alias Scientias tradunt, Clariſſimi juvenes Viri, hoc (1776.) anno ex Academiis exoticis reduces facti: *D. Stephanus Lázár* atque *D. Georgius Nagy* de Nagy-Ajta.

Georgius

§. CCLXVI.

V. VALACHI VNITI (§. CCXLIX.) partim in Scholis Romano-Catholicorum, partim in Monaſterio SS. Trinitatis *Balásfalvenſi* (§. CCL.) Litteris inbuuntur. NON VNITI (§. CCLII.) verò, præter Monaſterium in Suburbio Valachico, (de *Bulgaris* vulgò nominato)

to) Coronenſi poſitum, Officinis Sapientiæ penè deſtituuntur.

In Monaſterio Balásfalvenſi Juventus Valachica Lingvâ vernacula eruditur. Erit, quo & Latino fortè idiomate, egreſſura pedetentim ex aſylo inſcitiæ Pubes Latinæ Romanæque proſapiæ, (§. 157.) nec Lingvæ ejusdem penitus oblita, redivivis quaſi labiis, utatur. Hunc in finem, nî fallor, vergit *Dictionarium Franciſci P. Papai* in Lingvam Valachicam translatum, quod haud ita pridem, vt docet *Biographia Medicorum*, *Celeb. Weſzpr.* huic Monaſterio ter centum Florenis Rhenenſibus venditum eſt. Vid. & *Præfat.* Editionis Bodianæ Dict.

§. CCLXVII.

In enumeratis diverſarum Religionum Scholis quidem, magis, ac præſertim pro Cathedra, neceſſariæ ſcientiæ, omnes fermè tractantur: at *Medicina* exteris ex Academiis, cumprimisque Viennenſi ex Vniverſitate deportatur. *Botanice* incultam ſe queritur. *Patria* denique *Jurisprudentia* ad latus Tribunalium, Proto-Notariorum atque Cauſidicorum, potiori ex parte, adquiritur.

§.268.

CAPUT XIX.

DE TYPOGRAPHEIS TRANSSILVANICIS.

§. CCLXVIII.

TYPOGRAPHEA, magna scilicet propagandarum Litterarum Instrumenta ac eruditionis vehicula, quibus Classicis saltem Auctoribus Transsilvania instruatur sunt: ROMANO-CATHOLICORVM: *Claudiopoli* Vniversitatis, & *Csik-Somlyoini* Patrum Franciscanorum Reformatorum. HELVETICAE CONFESSIONI ADDICTORVM: *Claudiopoli* & *Nagy Enyedini.* AVGVSTANAE CONF. ADDICTORVM: *Cibinii* & *Coronæ.* VNITORVM GRAECI RITVS VALACHORVM: *Balásfalvæ.*

1. Primus omnium *Joannes Honterus* (§. 221. *n.* 1.) anno 1533, Basileâ redux, typos simul & Typographos secum adsumtos in patriam suam CORONAM deduxit, ibidemque propriis sumtibus Officinam erexit, & libellos complures, qui antea, nonnisi ex Germania, magno adferebantur prétio, ab A. 1534, in lucem edidit.

2. Non longo post tempore, *Casparus Heltai*, Pastor Claudiopolitanus, Typographeo CLAVDIOPOLIM ornavit, *Georgio Hofgréf* Typothetâ usus,

An.

S.268.

An. 1551, S. Biblia idiomate hungarico impressa vulgavit; varia insuper Opuscula in lucem emisit. An. 1577, Casparo Heltai fatis cedente, Filio cognomini, Senatori Claudiopolitano Typographeum obvenit. *Juniore* quoque *Casparo Heltai* diem obeunte, ad *Matthiam Ravium*, illius, ex Sorore, Anna Heltai, Affinem, annorum 40. intervallo Senatorem Claudiopolitanum, devolvitur; qui Typographis, *Joanne Makai*, *Andreâ Válaszúti* ac *Andreà Szilvási*, in imprimendis libris utitur, annoque 1637, vitâ fungitur. Devenit itaque in possessionem *Matthiæ Ravii* junioris, Ecclesiæ Saxonicæ Claudiopolitanæ Pastoris. §. 245. *n.* 1. Decedente eo, *Joannes Ravius* typos tenuit, qui circa An. 1660. detriti & diffracti sunt. Novam quidem, cum novis typis, Officinam, An. 1696, Claudiopoli, Vnitarii adornaverant; sed An. 1716. eam amisêre: postquam *Michaëlis Liszkai* ac *Andreæ Lengyel* operâ usi in eadem fuissent.

3. VÁRADINI quoque in Hungaria, medio Seculi XVIti erectam fuisse Typographiam, ex impressis ibi libris liquido adparet: at mox eodem in loco, piis Optimatum Ecclesiarumque Helveticam Confessionem amplectentium largitionibus, *Michaël Kertész Szentzi*, adlatis ex Hollandia typis, absolutam omnibus numeris Typographiam struxit, ac Libros utilissimos splendidè vulgavit. Sacra quoque Biblia, quàm nitidissimè, cum variis & eruditis notis marginalibus (instar Bibliorum Belgicorum, juxta decretum Synodi Dodrechtanæ editorum) uberrimâ locorum parallelorum adjectione (certatim donativa & patrocinia

J. 268. N.332.

conferentibus, Comite *Stephano Bethlen* de Iktar, *Georgio Rákótzi*, *Francifco Rhédei*, *Achatio Bartſai* poſteà Principe, *Franciſco Gyulai* Capitaneo Varadenſi & nonnullis *Eccleſiis* celebrioribus; ac obſtetricantibus Viris eruditis) *in folio* imprimebat, eo planè tempore, quo inſigne Fortalitium *Váradenſe*, ad Transſilvaniam tum pertinens, An. 1660, in Turcarum devenit poſſeſſionem. Deo interim providente, ante obſidionem, non ſolùm ſupellectilis typographicæ, ſed major etiam exemplarium non plusquam in dimidietate impreſſorum pars *Claudiopolim* tranſpoſita fuerat. Inibi igitur, induſtrius Typographus, colophonem operi, An. 1661, impoſuit. Mox verò, & Claudiopoli Cibinium Typographiam transtulit. *Szentzio*, circa An. 1670, mortuo, Eccleſia Helveticæ Confeſſionis Transſilvanica, cujus erat, Typographeum, qua parte non direptum erat, Cibinio Claudiopolim repoſuit; quod ibidem tractarunt: *Michael Szentyel Veresegyházi*, ab An. 1670. *Michaël Németi* A. 1684. *Steph. Veresegyházi* A. 1689. Anno tandem 1694. *Nicolaus Kis de Miſzt-Tótfalu* Typographiam renovavit, ac multùm ornavit.

Nicolaus Kis Miſzt-Tótfalusi, in pago Hungariæ *Alſó M-Tótfalu*, non longè à Rivulis Dominarum remoto, pauperculis parentibus natus, ac Litteris in Collegio Nagy-Enyedenſi imbutus, poſtmodùm à Rectoria Scholæ Fagaraſenſis, Viatico, non ultra 350. Thaleros Imperiales adnumerato, munitus, *Amſtelodamum* petivit. Conducto hìc Magiſtro, ſub brevi temporis curriculo, diam adeò in ſculpendis, fundendis, matricique imprimendis characteribus, & Arte Typographica peritiam conſecutus eſt, vt Magiſtro

ter-

S. 268. ·2.3.4.

terrori, aliis admirationi & venerationi esse inciperet. Per decennalem deinde commorationis suæ in Batavia cursum, certatim ad ipsum convenêre, Belgæ, Galli, Angli, Itali, Judæi ex Polonia & Germania, ejus operâ in fundendis & sculpendis typis, qua nativis, qua Latiis & Hebraicis usuri. Nationibus nonnullis, non solùm Europæis, sed & Asiaticis, puta: *Samaritanis* & *Georgianis*, qui non antea unquam Typographiâ gavisi erant, integram rei typographicæ suppellectilem paravit. Ingentibus eum pollicitationibus, Magnus Dux Hetruriæ *Cosmus III.* ad se allicere tentavit: sed Patriæ huic suæ prodesse volens obligatusque, recusavit; elegantibus tamen typis & matricibus Florentiam ditavit. Tali modo, adquisitâ grandi satis pecuniæ summâ, (cum duorum annorum decursu 15000. prosperare valuerit) sculptis & fusis propriâ manu typis, S. Biblia, minori portatilique formâ, An. 1684 & 1685, Amstelodami impressit. Exempla Bibliorum erant 3500, Novi Testamenti seorsim 4200. Psalmorum Davidicorum 4200. Atque hæc, quam adornavit, *sexta Bibliorum Hungaricorum* fuit *editio*, ceteris palmam multifariàm eripiens. Post reditum in Transsilvaniam, inter varia vitæ fata, multis Patriam libris beavit. Lucernæ instar aliis inserviendo consumtus est d. 20. Mart. 1702, æt. suæ 52, relictis, Viduâ *Mariâ Székely*, ac *Judithâ* & *Annâ* filiabus. Virum sua ætate incomparabilem & artis peritissimum, nunquamque satis laudandum, *Franc. P. Pápai*, nomine Collegii Nagy-Enyedensis, laudavit elegantibus Versibus hungaricis; quos Celeberr. nuper *Petr. Bod*, cum notis selectissimis, & Biographiam Typographorum

J. 268.

Transſilvanorum exhibentibus, ſub titulo: *Erdélyi Féniks*, An. 1767. 8. recudi juſſit. Sepulto Claudiopoli hoc adſcriptum in lapide ſepulcrali legitur Epitaphium:

Tótfaluſi *jacet hìc* Nicolaus *mole ſub iſta*,
Pannona quem genuit Tellus; ſed Dacica nutrît,
Poſtque decennales curſus, Hollandica Pallas
Artibus ingenuis cultum, compluribus auxit
Muneribus; Fuſor, Sculptor, *cum matre typorum*,
Atque Typographus, *Patriæ ſervire paratus.*
Tandem Claudiaci Civem coluêre Penates,
Hoſpitium cui tranquillum, tumulumque dederunt.

Extinĉto Tótfaluſio, Typographiam Claudiopolitanam, ab An. 1703, *Samuel Telegdi* adminiſtravit. Illius poſt funera, ab An. 1730, *Alexander Pap Szathmári*; poſt eum *Joſephus Pataki* in Belgio artem doĉtus, curarunt. An. 1753, *Steph. Páldi*, poſt decennalem in Batavia experientiam, redux, Claudiopolitanum excoluit Typographeum: Vir bonus non pridem inter mortales agere deſiit. Nunc Celeberr. D. *Sam. Pataki*, (§. 259. *n.* 2.) Officinæ Curator eſt.

4. ALBAE JVLIAE quoque, inſignis, Seculo XVI^to^, Typographia exſtitit. Artis Magiſter *Raphaël Hofhalter* (qui An. 1567. Regium Typographum ſe dixit; quod Regis, aut potiùs Principis, *Joannis Sigismundi* auſpiciis, Officinam curaret) Joannis II^di^ indulgentiâ & liberalitate Albam accerſitus, dum horrendas & abominandas imagines in Sanĉtam Triadem ederet, ſingulari judicio Divino, repentè cecidit, & miſerabiliter extinĉtus eſt. Eo tam fatali morte abrepto, Paſtor Vnitarius Eccle-

ſiæ

§. 268. N. 2. 3.

ſiæ Albenſis, *Stephanus Cſázmai* An. 1568, poſtea *Gregorius Wagner* Ludi Rector itidem Vnitarius, An. 1569, Typographiæ Inſpectores fuère. Anno verò 1572, dum Principi *Stephano Báthori* relatum fuiſſet, in hocce Typographeo Opera prodiiſſe, quibus Doctrina de SS. Trinitate pronunciaretur *non aliena à Fabulis Poëtarum, qui Cerberum tricipitem finxerunt; eſſe Hydram multorum capitum, & portentum Gerione ipſo monſtroſius*: tum Typographeum Vnitariis ademtum: (*Miſcell. Tigurin. p.* 216.) & Helveticæ Confeſſioni addictis traditum eſt. Id paulò poſt Scholæ etiam Albenſi Vnitariorum evenit. Elegantiorem poſtea Typographiam, circa An. 1620, Princeps *Gabr. Bethlen* erexit, in qua, An. 1624, *Andr. Válaſzúti* ac *Mart. Meſzléni*; An. 1632. *Jacobus Esmurt* Lignicenſis, & ab An. 1642, ad An. 1656, & forſan amplius, *Mart. Major* Coronenſis, Typographi rem geſſère. Typographia An. 1658. barbarorum igne deſolata eſt. §. 258. n. 3.

Valachicam quoque *Typographiam* Albæ olim viguiſſe, certiſſimum eſt. Inſtruere eam adgreſſus fuerat Princeps *Gabr. Bethlen*, Sacrorum Bibliorum, linguâ Valachicâ, editionem curaturus: at rem, vt fieri potuit, abſolvit Princeps *Georg. I. Rákótzi*, qui An. 1648, quatuor Evangeliſtarum Codices, & Catecheſin Palatinam, eadem lingvâ imprimi juſſit. Abalienatam poſtmodùm Typographei ſupellectilem, An. 1668, Princeps Apafius, Petro Kováſznai Superintendenti demandaverat inquirendam. Scilicet, ſingulari curâ, Principes ejus quoque ætatis, ferebantur in gentem Valachicam Sacra Evangelii Luce illuſtrandam.

X 4 Ideo-

Ideoque Popas Valachorum, Viſitationibus Superintendentium Helveticam Confeſſionem profitentium, in qua & dicti Principes adquieſcebant, ſubeſſe, & eosdem in Moralibus audire, jubebant. Hoc vel maximè uſu veniebat circa An. 1675, quo Superintendentis munere V^blis *Gaſparus Tiſzabétsi* fungeretur.

5. De Officinis Typorum, CLAVDIOPOLITANA Vniverſitatis, & SOMLYOVIENSI, nihil ferè, quod dicam, habeo; ejusmodi, quæ heic ex uſu meo eſſe poſſent, inſtrumentis deſtitutus: id tamen dubio caret, utiles in his auctores prognaviter in lucem prodire. CIBINII bina ſunt Typographea. *Vnum*, Germanicos præſertim Libros, in vſum Saxonum propagat; *aliud*, *Typographiæ publicæ* nomine notum, præter Publicas Commiſſiones, Ordinationes *cet*, Cæſareo-Principali-Guberniales, non infrequenter, pro effectu promtiori, typis mandari ſolitas, vtilium Operum editione deſudat. Præcipuam hoc in negotio obtinuit laudem Generoſus D. SAMVEL SÁRDI, cujus (vt reliqua Opera in eadem Officina edita taceamus) ſumtibus *Dictionarium P-riziano-Bodianum* lucem adſpexit An. 1767; & ejusdem ſollertiâ, lucubratione verò (quantum novi) Doctiſſimi & Vener. *Felmeri*, Lingva Germanica, ad partem Dictionarii Hungarico-Latinam acceſſit. Typographia CORONENSIS Heredum *Seulerianorum*, Libris Latinis, Hungaricis, & potiſſimùm Germanicis imprimendis deſervit.

6. Spem profectò maximam de inſtruenda exquiſitè Typographia ſicque ſpiraturis poſt funera Erudito-

§. 269.

ditorum in Tranſſilvania, quibus impalleſcunt, chartis, in dies facit, Præſtantiſſimus D. ADAMVS KAPRONTZAI, Nobilis Hungarus de *Kapronza*; qui ex ſingulari Auguſtiſſimæ R. Imperatricis & Principis Noſtræ Benigniſſimæ, D. D. MARIAE THERESIAE Clementia, in Typographeo Viennenſi Illyrico-Aulico, Artem *Typographicam*, *Sculptoriam* & *Fuſoriam*, in futurum Patriæ noſtræ emolumentum & ornamentum, profectu paucis ſecundo, apud Illuſtr. Dominum JOSEPHVM Nobilem de KURTZBÖCK Sacr. Cæſ. R. Ap. M. Typographum & Bibliop. excolens, Eidem D. Typographo Celeberrimo auctor fui, vt has calami noſtri curas, à blattarum tinearumque roſtris vindicaret.

CAPVT XX.

DE ERVDITIS TRANSSILVANIAE.

§. CCLXIX.

Cave igitur putes, inſtructam taliter *Litterarum Palæſtris* & *Typorum Officinis* Tranſſilvaniam, Viris *Eruditis*, tam Politicis, quàm Eccleſiaſticis, quarumlibet Religionum, ab initio cumprimis Seculi XVIti, caruiſſe. Eos verò maximè reperies inter Epiſcopos, Superintendentes & Profeſſores, quorum nonnullos, ſuo quemque loco, Catalogos, in ſuperioribus dedimus. Nunc nos eorum dun-

§. 269 ...

taxat præcipuos commemoramus, qui editis in lucem Operibus ſuis claruêre; & quidem juxta Secula.

Multi Doctorum Transſilvaniæ, vulgatis typorum beneficio libris Clari, caruêre Vate ſacro: nonnullorum tamen memoriam ab interitu vindicavit DAVID ZWITTINGER in *Specimine Hungariæ Literatæ*. Feciſſet hoc pleniùs H. M. ROTARIDES, qui *Hiſtoriæ Hungaricæ Literariæ Lineamenta*, Altonaviæ & Serveſtæ An. 1745. 4. edidit, niſi phthiſi correptus fuiſſet. Cl. ac Ven. nuper PETR. BOD, hanc quoque Materiam occupaverat, collectisque minutatim, 20, & ampliùs, annorum intervallo, hunc in ſcopum colligendis, Biographiam Hungariæ ac Transſilvaniæ Eruditorum, ſub titulo: *Magyar Athenas*, (Athenæ Hungaricæ) Cibinii, A. 1766. 8. lingvâ hungaricâ emiſit: verùm, quòd Benigno Mandato Cæſareo-Principali, id requirente Trium Transſilvaniæ Nationum Vnione, (§. 143.) paceque publica, ſeriò interdictum ſit, ne ullus unquam Patriæ Civium cujusvis Religionis, Scripta alicui Religioni adverſa publicaret, nec extra Scholas diſputationes diverſarum Religionum audirentur; ideò Lectoribus Liber *Magyar Athenas*, cum *Smirnai Szent Policarpus*, (Libello, Superintendentium Helveticæ Confeſſioni addictorum Vitas trandente) de manibus excuſſus eſt. *Medicorum* denique nonnullorum Transſilvaniæ, Vitam & ſcripta in lucem recenter revocavit, Ex. ac Celeb. D. STEPH. VESZPREMI Med Dr. in Lib. Regiaque Civitate *Debreczen*, Artis Salutaris praxin feliciſſimè exercens, in Opere: *Succincta Medicorum*

§.270.

rum Hungariae & Transsilvaniae Biographia, Lipsiae 1774. 8. *Alexius Horányi* de Clericis Regularibus Scholar. Piar, quod, *Memoria Hungarorum & Provincialium scriptis editis notorum*, inscripsit, & A. 1775, 1776. 3bus Tom. edidit, quum nobis adhuc visum non sit; quid in hoc argumentum praestet, dehinc cognoscemus.

I. SECULO XVIto.

§. CCLXX.

1. ROMANO-CATHOLICI, Seculo XVIto, eruditione floruerunt: Stephanus *Báthori*, Andr. *Báthori*, Thomas *Jordán*, Nicol. *Olahus*, Gabr. *Pesti*, Joan. *Silvester*, Maximilianus *Transilvanus*, Stephanus *Werbötzi*, Leonhardus *Uncius*, & (fortè) Georg. *Reichersdorffius*.

1. STEPH. BÁTHORI, quem jure in numerum Eruditorum referimus, (§. 107. *n. e.*) Princeps Transsilvaniae, posteaque Rex Poloniae fuit clarissimus. Nos equidem, fide & verbis *Nicolai Istvánfi* usi, diximus §. 107. *n. a.* Bathorium nostrum, Wajvodatu Transsilvaniae potitum, absoluta illicò rerum omnium potestate, Maximiliano II. Imperatore assentiente, functum fuisse: at adsertioni Istvánfii contrait *Wolfg. Bethlen*, *Hist. Transf. p.* 289 -- 292, ubi indubiis docet Instrumentis, Bathorium ipsum juramentum (cujus formam etiam describit) praestitisse Maximiliano, quo se ejus Wajvodam declaraverit, & spoponderit

§. 270. .0883.

derit, ipsi hæredibusque, utpote legitimis Hungariæ Regibus, semper auscultaturum, arces & Bona Regalia sarta tecta ab omni periculo conservaturum, & (vt reliqua taceamus) cum Cæsari videbitur, se Magistratu abdicaturum. Hinc, Maximilianus, tamquam Summus Princeps, *Franciscum Ibranium*, An. 1572. in Transsilvaniam miserat, vt Vir Juris Hungarici peritus, de lite Stephani Bathorii & Caspari Békésii cognosceret. Postea tamen Bathorius, ne in odia Provincialium incurreret, neu Turcas, qui Principem eum volebant, irritaret, multis precibus consecutus est, ut liber immunisque esset. Nec ita fortè impetrasset, si opportunitas occupandi tenendique Transsilvaniam Maximiliano adrisisset. Precariò itaque (vt habet Timon) dominatum adeptus est exeunte An. 1574; quo ipso adhuc Maximilianus taliter ei epistolas inscribebat: *Spectabili ac Magnifico Stephano Báthori de Somlyô, Vajvodæ partium regni nostri Hungariæ Transilvanarum, & Comiti Siculorum, ac in certis ejusdem Hungariæ partibus nostro Locumtenenti.*

2, ANDREAS BÁTHORI, ex eadem, qua Stephanus, inclita Familia Báthoriana de Somlyó, (erat namque alia de Nyír & Bátor) cujus delineationem dedit *Wolfg. de Bethlen p.* 232, oriundus, in Italia Litteris probè excultus fuit. A. 1589, electus est Episcopus Vármiensis in Polonia, S. R. E. Cardinalis; & An. 1599. Transsilvaniæ Princeps, §. 111. Egregiam Cardinalis scientissimus, ad Carolum Baromeum, itidem Cardinalem, dedit Epistolam. In expiationem cædis Cardinalis, §. 111. Siculis Sedis Csik, abstinentia à carne centum annis duratura, à Pont. Maximo, fuerat

§. 270 .ᴹᴸ.

rat indicta. Vid. Sam. Timon *Purpura Pannonica* p. 46.

3. THOM. JORDÁN, Saxo Transsilvanus, An. 1539. Claudiopoli in lucem editus, & Lutetiæ Parisiorum, Romæ, Patavii, Bononiæ, Viennæque Medicinam doctus, & Doctoris gradum adeptus, An. 1566, praxin Medicinæ, in Castris Maximiliani Regis Hungariæ exercuit; post, Brunnam Moraviæ habitationem suam transtulit, ibique An. 1585, æt. 46. vitam terminavit. *Vitam ac Opera vide in Biographia Medicorum Cel. Vészpr.*

4. *Nicolaus Olá* seu *Olahus*, gente Valachus (Vid. ejus *Hung.* Cap. 12.) An. 1493, Cibinii natus, eo per gradus Scientiarum diligenter & solidè excultarum pervenit, vt An. 1518. *Canonicus Quinque-Ecclesiensis* in Hungaria, An. 1548. *Episcopus Agriensis*, An. 1553. *Archi-Episcopus Strigoniensis* & *Primas Regni Hungariæ*, crearetur. An. 1568, terram cœlo commutavit. Opera Doctissimi Præsulis superant: 1.) *Catholicæ ac Christianæ Religionis præcipua quædam Capita, de Sacramentis, Fide & Operibus.* Viennæ 1560. 4. 2.) *Attilla*, sive: *De Rebus gestis Attillæ*, apud Bonfinium. 3.) *Hungaria*, & 4.) *Compendiarium Vitæ suæ Chronicon*; apud Belium in Adparatu.

5. GABR. PESTI, An. 1537. Canonicus Albensis & Archi-Diaconus Ugotsensis, *Quatuor Evangeliorum volumina, Linguâ Hungaricâ donata*, absque tamen versuum distinctione, Viennæ An. 1536. 8. edidit.

6. JOAN. SILVESTER sive *Sereftely* Claudiopolitanus, Electus Episcopus Csanádiensis, & Ferdinandi Imperatoris ad Concilium Tridentinum Ora-

§. 270.

Orator, *Novum Testamentum*, Hungaricum fecit, & in Uj-Sziget Hungariæ, sumtibus *Thomæ Nádasdi* Hungariæ Palatini; Typographo *Benedicto Abádi*, Viro docto & academica peregrinatione illustri usus, publici juris fecit. *Vid. Belius in Litter. Hun. Scythic. p. 36.*

7. *Max. Transilvanus*, (Hung. *Erdelyi Miksa*) gente, quantum conjici potest, Saxo Transsilvanus, Caroli V. Imperatoris obsequiis deditus, Hispaniam concessit, matrimoniumque contraxit, & ibidem vitam transegit. Hujus, de *Castellanorum* Versus Insulas Moluccanas *navigatione* Epistola prolixa, quam An. 1522. exaravit, cum ceteris de Novo Orbe Operibus excudi solet.

8. STEPH. WERBÖTZI, Transsilvaniæ Comitatu de *Küküllö*, ubi aliquot pagorum possessione fruitus est, oriundus, munus Magistri Protonotarii in Hungaria obtinuit, & Codicem Legum Hungaricarum, quo hodieque Hungari ac Transsilvani gaudent, ex Decretis & Comitiorum Articulis, Jureque Romano, concinnavit, ac cum adprobatione Vladislai Regis Hungariæ, sub titulo: *Decretum Tripartitum Juris Consvetudinarii Inclyti Regni Hungariæ*, An. 1515, emisit. *Cfr.* §. 271. *n.* 8. Lectu maxime digna sunt, quæ de *Verböczio* nostro habet D. *Paul. Wallaszky* in Tentamine Hist. Litterar. pag. 39-42.

9. LEONH. VNZIUS Transsilvanus, (Saxo fortassis) Patavii Romæque Litteris instructus, *Res Hungaricas*, ab Attilla ad Matthiam I. Regem, Versibus Latinis complexus est, nomenque Operi fecit: *Poëmatum. Libri Septem de Rebus Ungaricis, Leonhardo Uncio Transylvano Auctore.* Craccoviæ 1579. 12.

10.

§. 271. 1532.

10. GEORG. à REICHERSDORFF, (an Romano-Catholicus?) Saxo Transſilvanus ex Oppido *Száſz-Régen* Comitatûs Tordenſis, Regis Hungariæ Ferdinandi I. Secretarius, ſecretusque ejusdem in Transſilvaniam, Valachiam Transalpinam & Moldaviam Legatus, Auctor *Chorographiæ Tranſylvaniæ & Moldaviæ*, apud Cl. *Schwandtnerum* T. I.

11. Ante hoc, in quo verſamur, Seculum, quinam eruditione & Scriptis emicuerint, antiquiora nobis tempora parciùs transſcripſerunt. Memorantur tamen: PETRVS *de* DACIA (Hung. *Erdélyi Péter*) Philoſophus atque Aſtronomus, circa An. 1300, famigeratiſſimus, cujus ſcripta reliqua eſſe feruntur. JOANNES *de* KIKÜLLÖ Archi-Diaconus, & *in Eccleſia Transſilvana Vicarius Archi-Epiſcopi Strigonienſis in Spiritualibus Generalis*, & Regis Hungariæ *Ludovici I.* Secretorum Notarius; qui Ludovici I^mi^ Res geſtas ab An. 1342, ſcripto complexus eſt. Eam omnino Hiſtoriam *Joan. Thuroczius* Chronici Hungarorum, Partem 3^am^ fecit. NICOLAVS *de* MIRABILIBVS (*Tſuda Miklós*) Claudiopoli natus, & circa An. 1493, hac luce uſus, duos concinnavit Libros, vnum de *Prædeſtinatione*, alterum de *Verâ Felicitate*. Et alii numero pauci.

§. CCLXXI.

2. HELVETICAE CONFESSIONI ADDICTI: Joan. Vitus *Balſaratus*, Mich. *Cſeréni*, Joan. Tzimor *Decius*, Matthias Biró *Dévai*, Steph. *Farkas*, Euſtachius Leſtár *Gyulaſi*, Paulus *Gyulai*, Steph.

Gyulai

f. 271. M.š.

Gyulai, Caſparus *Heltai*, Petr. *Huſzti*, Benedictus *Ilosvai*, Joan. *Jacobinus*, Martin. *Kálmántſebi*, Petr. *Károlyi*, Sebaſtianus *Károlyi*, Sigismund. Dávid *Kaſſai*, Valent. Fodor *Koloſvári*, Wolffgangus *Kovácſótzi*, Petr. Tsókás *Laskai*, Albertus *Mólnár*, Greg. *Mólnár*, Andr. *Sándor*, Steph. Fabri *Szathmári*, Steph. *Székely*, Joan. *Szilvási*, Andr. *Valkai*, Steph. *Zamoſius*.

1. JOAN. VITUS BALSARÁTI, ſingulare Divinæ Providentiæ exemplum, in Oppido Hungariæ Dombegyház, menſes tres natus, parentibus An. 1529. in perpetuam Turcarum hoſtiliter graſſantium captivitatem inopinanter abductis, hærebat ſub tecto unâ flammâ involuto. Infantis in cunis vagientis Vulcanoque propemodùm litantis, Turcus hoſtis miſertus, per auras flammigeras cum cunis evexit. Ad triduum cunabulis coopertus in platea hæſit incuratus. Tum diſperſis Turcarum metu incolis ex latibulis patriam deſolatam repetentibus, ab avunculo *Franciſco Fodor* cognitus, adſumtus, & in vicum *Balſarát* (cujus in memoriam *Balſarati* dici amavit) enutriendus traditus eſt. Patronorum dein Patronarumque munificentia Litteras liberaliter doctus, ac Præceptore *Stephano Kopátsi* cumprimis uſus, Vitebergam ſe contulit, ad majora properaturus. Inde An. 1556. Italiam petivit, Bononiæque & Patavii per quadriennium Studio medicinæ intentus, honores Doctoris adeptus eſt. Sex menſium intervallo praxin artis in

Aula

J. 271. ...

Aula Vaticana cum profectu exercuit. In Hungariam An. 1560. redux, alter velut Hippocrates morbos fugavit; ideoque Litteris *Armalibus* à Maximiliano nobilitari meruit. An. 1570, præter praxin medicam, V. D. Ministerio quoque se addixit; quod uno, in Ecelesia Liszkaiensi, exacto anno, in Sáros-Patakensi, ad An. 1575, quo obiit, continuavit. Opera ejus de *Articulis Fidei*; de *Peste*; edita: & ineditum de *Chirurgia*; Doctorum perflata sunt aurâ. Vide plura in *Biogr. Veszpr.*. Nos verò Hungarum Balsaratum Transsilvanis miscuimus, quod *Dombegyház*, ejus Patriam, ad Transsilvaniam tum pertinuisse noverimus.

2. MICH. CSERÉNI, ex antiqua Nobilium *Csereniorum* Gente, (Vid. *B. Mikola*) quæ hodieque in Comitatibus, Szolnok Interiori, Doboka & Torda floret, ortus; vulgavit Librum, lingvâ Hungaricâ, qui inscribitur: *Historia a' Persia Monárkiabéli Fejedelmekröl, t. i. Tzirusröl, Kámbisesröl, Dáriusról, Kserksesröl, és a' többiröl rövideden, ki-szedett Ksénofonból, Herodotusból, s' több Auctorokból*, Chiereny Mihálytól. *Kolosv.* 1592. 4.

3. JO. TZ. DÉTZI, sive DECIVS, Hungarus Barovius (*Boronnyasági*) postquam *Tolnæ* & *Debrecini* in Hungaria, tempus inter Litteras transmisit; Scholam Claudiopolitanam florentissimam intravit. Factus mox Ephorus *Francisci Bánfi*, filii Ill. Wolffgangi Bánfi de Losontz Consiliarii, itineri se, cum eodem, exteras ad oras, experientiæ causa commisit. Bontzhidâ igitur moventes, Coronam ac Kézdi-Vásárhelyinum progressi, Passumque Ojtoz emensi, Moldaviam, Russiam, Poloniam, Prussiam, Pomeraniam, Marchiamque peragrarunt. Fixis tandem

J. 271.

Vitebergæ pedibus An. 1587, ſtudiis incubuêre. Edidit ibidem Decius, 1.) *Hodeporicon itineris Tranſilvanici, Moldavici, Ruſſici &c.* 1587. 4. Cetera ejus Opera fuêre: 2.) *Syntagma Inſtitutionum Juris Imperialis ac Ungarici.* Claudiopoli 1593. 4. 3.) *Libellus Adagiorum Latino-Ungaricorum.* Argentinæ. 4.) *Hiſtoriam Hungariæ* elucubravit commendatiſſimam, *Iſtvanfioque* viſam: at exemplum, quod manu exaratum erat, aut latet, aut periit.

4. MATTH. B. DÉVAI, Devæ Transſilvanorum natus, poſitis in Hungaria ſtudiorum rudimentis, propter diſcendi cupiditatem terras Germanicas circa An. 1529. peragravit, indeque in patriam reverſus, totum ſe propagando in Hungaria & Transſilvania dogmati Proteſtantium dedidit. Ejus ſunt: 1.) *Diſputatio de Statu, in quo ſunt Beatorum animæ, poſt hanc vitam, ante ultimi Judicii diem.* Item, *De præcipuis Articulis Chriſtianæ doctrinæ.* Baſil. 1530. 2.) *Apologia quarundam Propoſitionum ſummam Doctrinæ Chriſtianæ continentium. An.* 1535. 3.) *Articuli, in quibus Matthias Dévai Ungarus, Viennæ à Rev. Patre Joanne Fabro Conſtantienſi examinatus eſt, conſcripti.* 4.) Cantio, Articulos Fidei complectens & publici uſûs: *Miden embernek illik ezt megtudni*, cet.

5. STEPH. FARKAS, Mathematicus ac Aſtronomus Claudiopoli Celeberrimus; qui An. 1576, lucente ingenti Cometa, Inclitæ regnantis tum Familiæ Báthorianæ defectum vaticinatus eſt. Futura ei noſſe datum non fuerat: deficientibus tamen ſine Semine *Stephano* Poloniæ Rege, *Andrea, Sigismundo & Balthaſare, Báthoriis*, interpretamentum ejus ſortitum eſt implementum.

6. EVST.

§. 271. ...

6. EVST. L. GYÚLAFI, clavum Principatûs tenente Sig. Bátorio, Consiliarius cumulata eruditione, & ad Potentatores Christianos æquè ac Portam Ottomanicam sæpiùs Legatus; Historiam suæ ætatis Transsilvanicam, quæ multùm *Wolfgango de Bethlen* deservivit, collegit.

7. PAVL. GYULAI, patrocinio *Caspari Békés* adjutus, Patavii, Bononiæ, aliisque in locis, disciplinis ornatus, fidele redux Benefactori servitium præstitit: anno enim 1573, Bekesio fugam capessente, Arcemque Fagaras & omnem Suppellectilem pretiosiorem huic concredente, (§. 107. *n. b.*) naviter ille arcem defendebat. Stephanus tamen Bátori arce potitur, Gyulaiusque capitur: parsum verò ei, immò à Secretis Principis ille constitutus. Euntem ad solium Polonicum Báthorium Gyulaius sequitur, fidèque ei famulatur, nec calamum exsiccescere patitur, sed parat Scripta: 1.) *Commentarium Rerum à Stephano Rege adversus Magnum Moscoviæ Ducem gestarum A.* 1580. Edit. Claudiopoli 1581. 4. 2.) *Epistolam* consilii plenam Poloniâ dedit, An. 1585, ad *Georgium Sibrik*, dum is Capitaneus Váradensis fuisset creatus. Tanto in pretio Epistola habita, vt ex eo tempore, usque ad A. 1660, quo Váradinum Turcis cessit, denominatis recenter Capitaneis, toties prælegeretur. Hungaricâ eam Civitate donatam, *Mich. Turkovits Tsepregi*, sub titulo: *Tanátsi Tükör* vulgavit, Cibinii, 1663. 4. Redux in Transsilvaniam, fuit Cancellarius. Abafájæ trucidatus.

8. STEPH. GYULAI, Pastor Claudiopolitanus Hungarus médiò Seculi 16^ti^, ac S. Bibliorum metaphrastæ Caspari Heltai socius; qui *Ecclesiasten*,

§. 221. ...

Canticum Canticorum, *Librum Sapientiæ*, & *Ecclesiasticum*, Claudiopoli 1551. 8. emisit.

9. GASPARVS HELTAI Transsilvanus, Vitebergâ, ubi circa An. 1543, mercatui disciplinarum operam dabat, regressus, Claudiopoli Sacra procuravit. Vir laboris patientissimus, 1.) S. Bibliorum Versionem, sociatis, cum *Stephano Gyulai*, *Gregorio Vízaknai*, *Stephano Ozorai*, aliisque, laboribus, adornavit, ac vt erat simul & Typographus, ab An. 1551, ad An. 1561. edidit Claudiopoli, 5. Tom. in 4. 2.) *Résʒegség ellen való Könyvetske* (Libellus contra Ebrietatem) Kolosvárba 1552. 8. 3.) *Vigasztaló Könyvetske.* Kolosvárba 1553. 8. 4.) *Agenda*, Kolosv. 1559. 4. 5.) *A' Fejérvári tíz napi Disputatio*, Kolosv. 1568. 4. 6.) *Magyarok Dékrétomok*, Kolosv. 1571. 4. Est Versio & editio Decreti Verbötziani, §. 270. *n.* 8. 7.) *Chronika a' Magyaroknak dolgairól*, Kolosv. 1575. *Fol.* Magnam partem ex Bonfinio in lingvam Hungaricam translata. 8.) *Máttyás Király Viselt dolgairól.* Fol. Id est de Rebus gestis Matthiæ I. Regis Hung. Lingvâ Latinâ & Hungarica. 9.) *Libellus Precum.* Claud. 12. 10.) *Evangelia & Epistolæ* Claud. 12. Latina Opera eiusdem sunt: 1.) *Confessio de Mediatore generis humani Jesu Christo* (contra Stankarum) Viteberg. 1555. 8. 2.) *Brevis Enarratio Disputationis Albanæ de Deo*, *coram Serenissimo Principe Joanne secundo & tota Ecclesia decem diebus habita*, *Ann. Dn.* 1568. 8. *Mart.* Claudiopoli 4. *Conf.* §. 221. *n.* 3. Heltus denique, tantorum Operum Auctor, senili ætate, ne Decimis Claudiopolitanis, quas Plebanus ipse percipiebat, excideret, ad Antitrinitarios, quos penes summa summarum erat transiit. §. 221. *n.* 3. Pu-

tarunt

tarunt nonnulli & cum maximè Celeberr. *Petrus Bod*, fuiſſe Heltaium, Natione Hungarum: ſed fuit, præter dubium ullum, Saxonicæ Gentis, unde etiam ad Cathedram Paſtoralem fuerat invitatus à Coronenſibus; qui, niſi Saxo fuiſſet, vocationem ipſi nunquam obtuliſſent.

10. PETR. HUSZTI, Res Trojanas An. 1569. collegit, & lingvâ Hungaricâ luci dedit, ſub titulo: *Aeneis*, az az, *a' Trójai Enéás dolgai.* Kolosv. 1624. 4.

11. BENED. ILOSVAI, Art. Lib. Mr, Paſtor ac Senior Albanus. §. 258. *n.* 1.

12. JOAN. JACOBINUS, (Nonne Vnitarius?) Civitatis Claudiopolitanæ Notarius. *Michaël*, Wajvoda Transalpinæ, § 110, ſuum in Transſilvania conſtituerat Secretarium; at ab eo defecit Nobiliumque exercitui nomen dedit. Fuit demûm Cancellarius *Moſis Székely*, quocum An. 1603, trucidatum legimus. *Cfr.* §. 110. Concinnavit Narrationem rerum in Transſilvania a Sigismundo Báthoreo Principe Transſilvaniæ geſtarum. §. 109. *n.* 6. anno ætatis ſuæ XXII. Edit. Claudiop. 1595. 8vo.

13. MART. *Sánta* KÁLMÁNTSEHI, Vir multijugis eruditionis, *Legum Doctor*, *Canonicus*, Scholæ Romano-Catholicæ Albenſis *Rector*, & An. 1538, in Colloquio Schæsburgenſi (§. 239. *n.* 1.) Arbiter. à Joanne Rege conſtitutus, ad Caſtra Calvinianorum tranſiit, dogmata eorum ingenti profectu in Hungaria & Transſilvania propagavit. *Cfr.* §. 221. *n.* 2. Factus Eccleſiaſtes Debrecinenſis, Munkátſenſis & poſtremò Beregſzáſzienſis, ubi interfectus eſt.

14. PETR. KÁROLYI §. 221. *n.* 3. Carolini in Hungaria natus ac primis Litteris imbutus, poſtmodùm extra Patriam peregrè profectus, in Academiis Germanicis circa An. 1563, ſtuduit. Reducem Schola Claudiopolitana honore *Lectoris* auctavit. An. 1569, Profeſſor Scholæ & Paſtor Eccleſiæ Váradenſis; An. 1572, Superintendens Cis- & Vltra-Tibiſcanus creatus. Verſantur in publica luce ejus 1.) *Elementa Grammatices Græcæ*, 2.) *Perſpicua Explicatio Orthodoxæ Fidei, de Vno Vero Deo, P. F. & Sp. Sancto, adverſùs blaſphemos G. Blandratæ, F. Davidis errores, Libris duobus comprehenſa.* Viteb. 1571. 8. Huic, *Sommerus* oppoſuit Refutationem, An. 1582, Ingolſtadii (revera Claudiopoli) evulgatam. §. 264. *n.* 1. 3.) *Bonus Paſtor*, ſeu: *Paſtoris optimus vivendi agendique modus.* An. 1570. 8. Lingvâ vernaculâ: 4.) Sacri Sermones de Fidei Articulis. 5.) Libellus de Morte, Reſurrectione & Vita æternâ. 6.) De Proſodia Libri 2. & Liber 1. de re Poëtica; 8vo. Tantum Virum An. 1586, mors demeſſuit.

15. SEB. KÁROLYI, priori vitæ ſuæ periodo Romanis Sacris addictus, Doctor Legum, Canonicus Albenſis & Scholæ ibidem Rector A. 1543, in Colloquio item Religioſo Schæsburgenſi (§. 239. *n.* 1.) Arbiter. Ab A. 1550, V. D. M. Primarius Eccleſiæ Helveticæ Confeſſionis in Oppido Száſzváros; Diſputationis Albenſis An. 1568. Arbiter. (§. 221. *n.* 1.)

16. SIG. D. KASSAI, Rector Scholarum, Albenſis & Váradenſis. §. 258. *n.* 1.

17. VAL. F. KOLOSVÁRI, Claudiopoli ortus, ibidemque, in ſerperaſtro quaſi, primis humanæ eruditionis præceptis imbutus eſt. Scholas poſtea

f. 271.

ſtea Germanico ſole lucentes adiit, ac A. 1555. Philip. Melanctonem Vitebergæ audivit; unde redux Cathedram Tordenſem adeptus eſt.

18. WOLF. KOVÁCSÓTZI, (quem *Lupum* K. quidam ſcribunt; antiquiore ſcriptione, qua ipſemet quoque utebatur, *Kovåchoczi*: politioribus Europæ partibus, Academiisque Italicis, Gallicis & Germanicis perluſtratis, in Hungariam rediit, Principibusque Báthoriis Stephano ac Chriſtophoro de meliori cognitus, in Transſilvaniam accitus eſt, A. 1578. Splendidis muniis ac Legationibus probatus, Conſiliariusque & Transſilvaniæ Cancellarius renunciatus, conjugem ſibi A. 1593. impetravit Chriſtinam, Natam *Alexandri Kendi*, magni Herois & Transſilvaniæ antea Cancellarii. Sed, fatum triſte! eum, *Balthaſaremque Bátori* Congenerum, & Socerum *Alexandrum Kendi*, cum aliis Optimatibus, Princeps imberbis, Sig. Báthori, A. 1594. perimi juſſit innocentes. §. 109. *n.* Vid W. *Bethlen Hiſt. p.* 499. Hujus fuit natus *Steph. Kovácſótzi*, Principe Gabriele Bethlen, Transſilvaniæ Cancellarius, erudita laude dignus. *Wolffgangi* prodiit in lucem: *Dialogus de adminiſtratione*, ſeu *forma Regiminis in Transſilvania*, Claudiopoli 1584.

19. PETR. TS. LASKAI, Baroviæ in Hungaria progeneratus, ac in Transſilvania educatus, ope Evergetæ ſui *Alexandri Kendi* (*n.* 18.) ad exteras profectus eſt Academias, quas trinis vicibus, per Germaniam, Helvetiam, Italiam, Galliam, feliciſſimo in Lingvis ac Scientiis progreſſu, frequentavit. Ex emporiis Scientiarum reverſus, Scholæ Maros-Váſárhelyenſi circa An. 1582. præfuit, indeque ad Cathedram Paſtoritiam Fagaraſinum

§. 271.

vocatus est. Cum immortali nominis sui laude luci exposuit: 1.) *Speculum exilii & indigentiæ nostræ.* Sive: *Libellus de invocatione & adoratione Dei.* Coronæ 1581. 8. 2.) *Nablium Præcanum, in quo Illustrium aliquot Transsilvaniæ Heroum laudes decantantur.* 1581. 3.) *Theoremata de puro Dei verbo.* Genevæ 1584. 8. 4.) *Pigmentum Orig. Jes.* Genevæ 1584. 8. 5.) *Tractatus de Homine.* Viteb. 1585. 8.

20. ALB. MOLNÁR, (Patre *Alberto*, Avo *Francisco*, Proavo *Joanne*, qui Siculus Transsilvanus, inter Milites Matthiæ I. Regis egit, & postmodùm Marti valedicens, Molendinum juxta Danubium struxit, ideoque nomen *Molnár*; i. e. Molitoris adeptus fuit) in Oppido Hungariæ *Szentz* A. 1564. 1. Sept. prognatus, anno ætatis 12^mo^, Patriæ suæ valedixit, & studuit *Jaurini*, *Göntzini*, *Cassoviæ*, tandem *Debrecini* & *Váradini*. Profectus inde ad exteras oras, studia sua auxit, *Vitebergæ*, *Argentinæ* (isthìc Baccalaureus salutatus) *Heidelbergæ*, *Romæ*, *Altorfii*, *Marburgi*, *Herbornæ*, *Ambergæ* &c. Vocationem ad Professoratum Sáros-Patakensem An. 1598; ad Albensem, Principatum tenente Gabriele Bethlen, recusavit; & *Oppenheimi* Rectoriam Scholæ amplexus est. Quum tamen, An. 1629, iteratis Principis Bethlenii vocationibus officium præstiturus, Albam Juliam tenderet, jamque sua cum Familia Hungariæ ageret; mortuo interim Principe, Scholæ Albanæ non est admotus, sed Claudiopoli habitationem fixit. Sic scilicet novissimum *Molnári* ex Germania reditum consignavimus ex Clar. *Bodio*: hoc tamen alienum à certo videtur; nisi Molnarus A. 1625. in Hungaria agens, Germaniam postea repetiverit,

§. 271. [illegible]

rit, denuòque dicto anno 1629no, ad patrios Lares reverterit. Conſtat enim, ex Epiſtola Dedicatoria, *Conſecrationis Templi Békéſienſis*, ad Illuſtrem Dominum *Nicolaum Monaki* & Vitæ ejus Conſortem *Annam Czitneki*, vtpote, quorum pia munificentiâ Templum excitatum fuerat, data; *Albertum Molnár* degiſſe A. 1625. *Caſſoviæ* in Hungaria, ſic volente Principe Bethlenio; &, vt conjecturæ fidem facit F. A. *Lampe* pag. 572, Scholæ præfuiſſe. Concludamus igitur, ante An. 1625, Molnarum Germaniæ nuntium remiſiſſe. Clariſſimus quoque p. m. *Petr. Bod*, datis ad me An. 1768. Literis, confitebatur, nunquam *Dedicationem* dicti Templi vidiſſe, videre verò & de Molnaro cognoſcere vel maximè velle: vidit etiam ſibi à me commodatam. *Molnarus* autem, variis, eruditè ſcriptis partim, partim in Hungaricum translatis, & editis, extra & intra Patriam, Operibus, maximè inclaruit. Inter *Latina* ejus Scripta inveniuntur: 1) *Lexicon Latino-Græco-Ungaricum*, & *Vngarico Latinum*. 2.) *Grammatica* Lingvæ Hungaricæ, Hannoviæ, 1610. Lingvâ maternâ donavit: 3.) *Poſtillam Sculteticam*, Oppenheimi 1617. 4. 4.) *Jubilæum An.* 1617. *Heidelbergæ celebratum.* Edit. Oppenheimi 1618. 4. 5.) *Pſalmos Davidis* ad melodias Gallicas vernaculâ aptavit, An. 1607. 6.) *Catecheſin Palatinam*, cum *Agenda Belgica*, An. 1608. 8. vulgavit: Catecheſin quidem ex Verſione, quâ utimur, *Franciſci Száráſi*, ſed compluribus locis à ſe politâ. 7.) *Inſtitutionem Chriſtianæ Religionis*, *Joannis Calvini*, Hannoviæ 1624. 8. 8.) *Tractatum de Summo Bono*, *Joannis Ciegleri*, Leuſchoviæ 1630. 4. 9.) Libellum Precum Calvinianarum. Hanoviæ 1621. 8.

Y 5 10.)

§.271.

10.) *Conſecrationem Templi* novi *Bekeſienſis*. Totum Opus 16, plagulis abſolutum, decem Sectionibus diſtingvitur: quarum quinque ſunt Conciones: harum quartam ipſe Molnarus, ex Opere Germanico Abrahami Sculteti, in popularem lingvam transfudit; ceteras à diverſis V. D. Miniſtris recitatas collegit, & edidit, Caſſoviæ A. 1625. 8, ſub titulo: *Conſecratio Templi novi*, az az, *az újonnan fel-építetett Bekeczi Templomnak dedicaláſa, és meg-ſzentelésekor, ſok Fö Népeknek, Nemes Vraknak, Tanítóknak és Köz-Rendeknek gyüleketiben ez 1625. Eſztendönek elſö napján tétetett Prédikátziók, ſa't.* Huic Opuſculo adnexum eſt, Conſilium ad Conjuges diverſæ Religionis, *Petri Molinæi*, à Molnaro converſum, quod inſcribitur: 11.) *Hívſéges és Idveſſéges Tanáts Adás, az oly Házaſſágról, mely két ellenkezö Religion való Személyek közt léſzen.* 12.) *Dedicatio Sacelli Caſſovienſis*, ex Eſa. 56. 7. prima hujus pagina deeſt quidem; puto tamen, *Molnarum* Auctorem agnoſcere. 13.) Maximè demùm celebratur induſtria Molnáriana, in duplici editione *S. Bibliorum Hungaricorum*, v. l. Hannoviæ 1608. Oppenheimi 1612. Haud remunerante Patriâ; noſter Molnarus, in magna rerum inopia, extremum diem Claudiopoli clauſit, vxori è ſtirpe Germanica oriundæ, & duobus (vt refertur) liberis, dignam commiſſeratione orbitatem relinquens; cujus Manibus Celeberrimi duo, *Collegii Albenſis* Profeſſores, lugubri Carmine parentarunt. *Jo. Henr.* ALSTEDIVS quidem;

Hungariæ cunas, curas calami thalamique
Debeo *Teutoniæ*; *Dacia* dat tumulum.

Joan.

§.271. ...

Joan. Henricus BISTERFELDIVS, inter cetera, hoc disticho luxit:

> *Musa mihi favit, sed non fortuna, fuitque*
> *Teutonia auxilium, sed Patria exilium.*

21. GREG. MÓLNÁR, An. 1553, Vitebergæ Litteris operam navavit. In Patriam remigrans, munus Lectoris in Schola Claudiopolitana obivit, ad An. 1558, quem habuit ultimum. Edidit, *Elementa Grammaticæ Latinæ pro recta Scholasticæ Juventutis institutione, ex præcipuis Grammaticorum Præceptis*, Claudiopoli 1556. 8. Omnium fermè in Hungaria & Transsilvania Religionum juventus, hanc omnino Grammaticam, ad præsentia propemodùm tempora, manibus trivit. *Cfr.* §. 258. *n.* 5. Fuit etiam ab *Alberto Molnár*, cum aliqua emendatione edita, *Norimbergæ*, circa An. 1604. Conf. §. 275. n. 2. vid. p. 594.

22. ANDR. SÁNDOR §. 233. *n.* 1.) Parochus Dévensis, singularem in Disputatione Albana (§. 221. *n.* 3.) consecutus est laudem. Pugnavit contra Antitrinitarios invincibiliter. Disputationes hunc inter & *Stephanum Tsászmai* Antitrinitarium fuêre complures. Scripta eorum, quæ reliquêre, sunt valdè rara.

23. STEPH. F. SZATHMÁRI Claudiopolitanus, varia de Mulieribus Virginibusque exempla collegit, & Hungarico Carmine expressit, sub Latino titulo: *Historia ex Partenii Nicensis amatoriis affectionibus collecta.* Kolosv. 1577. 4.

24. STEPH. SZÉKELY, in vico Bentzéd Sedis Siculicalis Udvarhely, primam lucem adspexit; at in Hungaria potiorem vitæ partem transegit. Ab ejus industria profluxêre: 1.) *Keresztyénségnek*

funda-

§. 271. MSS.

fundamentomáról való tanuság. Craccoviæ 1538. Id eſt, fundamenta Chriſtianitatis, quæ ipſe Rector tum Scholæ Szikſzaienſis ſcripſit. 2.) *Hymnos* Latinos, Hungaricos fecit, & typis ſubjecit, Craccoviæ 1538. 3.) *Kereſztyénſég Fundamentuma,* 1544. 8. 4.) *Hit Fundamentuma.* 1546. 8. 5.) *Pſalmos* in Hungaricum convertit, & in vulgus miſit, Crac. 1548. 6.) *Chronica Mundi.* Krakkóban 1558. 4. Opus Hungaricum, titulo Latino, quod edidit jam tum Eccleſiaſtes Göntzinus. vi

25. JOAN. SZILVÁSI, in Oppido Dés natus, ac Religione antitrinitaria imbutus, nuntium eidem Fidei remiſit, annoque 1588. Argentinam ſalutavit: patientem ibi alibique aurem culturæ commodavit, & non vulgarem eruditionem in Patriam reportavit. An. 1591, Synodum Generalem Maros-Váſárhelyini celebratam, panegyrica cohoneſtavit Oratione, quæ Cibinii prelum reperit. *Vide de eo* §. 274. *n.* 6.

26. *Andr. Valkai*, e Tractu Kalota Comitatûs Kolos oriundus, Hungarico Poëticoque ſtilo exaravit: 1.) *Chronica,* vagy: *Szép Hiſtorias Ének, miképen Károly Tsáſzár hadakozott Afrikában Barbaroſa Baſa ellen* &c. 1571. 2.) *Chronica,* - - *miképen Háriádenus Tengeri Tolvaj Barbaroſa Baſává lett,* Koloſv. 1573. 4. 3.) *Chronica, melyben meg-iratik Prieſter Johannes*, Koloſv. 1573.

27. STEPH. ZAMOSIUS, Hung. *Szamoſi Iſtván,* (quem aliqui *Samoſcium*, alii Samoſium vocant: rectiùs verò ſcriberent *Szamoſium*, Z veterum valente in lingvâ noſtrâ hodiernum *Sz.*) collegit curâ laudabili, & poſterorum uſibus conceſſit: *Analecta Lapidum vetuſtorum & nonnullarum in Dacia Antiquitatum*, Patav. 1593. 8. Librum ejus,

de

vid. p. 594.

§. 272. -555.

de Originibus Hungaricis, Toppeltino aliisque visum, nobis videre datum non eſt.

§. CCLXXII.

3. AVGVSTANAE CONFESSIONI ADDICTI: Leonhardus *Baſilius*, Sebaſtianus *Bauzner*, Thomas *Bomel*, Martinus *Brenner*, Georg. *Deidrich*, Matthias *Fronius*, Matthias *Heblerus*, Leonhardus *Hermann*, Joan. *Honterus*, Mich. *Horvát*, Paul. *Kertzius*, Paul. *Kyr*, Daniel *Reipchius*, Chriſtianus *Scheſæus*, Mich. *Sigle rus*, Valent. *Wagner*.

1. LEONH. BASILIVS, Gymnaſium Cibinienſe moderatus, Diſputationes Theologicas compoſuit, easque primus ille Cibinii excudi curavit, An. 1594.

2. SEBAST. BAVZNER, Art. Lib. Mag. & Med. Dr, Coronæ artem Galenicam tractavit, ibidemque Tractatum de Peſte elucubravit, quem exire paſſus eſt Cibinii, An. 1550. 8.

3. THOM. BOMEL Coronenſis; quem egregium fuiſſe Virum, teſtati ſunt Status Transſilvaniæ, dum An. 1555, Legatos ad Ferdinandum deligunt, qui Suæ Majeſtati referrent, Transſilvanos neceſſitate adigi ad amplectendum denuò pro Principe Joannem Sigismundum; tùm *Ladislao Kemény* & *Joanni Sombori* Proceribus, tertium jungunt *Thomam*. Poſteritati profuit, *Chronologiâ Rerum Hungaricarum.* Coronæ 1555. 4; quâ res memorabiles, ab ingreſſu Hunnorum in Pannoniam, ad An. 1554. delineavit.

4. Mar-

§. 272.

4. Martinus Brenner, Saxo Transsilvanus Bistriciensis, positis in Patria studiorum fundamentis; Viennæ Austriæ & Basileæ circa An. 1540. sublimioribus se scientiis imbuit. Primus fuit, qui *Ant. Bonfinii* tres priores *Decades*, una cum coronide *Michaelis Ritii*, *P. Callimachi Experientiis*, & *T. Alexandri Cortesii* in lucem edidit, quas excudit Robertus Winter Basileæ 1543. fol. Edidit etiam *Aurelii Brandolini*, cognomento *Lippi Dialogum*. Quibus aliisque perennem nomini suo memoriam conciliavit.

5. *Georg. Deidrich*, Pastoris Lutherani *Teke*ensis filius, Bistricii, Claudiopoli, & maximè Sáros-Patakini, progressum in studiis fecit, ac demùm Argentinam pro sublimioribus adiit. Suum illud iter, à *Teke* usque *Argentinam* & historiam mortis *Beutheri* Professoris Argentinensis, felici venâ, Carmine complexus est, ac An. 1589, Argentinæ in lucem edidit. An. 1591, *Lectorem* in Celebri Schola Cibiniensi egit, nonnullaque Carmina vulgavit.

6. MATTH. FRONIVS, Rector Scholæ, & Senator Notariusque Civitatis Coronensis, §. 154. *n.* 1. §. 264. *n.* 1.

7. MATTH. HEBLERVS Pastor Cibiniensis ab An. 1554, & Superintendens, §. 240. 6. Varias cum Calvinianis disputationes, in negotio S. Cœnæ Dominicæ seruit. Ei etiam tribuitur Confessio XIV. punctis absoluta, quam Decreto Principis præcipuarum Germaniæ Academiarum judiciis An. 1561. subjectam fuisse, §. 221. *n.* 2. innuimus.

8. LEONHARD. HERMANN Szász-Régenensis, titulum Philosophiæ Magistri, Francofurti ad Viadrum

drum

§. 272. ·

drum, promeritus est. *Disputationes* X. luci exposuit, Franc. ad Viadr. 1596. 4. Stephano Botskai, Principis Sig. Bátori tum Aulæ Magistro, post Transsilvaniæ Principi dicatas.

9. Magister JOANNES HONTERVS Coronâ-Transsilvanus, Orbi Litterato sic satis notus, Patre usus est *Georgio Gras*, ipse tamen cognomen *Grasii* haud retinuit: nam, sicut auditione accepimus, Posteris etiam Honteri adfirmantibus, occasione quadam, Noster fluvio fermè mersus, deflexæ è ripa, confestimque spem inter & metum manibus adprehensæ Sambuci beneficio Neptunio evasit è carcere, suæque in Deum gratitudinis testandæ causa, sese à *Sambuco*, quæ Germanis Holunder, & Saxonibus nostris antiquioribus Honter audit, *Honterum* dici voluit. Is, disciplinis in solo natali adquisitis haud satiatus, Craccoviam Poloniæ, & mox inde Basileam ivit, omnique Scientiarum genere ita animum excoluit, vt vel hostes in eo virtutem laudarent, eumque Theologum, Historicum, Poëtam, Oratorem, Mathematicum, Astronomum & Geographum suspicerent. Redux in Patriam, quæ gesserit, §. 221. n. 1. docuimus. Scripta multa elucubravit, (& quædam ex Græco convertit) quorum præcipua sunt: 1.) *De Cosmographiæ Rudimentis Libri* 2. Basil. 1534. 4. 2.) *Rudimentorum Cosmographicorum Libr. IV. Hexametris Versibus elegantissimè descripti*, Basil. 1535. 4. 3.) *Enchiridion Cosmographicum cum elegantissimis Tabulis.* Tiguri 1537. 8. 4.) *Compendium Juris Civilis in usum Civitatum & Sedium Saxonicarum in Transsilvania collectum.* An. 1544. 8. 5.) *Libellus Reformationis*, an. 1545. & 1547. An. 1549. 23. Jan. brevi vitâ defunctus est.

Io. Mich.

rd. p. 595

10. MICH. HORVÁTH gente Hungarus, (ceteris hac Classe Saxonibus) Phil. Melanctonis, A. 1548, Vitebergæ Discipulus, postea Pastor, in Patria, Hadadensis & Archi-Diaconus Silvanus.

11. PAVLVS KERZIUS, Med. Dr, Coronæ, vergente ad finem Seculo XVto, Celeberrimus. Discordia huic cum *Daniele Reipch* A. 1585. contigerat. Reipchius enim, Diaconus Coronensis, in Concione publicè adserebat, Corpus Christi Divinitati exæquatum, infinitum & ubique esse: cui se *Titus Apus Bognerus*, ex Doctore Vtriusque JurisPastor Coronensis, cum reliquis Theologis Coronensium, & Kertzio, vt par erat, opponebant. (*Vid. Georg. Haner p.* 305.) Sententiam Reipchius, in Synodo Birthalbensi, revocavit, anno eodem; at postmodùm, mortuo *Kertzio*, eandem suscitavit opinionem, struxitque Librum Sarcasmis scatentem, *Anti-Kertzius* dictum.

12. PAVL. KYR, Med. Dr, apud Coronenses circa An. 1550, cujus Opera prodierunt: 1.) *Sanitatis Studium ad Imitationem Aphorismorum compositum.* 2.) *Alimentorum vires, breviter & Ordine Alphabetico positæ.* Coronæ, 1551. 8. vid. p. 698.

13. DANIEL REIPCHIVS, Coronensis (*n.* 11.) hæc reliquit Opera manu scripta: 1.) *Antikertius.* 2.) Kleinod und Ehren-Kranz der Löblichen Stadt Cron, wie auch der andern Sächsischen Städte in Siebenbürgen.

14. CHRIST. SCHESAEVS, patriâ Mediensis, Poëta Baccal. Patriam ex Germania repetens, ibi, quoad vixit, Sacro functus est Officio. Mortuus An. 1587. 29. Jul. Ejus exstant: 1.) *Ruinæ Pannonicæ* Viteb. 1571. 4. 2.) *Oratio de origine reparatæ & propagatæ Cœlestis Doctrinæ in Tr.*

&

§. 273. ·𝔊𝔯𝔰.𝔄

& vicina Hungaria; recitavit in Synodo Birthalbini. 8. Maji An. 1580. celebrata. 3.) *Psalm. XC, Sacris Meditationibus expositus*, An. 1580.

15. MICH. SIGLER, Notarius Cibiniensis, dedit & Stephano Bátori consecravit, *Chronologiam Rerum Hungaricarum & Transsilvanicarum, ab* An. 360, ad An. 1563. Vide apud Belium in Adparatu.

16. VAL. WAGNER, AA. LL. & Philosophiæ Magister. Rector primùm, post Ecclesiastes Coronensis; §. 221. *n.* 1. Item, §. 264. *n.* 1. v.p.698.

§. CCLXXIII.

4. VNITARII: Stephanus *Basilius*, Nicol. Fazakas *Bogáti*, Franciscus *Davidis*, Demetrius *Csanádi*, Steph. *Csázmai*, Georgius *Enyedi*, Demetrius *Húnyadi*, Joannes *Sommerus*.

1. ST. BASILIVS, Claudiopoli natus & Litteris initiatus, Vitebergæ ab An. 1549, ad An. 1555, se in Scientiis exercuit. Reversus in natalem Civitatem, in Schola Calvinianorum aliquamdiu professionibus vacavit, at mox cum Georgio Blandrata & Francisco Davidis se socians, manam de SS. Trinitate Confessionem dereliquit, tantamque in propagandis Antitrinitariorum dogmatibus hac Provincia, quantam non ambo *Blandrata* & *Davidis*, operam præstitit. *Claudiopoli* atque *Tordæ* Pastoris functus est officio. *Scripta* ejus: 1.) Explicatio Symb. Apostolici, sub titulo: *Az Apostoli Credonak rövid magyarázatja a' Sz. Irás folyása szerint, irattatott a' Kolosvári Prédikátor Basilius István-*

vántól. Fejérvár. 1568. 4. 2.) Queſtiones de Fide Chriſt. quæ inſcribuntur: *Egy nehány Kérdések a' Keresztyén igaz Hitről.* Albæ Juliæ 1568. 4. 3.) Inſuper, Reſponſiones in Loca V. & N. Teſtamenti, quibus Fides de SS. Triade adſtruitur, elucubravit; quas poſtmodùm *Georg. Enyedi* ampliatas, cum magna nominis ſui innoteſcentiâ, luce publicâ donavit. *n.* 6. & §. 277. *n.* 6.

2. NIC. F. BOGÁTI, V. D. M. Szent-Demeterenſis, condidit Hiſtòriam de probis Mulieribus, lingvâ populari, inſcriptam: *Szép Hiſtoria a' tökéletes Aſzſzonyi állatokról, melyet a' Plutarkusból fordított Magyar nyelvre.* Koloſv. 1577. 4. Commentatus fuit etiam in Apocalypſin Jo. Theologi; ſed Scriptum manſit ineditum.

3. FR. DAVIDIS, Paſtor & Superintendens Claudiopolitanus, §. 221. *n.* 3. & §. 245. *n.* 1. Varia, tam Latinâ, quam Hungaricâ Lingvâ, luci expoſuit Scripta. *Latina* ſunt: 1.) *Dialyſis Scripti Stanchari contra primum Articulum Synodi Székienſis, qui de Doctrina controvertitur.* Claudiop. 1555. 8. 2.) *Refutatio Scripti Petri Melii,* Albæ-Juliæ 1567. 4. 3.) *Demonſtratio falſitatis Doctrinæ Petri Melii & reliquorum Sophiſtarum per Antitheſes.* 4to. 4.) *Brevis enarratio Diſputationis Albanæ de Deo Trino & Chriſto duplici,* 1568, *coram Eccleſia Albæ Juliæ.* 4to 5.) *Litteræ Convocatoriæ ad Seniores Eccleſiarum Superioris & Inferioris Pannoniæ, ad indictam Synodum Tordanam, ad* 3. *Martii diem, additis Theſibus ibidem diſputandis.* Albæ-Juliæ 1568. 4. 6.) *Confeſſio edita XIII. Apr. An.* 1579, *in Conventu Tordenſi. Hungarica* exſtant: 7.) *Rövid Út mutatás az Iſtennek Igéjének igaz értelmére, moſtani Sz. Háromſágról támadott Vélekedésnek meg-fejtésére* -- Albæ-Juliæ

J. 273 . . .

Juliæ 1567. 4. 8.) *Rövid. Magyarázat, miképen az Antikriſtus az igaz Iſtenröl való Tudományt meg-homályoſitotta.* A. Juliæ 1567. 4. 9.) *A' Sz. Irásnak fundamentumából vett Magyarázat, a' Jéſus Kriſtus ról, és az Ö igaz Iſtenſégéröl.* A. Jul. 1568. 4. 10.) *Az Atya Iſtenröl, Jéſus Kriſtusról es a' Sz. Lélekröl hetven-egy Prédikátziók.* A. Juliæ 1569. Fol. 11.) *Váradi Diſputationak - - - igazán való elö-ſzámlálása.* Koloſv. 1569. 4. 12.) *Az egy Magától való Felséges Iſtenröl és az ö igaz Fiáról - -* Koloſv. 1571. 4. 13.) *Az egy Atya Iſtennek, és az ö áldott Sz. Fiának a' Jéſus Kriſtusnak Iſtenſégéröl igaz Vallás-tétel.* Koloſv. 1571. 4. Dicatum Conſiliario Caſparo Békés de Kornyát.

4. DEM. CSANÁDI ſ. *Tsanádi*, Vitam Joannis II^di^ Transſilvaniæ Principis, Carmine Hungarico expreſſit, at Operi titulum Latinum fecit: *Hiſtoria de Vita, morte, vniverſaque fortunæ alea Illuſtris Principis ac D. D. Joannis Secundi, Regis Hung. Dalm. Croat. Dei Gratia electi, per Demetrium Tsanádium, in gratiam ſuæ Gentis ſtudiosè collecta.* Debrecini 1577. 4.

5. ST. CSÁSZMAI ſ. *Tsáſzmai*, Parochus Vnitarius Albæ-Julienſis, Blandratæ aliorumque ſocius, Diſputationibus Albanæ & Váradenſi interfuit. (§. 221. *n.* 3.) Pugnavit contra Doctrinam SS. Trinitatis, Librumque adverſus *Andream Sándor* edidit: *Tordai Sándor András irására való Felelet.* Albæ-Juliæ, 1568. 4.

6. GEORG. ENYEDI, Superintendens, §. 245. *n.* 1. 1) Viennæ agens, A. 1574, ex Latino in Hungaricum convertit, metrisque cecinit *Hiſtoriam Gismundæ*, quæ prodiit, Debrecini 1577. 4. 2.) *Explicationes Locorum Scripturæ Veteris & No-*

§. 273. 274.

vi Testamenti, ex quibus Trinitatis Dogma stabiliri solet. Autore Georgio Eniedi Superintendente. Opus ab Auctoris amicis, post ejus fata, sine loco & tempore editionis, vulgatum. *Conf. n.* 1. & §. 277. *n.* 6.

7. DEM. HÚNYADI, Superintendens, (§. 245. *n.* 1.) Claudiopoli, An. 1592, 5. Jul. in Suggesto apoplexia tactus, & altero die vivis exemtus est.

8. JO. SOMMER, Pirnensis, indigenatum in Transsilvania nactus, Rectoris (ad extremùm) Claudiopolitani, munus obiit. *Cfr.* §. 264. 1.

II. Seculo XVII^mo.

§. CCLXXIV.

1. ROMANO-CATHOLICI, hoc Seculo, Scriptis inclaruêre Georgius *Forró*, Joannes *Haller*, Andreas *Ilyes*, Michaël *Oroszhegyi*, Joannes *Szilvási*. Quibus adde Nicolaum *Bogáti*, Nobilem sanguine & Poësi Virum, An. 1603. fato functum.

1. GEORG. FORRÓ, Transsilvaniâ oriundus, primus Academiæ Tyrnaviensis in Hungaria Rector, An. 1641, æt. 72. mortuus, tria Concionum Volumina post se reliquit.

2. JO. LIB. B. HALLER de *Hallerstein*, (*Haller-kö*) Origine Germanus Norimbergensis. Primus Illustr. Familiæ Hallerianæ in Transsilvania Fundator ac Parens fuit D. *Petrus Haller* Norimbergensis, qui, dum Ferdinandus I. Transsilvaniam sibi ex pactis

con-

§. 274. 4483.

conventis debitam occupaturus, Castaldum Copiarum ducem, cum aliquot suorum millibus adversus Isabellam, An. 1551. misit; Cæsareo in Exercitu Supremi Commissarii Bellici munere fungebatur. Petrum, jam inde ab An. 1526, singulari fide & Officio sibi probatum, Ferdinandus, An. 1551. Consulem Cibiniensem ac suum Consiliarium creavit, & duobus post annis, ampla Possessione *Fejéregyház & Longodár*, nec non Possessione Portionaria in Balástelke donavit. Et Isabella, cum vertente fortunâ, An. 1556, auxiliantibus Turcis, ad Transsilvaniæ habenas rediisset, altero anno *Petrum* H. collatâ à Ferdinando omni Præfecturâ fungi jussit: insuper Possessiones illi tranquillas ac liberas, confecto ritè instrumento reliquit. Petrus quidem An. 1570, 12. Dec. Cibinii decessit; at reliquit Familiam Inclitam & Heredes, doctiori Transsilvaniæ notos. Non ultimus eorum fuit, Ill. *Joannes* Noster, quem, suum Consiliarium & Comitatûs Tordensis Supr. Comitem, Princeps Apafius I. carceri in arce Fagaras inclusum tenuit: ubi is animo usus erecto, sumsit calamum scriptorium, res gestas M. Alexandri, Trojæ excidium, & Parabolas numerosas, in Lingvam Hungaricam convertit; quibus titulum præfixit: *Hármas Historia.* (id est: *Tripla Historia.*) Opus plurimis expetitum, primò lucem vidit, Claudiopoli, 1695. 4. Post etiam recusum. Eius etiam est Opus sat vastum, quod à *Jac. Coreno* in Hungaricum mutuatus, insignitum: *Békességes-türésnek Paysa*, (i. e. *Tolerantiæ Clypeus*) excudi fecit, *a' Tsiki Kalastromban*, 1682. 4. Cfr. §. 275. 25.

§.274.

3. ANDR. ILYÉS, ex Canonico Poſonenſi Epiſcopus Albenſis, §. 225. *n.* 2. Scripta, quæ publicavit, ſunt: 1.) *Szentek élete*, i. e. Vita Sactorum, Italicè ac Hungaricè. 2.) *Verbum abbreviatum*, LXXIV. Conciones Feſtales, Viennæ 1693. 4. 3.) In Hungaricum transfudit, Libros Alphonſi Roderici de exercitio Virtutum Chriſtianarum. 4.) Libros item Nic. Avancini, de Vita & Doctrina Chriſti.

5. MICH. OROZHEGYI, ex Zetelaka Sedis ſic. Udvarhely oriundus, Carmen faventibus Muſis, Lingva Latina cecinit, de utilitate *Pini*, & deliciis Fabrorum Scandulariorum. Edit. 1655.

6. JOANNIS SZILVÁSI §. 271. *n.* 25. meminimus; qui, ut probabile eſt, non alius fuit, quàm denuò quem commemoramus: huc tamen etiam transtulimus, quod hujus quoque Seculi initio incolumem eum fuiſſe didicerimus. Religionem Calvinianam mutaſſe Szilvaſium, teſtatur, quem edidit, Liber, ſic inſcriptus: *Antiquitas & perpetua duratio Fidei Catholicæ.* ſeu, *Tabulæ Teſtimoniorum ex Sacris Libris, & Sanctorum Patrum Scriptis, ſervata ſerie temporis petitorum, de octo magnis in Fide Controverſiis. - - Collectæ per JOANNEM SZILVÁSI Concionatorem Catholicum.* Claudiopoli Typis Heltanis, An. Domini 1597. 4. Approbarunt Librum, imprimendique facultatem concesserunt: *Petrus Maiorius* Societatis IESV, Viceprovincialis in Tranſylvania, Claudiopoli 5. Maji 1597, & *A. Epiſcopus Cerviæ*, Nuncius Apoſtolicus, Albæ Juliæ, 29. Apr. 1597. Dicavit, *Sereniſſimo Principi ac Domino*, D. *SIGISMVNDO*, *Tranſylvaniæ*, *Moldaviæ*, *Valachiæ Transalpinæ*, & *Sacri Romani Imperii Principi*, *Partium*

Vuga-

Vngariæ Domino, *& Siculorum Comiti.* Epiſtolam Dedicatoriam his clauſit: *Sriptum in arce Gyalu, nunc rurſùs, dono & pietate Sereu. V.* (i. e. Serenitatis Veſtræ) *Epiſcopali*, *A. D.* 1597. 10. *Apr.* Scilicet, Arx Gyalu Epiſcopalis olim fuit; & decimæ in Kalotaſzeg (Diſtrictu) ad Epiſcopatum & Capitulum Váradenſe pertinuêre; ac licet A. 1554, in Feſto Converſionis S. Pauli, in Conventu publico decretum fuerit, vt decimæ eæ inter Nobiles ejus loci ſubdividantur quidem, ſed certa Arenda Epiſcopatui; juxta morem antea inductum, ſolvi debeat: nihilo tamen minus ademtæ Epiſcopatui fuerant, (*Conf.* §. 225. *n.* 2.) & An. 1558., Feſto B. Michaëlis Diætaliter concluſum: *Decimas Diſtrictûs Kalotaſzeg* (in quo & Gyalu ſituatur) *quicunque perceperint; earum pretium Principibus ex tunc reddant.* Nulla itaque tunc Jura, Epiſcopatui Albenſi & Váradenſi, in Transſilvania, relicta: ſed Sigismundo Bátori ad clavum Reipublicæ ſedente, Epiſcopatus quadantenùs erat reſtauratus, & cum exitu Seculi XVIti, *Gyalu*, pro reſidentia Epiſcopi *Demetrii Nâbrádi* deſignata. Huc ergo digitum intendit Szilvaſius; qui ſimul fatetur, in *Epiſtola ad Lectorem*, ſe priorem Religionem abdicaſſe, & Romano-Catholicam ſuſcepiſſe. Dicit enim: *Feci*, *vt rationem reddam ſcire volentibus*, *cur in placitis nec Franciſci Davidis & ejus ſectatorum*, *nec Calvini permanſerim*, *ſed ad Eccleſiæ Rom. gremium confugerim &c.* Poſtquam de *Szilváſio* cogitationes abſolviſſem; tum certò edoctus ſum, ex Libro Eccleſiæ *Száſzváro-ſenſis*, hunc fuiſſe eundem, de quo §. 271. not. 25. ſcriptum eſt; exſtitiſſeque Paſtorem Száſzváróſenſem (Saxopolitanum) uſque ad Annum

§. 275. ·ᛉᛋᛋ.ᚼ

1595. quo Romano-Catholicæ Religioni se addixit.

§. CCLXXV.

2. HELV. CONFES. ADDICTI: Andreas *Almási*, Petr. *Alvintzi*, Mich. *Apafi*, Joannes Csere *Apátzai*, Matthias *Aszalai*, Joan *Bádo*, Sam. *Bándi*, Georg. *Bátai*, Gabr. *Bethlen*, Joan. *Bethlen*, Nicol. *Bethlen*, Wolffgangus *Bethlen*, Franc. *Belényesi*, Casparus *Bojti*, Thomas *Borsos*, Mich. *Búzinkai*, Petr. *Dengelegi*, Mart. *Dési*, Joan. *Enyedi*, Sam. *Enyedi*, Steph. *Eszeki*, Franc. *Fagarasi*, Paulus *Forró*, Steph. Katona *Gelei*, Gabr. *Haller*, Jacobus *Harsányi*, Joan. *Házi*, Steph. *Hegyesi*, Mart. *Hunyadi* Paul. *Jászberényi*, Joan. *Kemény*, Paul. *Keresztúri*, Joan. Dajka *Keserüi*, Joan. *Köröspataki*, Steph. *Kun*, Paulus Kováts *Lisznyai*, Georg. *Martonfalvi*, Paulus *Medjesi*, Steph. Nyílas *Melótai*, Franc. *Mikó*, Alexius *Mogyorosi*, Joan. *Nadányi*, Josephus *Nagy-Ari*, Mich. *Németi*, Sam. *Németi*, Emericus *P. Pápai*, Christophorus *Paskó*, Joan. Balog *Patai*, Steph. *Pataki*, Sigism. *Pernyeszi*, Simon *Pétsi*, Joan. *Pósaházi*, Georgius I. *Rákótzi*, Mich. Pál *Régeni*, Mich. *Sárpataki*, Steph. Balog *Selyei*, Ambrosius *Simigius*, Nicolaus

§. 275.

laus *Szalárdi*, Joannes *Szalárdi*, David *Szent-Györgyi*, Benedictus *Szent-Királyi*, Mich. *Szent-Miklósi*, Steph. *Szokólyai*, Steph. *Szomosközi*, Stephanus Nagy *Szö-nyi*, Martin. *Tályai*, Mich. *Teleki*, Mich. *Tófeus*, Steph. F. *Tolnai*, Nicol. Kis *Tótfalusi*, Steph. K. *Tsengeri*, Mich. *Tse-pregi*, Matthias *Váradi*, Steph. Matkó *Vásárhelyi*, Blasius *Uzoni*, Joan. *Zilahi*. Et eruditæ Feminæ: Susanna *Lorándsi*, Szidonia Catharina *Petrötzi*.

A. 1. ANDR. ALMÁSI, prætextatam ætatem Palladi Transsilvanæ consecravit; piis deinde sumtibus Illustris Musagetæ *Stephani Bethlen* de Iktar (§. 117.) Academias Batavas An. 1640. adiit, & Franequeræ, Libello, quem calamo, *de Fide Patrum V. Testamenti*, exaravit, monumentum ingenii sui condidit. Non longo post tempore edidit etiam Opusculum *de Tribus in D. Personis*.

2. PETR. ALVINTZI, Nagy-Enyedini in hanc lucem editus, & Váradini Classicis studiis instructus, dum major eum sciendi orexis urgeret, binis itineribus Academias Germanicas, Helveticas & Italicas perlustravit, eo in omni genere Scientiarum profectu, vt omnibus in Patria Doctis palmam præripuerit. An. 1603, Ministerio Verbi consecratus, ad clavum Celebris tum Scholæ Váradensis sedit, ibique Regulis Grammaticis *Gregorii Molnár* (§. 271. *n.* 21.) ad numeros poëticos reductis, in hunc fermè diem Juventuti Transsilvanæ Hungariæque discendas eas porrexit. Pau-

§.275. 2.15.A

cis interpositis annis Ecclesiastes Váradensis & Senior adjacentis Tractûs renunciatur, non diu his muneribus functurus: mox siquidem in florentissimam Ecclesiam Cassoviensem, ubi officio & vitâ functus est, transponitur. Plurimæ Petro, cum *Petro Pázmán* Missionario è Soc. J. Celebberrimo ac tandem Archi-Episcopo Strigoniensi, Hungariæ Primate, & Emin. S. R. E. Cardinale Eruditissimo, in negotio Religionis intercessêre, Disputationes; testibus editis in lucem utriusque Operibus. Alvintziana sunt: 1. *Postilla*, az az, *az Ur napjára rendeltett Evangyéliomokra irott Prédikátziók* T. 2. in 4to. Edit Cassoviæ 1633 & 1634. 2. *Rövid úti Predikátzio*, An. 1632. 3. *Felelet a' P. P. öt Leveleire*, i. e. Responsiones ad 5. Epistolas Petri Pazmani. (Epistolæ Pazmanianæ, quas populari lingvâ dederat, sunt recusæ Claudiopoli 1761. 12.) 4. *Itinerarium Catholicum.* An. 1616. 8. Opusculum Hungaricè concinnatum. 5. Dum An. 1628, exuviæ Principis Gabrielis Bátori (§. 114. *n. h.*) novæ sepulturæ honore humarentur in *Bátor* Hungariæ, mandato Pr. Gabrielis Bethlen, habuit Petrus Sacrum Sermonem ex Prov. 27: 1, qui fueritne prelo subjectus, nos latet. 6. Grammaticam Hungaricam composuisse Petrum, conjicimus ex eo, quod A. 1639, publicè in Consistorio determinatum fuerit, *Grammaticam P. Alvintzi*, in usum Scholarum Latinarum & Hungaricarum, typis excudi debere.

3. MICH. I. APAFI, Transsilvaniæ Princeps, §. 123. Vendelini metaphrasta, *ibid. n. l.*

4. JO. CS. APÁTZAI, de quo vid. §. 258. *n.* 3. §. 259. *n.* 2. Apátzaium vita donavit Celeb. *Steph. Veszprémi* M. Dr, in *Biographia Medicorum.*

5. MATTH.

5. MATTH. ASZALAI, Miſerandis iis temporibus, quibus Baſtæ, Michaëlisque flammâ crudelitatis tota arſit Transſilvania, Matthias vitæ ſuæ conſulturus, Aſiæ partes plurimas & Græciam peragravit, poſteaque Conſtantinopoli ſubſtitit, patrocinio Gabrielis Betlen aliorumque Transſilvaniæ Procerum ibidem tum degentium, ut credibile eſt, uſus. Itinera ſua, ſub titulo *Bizantii* delineavit, quæ inedita, vt colligi poteſt, manſere. An. 1602. Vétſini, Noſter Eccleſiaſten egit.

6. JO. BÁDÓ, de Szent-Márton, celebris Poëta Hungaricus, condidit lingvâ populari, verſibus concinnis, *Dialogismum*, de Morte & Reſurrectione Chriſti. Edit. in Poſſeſſione Bethleniana, *Keresd*, An. 1685. 12.

7. SAM. BÁNDI, Studia in Palæſtris Transſilvanicis parta aucturus, Academias Hollandicas adiit. Venit inde Franequeram, ubi commentationem in Pſalmum 68vum, foras miſit, An. 1690. 8.

8. GEORG. BÁTAI, §. 259. *n.* 2. Franequerâ, ubi An. 1652, ſub Præſidio *Joannis Cloppenburgii Diſputationem* de Deitate Chriſti, contra Smalcium ſuſtinuit, in Transſilvaniam remigrans, conſtitutus fuit, primùm Rector Scholæ Claudiopolitanæ, Paſtor poſtea ibidem, & poſtremò Zilahenſis. Maternâ lingvâ emiſit: 1.) *Az Iſten Kegyelmében lévö embernek idveſséges életének bizonyos és meg-tſalhatatlan jegyekböl való meg-eſméréséröl.* Szeben An. 1665. 8. 2.) *Az Iſtenfélö ember könyörgésére való válaſztétel, és a' régi meg-ſzokott bünököt el-hagyók hathatós Vígaſztaláſok.* Szeben 1665. 8. 3.) *Lelki Próba-kö.* Szeben 1666. 8. Conciones continet de ſelectis materiis. 4.) *Válaſztattaknak Tárdja.* Szebenben 1666. 8. Filius ejus cognominis, quem

Eccle-

Eccleſia Claudiopolitana, ob bonum in Patrem affectum, poſt Hollandicas peregrinationes, Paſtorem introduxit, brevem Patris vitam ſecutus, An. 1698, æt. 36, ex phthiſi obiit, relinquens memoriam ſui gratiſſimam.

9. GABR. BETHLEN, Princeps Transſilvaniæ inmortalem memoriam meritus. §. 115. Elegantis Heros ingenii ac doctrinæ, (ibid. *n. e.*) quem commendant ejus ad Eruditos varios variæ datæ Epiſtolæ; ad Emin. cumprimis Cardinalem Teleſelium in Materiis Religioſis. Eum agnoſcit auctorem, Cantio, ceteris Eccleſiæ noſtræ ſociata, (docentibus Literis initialibus) quæ ſic incipit; *Gyakorta való buzgó Könyörgéſt, kiván az Iſten* &c. Et certè Gabriel, vel ſi Litteris induſtriam non exacuiſſet ſuam: merito tamen, in Cœtum referretur Eruditorum; utpote qui primus omnium Palladi in Transſilvania concinnum paravit hoſpitium. Namque licet fundandi in Dacia Gymnaſii Academici primum Conſilium ſubierit animum Joannis II^di^, cui communi Procerum voto, locum ei per omnia opportunum Sabeſum ratus, Civitatem in eum finem ampliandam animo agitavit, & *Petrum Ramum*, oblato luculento ſalario, (*literis amiciſſimis*, vt habet *Boiſſardus*, in *Icon. quinquaginta Virorum*) Profeſſorem futurum, Pariſiis vocavit: ſed is receptâ in Transſilvania Blandratæ & Davidis Doctrinâ offenſus, conditionem non accepit. Idem conſilium, ſumma cum contentione moverat Inclitus Transſilvaniæ Princeps *Steph. Báthori*, remque eo deduxerat, vt Celeberr. *Jacobum Zabarellam* Patavio vocaret; ſed res effectu caruit. Et viſus eſt Deus, gloriam hanc Bethlenio reſervaſſe. §. 258. 2. Operam

ram me haud perditurum puto, ſi in memoriam tanti Principis, ſimul & pro conceptu diſtinctiori dicendorum; cum magnorum ex hac Familia Illuſtriſſima Heroum nomina mox nobis occurrant; tenui penicillo GENTIS BETHLENIANAE Natales pinxero.

a. Ill. quondàm LADISL. Lib. B. MIKOLA, *Hiſtor. Geneal. Tranſ.* p. 5, refert: „ Hujus Inclytæ „ Stirpis Bethlenianæ, Ortum, Progreſſum, „ Officia, Dignitates, nec non cum diverſis in „ Vngaria & Transſilvania Familiis Connexio„ nem, Comes quondam *Alexius Bethlen*, Ma„ gnas Patriæ hujus, Genealogicâ deductione ac „ deſcriptione vulgatam reddiderat. Quam dun„ taxat ab Eodem deductam Majorum ſuorum „ Genealogiam publicè non ſemel in ſollemni„ tatibus DD. Bethleniorum funebralibus, tum „ Latino, tum Vngarico idiomate, ex Cathe„ dris declamarunt & omnibus notificarunt. „ Ita eſt, eamque fideliter & curatè cumprimis recitavit Rev. ac Clar. quondam *Andr. S. Zilabi* Profeſſor Agropolitanus (§. 260. *n.* 2.) in Oratione Hungarica, ſuper funere. Ill. quondàm Comitis *Ladislai* de *Bethlen*, Conſiliarii Gubernialis, An. 1717. 12. Maji, *Keresdini* habitâ. Nos ex his, aliisque obſervationibus, ſequentem teximus Genealogiam.

b. SAROLA, S. Stephani I. Hung. Regis Soror germana, (ex *Geyza*, & ſecunda ejus Conjuge *Adleida*) priori, eoque inproli matrimonio Hung. Regis *Samuelis* (quem plebs Hungarica, cui ſe benignum, Proceribus verò plebem opprimentibus ultorem præbuit, *Abam*, i. e. Patrem nominavit, §. 96. 3.) conjux; poſteriori è conjugio in lucem edidit Comitem MARHARDVM, qui

genuit

§. 275.

genuit Comitem *Petrum*, Patrem *Gudæ*, Magiſtrum *Michaëlem*, *Salomonem*, & *Laurentium Bult* ſive *But*, cui filii quinque fuère, vl. *Boczon*, qui ſub Caſtro Jaurinenſi per Teutones occupato, in brachio lethale vulnus accepit, genueratque *Paulum*; *Boncz*; Comes *Bencze*, qui Stephano II. Regi grata ſervitia impendit, atque Magiſtrum *Matthæum*, & *Michaëlem* genuit; *Chák* (Csák antiq. *Chaqu.*) Pater *Dominici*; & BETHLEN, qui ad ſtirpis ſuæ Regiæ Originem declarandam, *ſerpentem Coronatum*, *Pomum Aureum*, *Imperii Hungarici Inſigne*, *ore ſuo mordentem*, accepit pro Inſignibus Gentiliciis; quibus hodieque Illuſtriſſ. ac Magnifica Gens D. D. *Comitum* de BETHLEN utitur. Hic natu minimus, non ab Vrbe Palæſtinæ *Bethlehem* (errarunt ergo, qui tam alios, quàm Principem Gabrielem, *Bethlehem* ſcripſerunt) ſed ex Hungarico *Be étlen*, i. e. *quàm jejunus* vel *valdè jejunus*, quòd is temperans ac jejunus fuerit exemplariter, nomen accepit. Rectiſſimè adeoque nomen ſuum ſcriptitaſſe putem *Joannem Betlenium*, ſine adſpiratione, ſive omiſſâ H. litterâ. Hæc Denominatio verò, ex Seculi, quod vivebat, more, facile proceſſit; quod diverſis exemplis facilè foret docere, ſi quis inficias iret. Hujus itaque nomen, *Betlen* ſimpliciter fuit; quod ejus tres Nati, PETRVS; *Nicolaus*, genitor Annæ ac Helenæ; & OLIVERIVS *Betlen*, cum adnexis propriis nominibus, adſumſerunt. Horum Petrus *Bethlenianam* Lineam de *Iktar*, Oliverus *Apafianam* & *Bethlenianam* de *Bethlen*, propagarunt.

c. I. PETRVS BETHLEN genuit *Nicolaum* & *Dominicum*. DOMINICVS, *Joannem*, duos *Anſeres arboreos unâ ſagittâ colletenùs trajicientem*, eosque juſſu

S. 275. ...

juſſu Imperatoris Sigismundi Gentilitiis Familiæ Inſignibus, quibus videlicet in hunc diem Linea hæc Iktaro-Bethleniana gaudet, addentem. Ab hoc Joanne, Bethleniam Familiam exorſus eſt Caſpar Bojthinus, priora parum certa ratus. JOANNES generavit *Gregorium*. GREGORIVS, ex Conjuge priore, *Margaretha Abrámſi*: *Dominicum* Transſilvaniæ circa An. 1452. Wajvodam; *Gabrielem* Præfectum Budenſem; *Gregorium* Banum Káránſebeſienſem, genitorem *Catharinæ*, Conjugis Joannis Tarnók de Matskás & *Stephani* Bethlen; *Catharinam*; *Joannem*, patrem *Georgii*, cui nata erat Margaretha, & *Annæ*, Conjugis Clementis Mandi; Ex poſteriore: *Barbaram* conjugem Georgii Dóczi; & *Saram* ſociam Joannis Tarczai. DOMINICVS *Bethlen*, *Búti* dictus, quem Transſilvaniæ Wajvodam diximus, ex *Agnete*, filia Benedicti *Kaſza*, Supremi Comitis Tömösvárenſis, ſuſcepit *Gabrielem Bethlen*, qui inconflictu Mohácſenſi ſex millibus Haſtatorum præfuit, & poſtea Joannis I. Hung. Regis Conſiliarius ac Supr. Aulicæ Militiæ Præfectus floruit, & *Gregorium Bethlen*, Conſiliarium Joannis IIdi, patrem *Petri*, avum *Joannis*, qui ex filia Petri Dobrai ſuſtulit *Dominicum*, parentem *Stephani Bethlen*. GABRIEL Mil. Aulicæ Præfectus progenuit *Wolffgangum*, Equeſtris Ordinis, Aulicæque Militiæ Hungaricæ, Stephani Báthori Regis Poloniæ Supremum Capitaneum & Conſiliarium. WOLFFGANGVS BETHLEN *de Iktar*, ex *Druſiana*, Stephani *Lázár* de Szárhegy filia, obtinuit, tres liberos: 1.) GABRIELEM Electum Regem Hungariæ, S. R. I. & Transſilvaniæ Principem, qui Conjugem priorem habuit *Suſannam Károlyi*, ex

qua

quâ genuit *Gabrielem* & *Michaëlem* Bethlenios, non diu ſuperſtites; poſteriorem *Catharinam Brandeburgicam.* 2.) STEPHANVM BETHLEN, Comitatuum Húnyad & Máramaros Comitem Perpetuum, Conſiliarium fratris Gabrielis, Gubernatorem & Electum Principem Transſilvaniæ, qui ex *Chriſtina*, filia Gabrielis *Csáki* de Mihályi genuit: *Gabrielem*; *Stephanum* juniorem ex Szétsiorum familia, vitæ Sociâ gaviſum; *Wolffgangum*; *Catharinam* maritam Davidis Zólyomi de Albis; *Annam* conjugem primùm Samuelis Gyulaffi, deinde Stephani Kun, & *Petrum Bethlen* de Iktar, Hæreditarium Hunyadenſem & Máramaroſenſem Comitem, qui habuit Conſortem, filiam unicam Caſparis Ilyésházi, & obiit An. 1646, d. 3. Aug. in pago Bán Hungariæ, tumulatusque eſt in Nyir-Bátor Mortuus Steph. Beth. Gubernator An. 1648, 10. Jan. in Caſtro Etsed Hungariæ, æt. ſuæ 66. ſepultus Albæ Juliæ 29. Mart. ejusdem anni. 3.) CATHARINAM BETHLEN. Avi Gabrielis Principis, *Gabrielis* itidem *Bethlen*, ut diximus, frater germanus exſtitit GREGOR. BETHLEN *de Iktar*, Joannis Conſiliarius; qui genuit PETRVM, hic JOANNEM, qui DOMINICVM, hic STEPHANVM, qui è priore Conſorte Il. *Juditha Matskási*, An. 1698, 10. Febr. ſuſtulit Ill. quondàm Comitem SAMVELEM BETHLEN, Incl. Tabulæ Regiæ complures per annos primarium Adſeſſorem, anno demum 1767, 19. Mart. è concilio mortaliùm evocatum, cujus, ex Il. *Barbara Kereſztes*, Filii Illuſtriſſimi, DD. Comites: DOMINICVS & SAMVEL BETHLENII, Lineam Iktaro-Bethlenianam ambo cum decore conſervant; è poſteriore autem *Mariam* Matrem

Bar-

Barbaræ Tornya de Toronyfalva, Nicolai Cserei de Nagy-Ajta Conſortis. In ſexu verò Femineo Illuſtriſſima Comitum Kornis Familia viget.

d. II. OLIVERIVS (*Olivierus* aliis, Hung. *Olivér*,) tam Illuſtriſſimæ, quam diu floruit, Familiæ APAFI, quàm Comitum BETHLEN, dictorum *de Bethlen*, conditor exſtitit. Habuit namque filium JOANNEM, qui ob eximios mores inſignemque pietatem, Pater (Hung. *Apa*) appellatus memoratur, vulgò APA *de Bethlen*. Hic genuit *Nicolaum*, ſeu pro patriis moribus, ſeu ex ſola ejus ætatis conſvetudine, *Apafi*, id eſt, Apæ filius, nuncupatum, à quo *Gens* omnis *Apafiana* deſcendit; *Gregorium* Comitem, ſine prole exſtinctum; & *Jacobum*, Magnum dictum, ex quo *Proſapia* Comitum *de Bethlen* ortum ſuum duxit. Priùs ergo de *Apafiana*, tandem Linea *Bethleniana*, agendum.

e. *A.*) NICOLAVS, quem *nominis Apafiani* (non enim ab *Aba*, Rege Hung. nomen profluxit, vt quorundam fuit opinio) auctorem innuimus, genuit GREGORIVM, vulgò *Gyegus* vocatum, initio ſeculi 14^{ti} mortuum, cujus filius Magiſter JOANNES circa An. 1364. naturæ debitum reddidit. *Joanni* erant filii *Petrus* & *Ladislaus*. PETRVS genuit *Nicolaum* 2^{dum} & *Georgium*. NICOLAVS hic 2^{dus}, pro Inſignibus gentilitiis, *Galeam verticetenùs acinace ſubtus transfixam, vitis ſacræ arboris trunco impoſitam, virentibus palmitibus & matureſcentibus botris inumbratam*, uſurpare cepit; ut habet Illuſtriſſ. Alexius Bethlen in Tabella Genealogica: at, B. *Mikola*, aliter paulo habet, docetque Familiam Apafianam pro inſignibus habuiſſe, *Vitem botriferam, in Diademate Regio proſtantem; nec non Caſſidem, Enſem & Vexillum*. Vnde

3. 275. .255 2.

regnante Principe Michaële Apafio, ex ipſis Inſignibus, hoc verſu quidam, vota ſua, deprompſerit:

Caſſide, Vexillo, Botro, Mucrone, Coronâ,
Protege, conſerva, dirige, vince, bea.

Idem Nicolaus ſcribere ſe inchoavit, & Proſapiam ſuam, de *Apa-Nagy-falva*, i. e. *Apæ magno pago*: qui ſanè pagus, prænomen *Apa*, ab ipſa Apafiorum Gente, jam antea mutuatus erat. Genuit verò *Ladislaum*, & *Annam* conjugem (ut habet Ill. Alex. de Bethlen in Tab. Geneal.) Joannis Wajvodæ, filii Petri Wajvodæ. LADISLAVS, circa initium Sec. 15. generavit *Michaëlem* Wajvodam Transſilvaniæ. Hic MICHAEL quatuor habuit filios: 1.) *Franciſcum*, patrem *Nicolai*, avum *Franciſci*, proavum *Magdalenæ*, conjugis primùm Blaſii Bogáthi, poſtea Blaſii Mikó de Oroſzfája. 2.) *Sigismundum* deficientem. 3.) *Leonhardum*, patrem *Georgii* & Ladislai, *quorum* hic *Emericum*, ille *Gabrielem*, deficientes, generaverant. 4.) *Nicolaum* 3tium, cujus memoria in annum 1499. incidit. NICOLAVS *Wolffgangum*, patrem *Stephani*, c. a. 1584. decedentis, & *Gregorium*. GREGORIVS, Conſiliarius & Supr. Aulæ Præfectus Iſabellæ & filii ejus Joannis Sigismundi, *Leonhardum*, qui Annam Bánfi duxerat, at ſine liberis obit; *Balthaſarem*; & NICOLAVM 4tum, Supr. Comitem de Küküllö & Conſiliarium, qui ex Margaretha Orbai genuit *Georgium* Supr. Comitem de Küküllö & Conſiliarium Intim. Gabrielis Bethlen, Tabulæque Judiciariæ Adſeſſorem, denatum 18. Febr. 1635. æt. 47. atque *Franciſcum*, Supr. Cubicularium Gabrielis Báthori. GEORGIVS, quem Comitem de Küküllö memoravimus, ex

Bar-

3. 27. .. 18..

Barbara Joannis *Petki* de Ders, Confiliarii, Cancellarii, ac Sedis Siculicalis Udvarhely Capitanei, nec non Comitis Dobocenfis, Filiâ, fufcepit 11. liberos, puta: 1.) *Gregorium* Cubicularium Georgii I. Rákoczi, vita functum 18. Jul. 1637, æt. 19. 2.) *Stephanum*, Confiliarium & Comitem Supr. Comitatûs Szólnok Interioris, qui ex Catharina Lorándfi, Sorore germana, Sufannæ Lorándfi, Conjugis Georgii I. Rákóczi, genuit, *Mariam*, *Sufannam*, *Georgium*, *Nicolaum*, *hic verò Georgium* An. 1688. denatum. 3.) *Balthafarem*, in captivitate Tatarica mortuum, poftquam ex Eva, filia Sigismundi *Bartſai*, genuiffet *Francifcum*. 4.) *Michaëlem*, Principem Transfilvaniæ. 5.) *Chriftinam*, conjugem Stephani Tóldi. 6.) *Annam*, confortem Joannis Henter. 7.) *Catharinam*, maritam Francifci Thóldalagi de Iklód. 8.) *Elifabetham*, fociam tori Georgii Lázár. 9.) *Francifcum*. 10.) *Nicolaum*. 11.) *Margaretham*, contoralem Joannis Gyeröfi. MICHAEL Princeps, cujus fnb numero 4^{to} proximè meminimus, ex *Anna*, filia Incliti Herois Pauli *Bornemifza*, Arcis Jenö & Aulicæ Militiæ Supremi Capitanei, genuit: *Evam*, *Gregorium*, *Michaëlem* juniorem, Electum Transfilvaniæ Principem, *Francifcum*, *Sufannam*, *Mariam*, *Gregorium*, *Gregorium* alterum, & *Mariam*: hos omnes immaturos mors demeffuit, præter Michaëlem, eumque in media ætate, An. 1714; pro quo, Ill. Comes Joan. Lázár, in *Opere poëtico*, annum 1713 pofuit. Sic in hoc, univerfa Profapia Apafiana, in fexu virili, exftincta eft. Femineus verò fexus, in Illuftr. Familiis, *Lázár*, *Tholdalagi*, *Tholdi*, *Henter*, cet. adhuc vivit. Caput Bonorum Apafianorum

— vid. p. 599.

3.275.

fuit Caſtellum *Ebesfalvenſe*, quod hodieque, licet non inconcuſſum, ſuperſtat.

f. B.) JACOBUS, quem *magnum* dictum fuiſſe obſervavimus, & qui primis luſtris ſeculi 14^{ti} floruit, genuit ſex filios, puta: 1.) *Jacobum* deficientem. 2.) *Andream*, patrem *Nicolai*, *Andreæ* (qui genuerat *Joannem* circa An. 1368.) exſtinctum,) 3.) *Nicolaum*, genitorem *Joannis* & *Antonii* deficientium. 4.) *Joannem*, cujus memoria ad An. 1325. refertur. 5.) *Apam* 2^{dum}, defic. 6.) *Dionyſium* deficientem. JOANNES, natu quartus, progenuit *Gregorium*, inter annos 1358. & 1393. florentem, qui fidelitate ſua, ab Imp. Sigismundo, Rege Hungariæ Poſſeſſiones *Bethlen-Szent-Miklós*: (quam hodiè feliciter tenent Ill. Comites, ambo *Gregorii* de *Bethlen*: quorum Senior in inferiori, Junior & V. Colonellus, in ſuperiori pagi extremitate, Caſtellis gaudent) & *Alsó-Kápolna* meruit, & A. 1393, in memorabili ad Nicopolim cum Bajazete conflictu, ſangvinem effudit. GREGORIVS hic (cui fratres natu minores erant *Apa* 2^{dus} & *Joannes* deficientes) genuit JOANNEM, qui 1.) *Nicolaum*, patrem *Marci*, avum *Bernhardi* An. 1491. deficientis, *Nicolai*, *Vitalium*, *Joannem*, *Wolffgangum*, *Catharinam* & *Eliſabetham* Nicolai Patócsi conſortem, habentis, atque *Euſtathii*. 2.) *Antonium*, Michaëlis Apafi, Wajvodæ Transſilvaniæ, tutorem, cujus mentio in annum 1447. incidit. 3.) *Gregorium*, qui ſub Alberto Rege fundaverat in Comitatu Szólnok Interiore Arcem, *Bethlen* à conditore dictam, quæ mox ad Nicolaum Patócsi, Eliſabetham Bethlen ducentem, contra jus virilis ſexûs devenerat; at denuò ad Bethlenios rediit. ANTO-

NIVS

NIVS, Apafii tutor, genuit GREGORIVM, qui, præter *Joannem*, natu medium, genuit *Alexium Bethlen* Vice-Wajvodam Transſilvaniæ, à quo *Linea* Bethleniorum, *Alexiana* dicta ducitur, & *Blaſium Bethlen*, *Lineæ Blaſianæ* inchoatorem. De his ſingillatim.

g. *AA.*) *Alexiana Linea*: ALEXIVS V. Wajvoda, ex Druſiana Bánfi de Loſontz nactus eſt *Annam*, conjugem Ladislai Apafi; *Michaëlem*, ex Anna Sarmaſági patrem *Eliſabethæ* conjugis Bartholomæi Makrai, & *Franciſci*; *Franciſcum* Ferdinandi I. Dapiferum; *Margaretham* conſortem Sebaſtiani Nagy; *Urſulam* conjugem Caſparis Kendefi, & *Georgium Bethlen*. GEORGIVS hic, Conſiliarius Iſabellæ & Ioannis Sigismundi; ex *Anna*, filia Benedicti *Sükösd*, obtinuit *Nicolaum* Bethlen, Conſiliarium. NICOLAVS, ex *Helena*, filia Nicolai *Mihálcz* ſuſtulit *Franciſcum* Bethlen, Supremum Comitem Albenſem, Aulæ item Mareſchallum & Conſiliarium Georg. I. & II. Rákocziorum, ſemel ad Imper. Rom. Ferdinandum III. ſexies verò ad Regem Poloniæ Legatum, Religione Vnitarium, de quo vide in *Biblioth. Anti-Trinit. Sandii*, & *Czwittingero*. FRANCISCVS, ex Conjuge priore *Suſanna Kamuthi*, obtinuit *Barbaram* & *Eliſabetham*; ex altera, *Catharina*, filia Balthaſaris *Kemény*, & germana Principis Joannis Kemény ſorore, genuit: *Georgium*, *Nicolaum*, *Chriſtinam* Georgio-Kapianam, WOLFFGANGVM *de* BETHLEN, GREGORIVM *de* BETHLEN, ALEXIVM *de* BETHLEN, *Stephanum*, & *Evam* conjugem primùm Georgii Haller, poſtea Ladislai Csáki. Ternio fratrum *Wolffgangi*, *Gregorii* & *Alexii* maximè ſplendidiſſima. Horum

α.) WOLFFGANGVS, qui ob formæ elegantiam alter *Abſolon* dici meruit, juvenili adhuc ætate, factus Comes Albenſis Supremus, Principis Michaëlis ſenioris Apafi Conſiliarius Actualis Intimus & Provinciæ Cancellarius, ſpem optimi de ſe patriæ patris omnium mentibus inſpiravit, & *Hiſtoriam Rerum Tranſilvanicarum*, ex Actis publicis, quæ è publico Archivo in promtu habebat, firmatam, concinnavit: ſed morte præpropera priùs, quàm aut penitùs abſolvere opus, aut ſubjicere prelo potuiſſet, præventus eſt, quadrageſimo ætatis ſuæ, Chr. 1679. anno. Vid. Rintelischen Anzeigen vom Jahr 1768. p. 374. ſeqq. Genuerat verò Wolffgangus ex *Barbara* Nicolai *Oſtroſith* de Geletintz, Sacræ Regni Hungariæ Coronæ Conſervatoris filia, LADISLAVM BETHLEN, Conſiliarium Gubernialem, Supr. Comitem de Küküllö, & Eccleſiarum Helv. Conf. addictarum in Transſilvania Curatòrem Supr. An. 1717. denatum, qui ex *Maria Fálti*, *Gregorium Suſannamque* inmaturis annis mortuos, ſuſcepit, poſtmodùm autem ex eadem Maria obtinuit, *Franciſcum* & *Ladislaum* jam è vivis ablatos, ſuperſtites item hodiè, Ill. Comites D. LVDOVICVM *de* BETHLEN, in poſſeſſionibus *Bethlen* & *Nagy-Bun* utplurimùm agentem, & D. GREGORIVM ſeniorem de BETHLEN, poſthumum, in *Fólt* & *B. Sz. Miklós* præſertim domicilia tenentem, qui ex Ill. *Barbara Nalátzi* progenuit Filios: *Ludovicum*, *Ladislaum*, *Gregorium*, *Franciſcum*, & Filiam *Barbaram*. *β.* GREGORIVS, Comitatûs de Küküllö Comes, Arcisque Fagaras & Sedis Udvarhely Capitaneus, Exercituum item in Transſilvania Dux, ubique Supremus, ex *Maria Thorotz-*

kai

§. 275.

kai ſuſtulit: 1.) *Claram* Conjugem Exc. quondàm Gubernatoris Georgii Bánffi, matrem Ill. *Georgii Bánffi* Supr. Comitis Dobocenſis; *Cathrinæ Bánffi* Stephano-Veſſelenyianæ, *Máriæ B.* Franciſco-Gyulaianæ; *Claræ B.* Adamo-Bethlenianæ; *Chriſtinæ B.* Sigismundo-Keményianæ; & *Suſannæ Bánffi.* 2.) *Franciſcum.* 3.) *Chriſtinam.* 4.) *Michaëlem* 5.) *Ludovicum.* 6.) *Mariam* Nalatzianam. 7.) *Catharinam*, Principis Michaëlis II. Apafi uxorem, cujus nomen conſervat celebris Cantio *Mint gyors ſzarvaſt ha vadáſz ſért, &c.* 8.) *Juditham*, priùs Georgii Lázár, poſt Samuelis Köleſéri conjugem. 9.) ALEXIVS, Comitatûs Interioris Szólnok Supr. Comes, Apafii & poſt D. Imp. Leopoldi Conſiliarius Act. Intimus & Statuum Præſidens, Tabulæ Genealogicæ Bethlenianæ auctor; qui & Hiſtoriam Ill. Wolffgangi de Bethlen, germani ſui Fratris, in ſuo Caſtro Keresdenſi edendam ſuſceperat, edidiſſetque Vir eruditiſſimus, ſi procellis Tökölianis, & ſubinde Rákoczianis, morteque ſua impeditus non fuiſſet; ex *Clara*, natâ Thomæ *Nagy*, genuit: *Alexium Bethlen*, *Sophiam*, *Claram*, *Annam* conjugem Adami Rhédei, *Georgium* & *Catharinam.* Horum natu maximus, ALEXIVS *Comes de* BETHLEN, patre ſubita apoplexia correpto, orbus relictus, & ſub tutela Comitis Georgii Bánffi Gubernatoris educatus, ex *Catharina Pekri*, filia Comitis Laurentii Pekri de Pekrowina (& priore conjugio Ladislao-Keményiana,) genuit: 1.) Exc. Dominum PAVLVM *Comitem de* BETHLEN, antehac Sedis Aranyaſ. Judicem Regium, tum Comitatûs Torda Comitem, utrobique Supremum; jamque hodie I. Tabulæ Regiæ Præſidem &c. §. 191. quem Ill. D.

Sara Teleki patrem fecit Ill. Dominor. PAVLI S. C. R. & Ap. M. Colonelli, & WOLFFGANGI Incl. Tab. Reg. Jud. Adſeſſoris. 2.) *Evam Bethlen*, tori thalamique Ill. quondàm Stephani Dániel de Vargyas ſociam, genitricem Ill. D. EMERICI DÁNIEL Incl. Tab. Reg. Jud. Adſeſſoris.

b. BB.) *Blaſiana Linea*: BLASIVS, Cubicularius Vladislai, ex *Angelica* (Hung. Angalit) *Thurzó* adeptus eſt *Gregorium*, Conſiliarium Joannis Sigismundi. GREGORIO, *Anna Lökös* de Kálló enixa eſt 1.) *Joannem Bethlen*. 2.) *Annam* Conjugem Stephani Perneſzi de *Oſztopán*. 3.) *Georgium Bethlen*, patrem ex Catharina Thoroczkai *Gregorii*, *Sophiæ* & *Georgii*. Georgius hic, ex Helena Cseiti genuit: *a.*) *Michaelem Bethlen* Supr. Comitem Albenſem, qui ex Barbara Sombori habuit, *Catharinam*, *Joannem*, *Claram*, *Eliſabetham* conjugem Wolffgangi Cserényi, & *Juditham* conſortem Petri Halleri; ex Catharina autem Bornemiſza, ſorore Principiſſæ Annæ Bornemiſza, genuit *Michaëlem* & *Georgium*. *b.*) *Juditham*.) *c.*) *Catharinam*, conjugem priùs Michaëlis Matskáſi de Szent-Márton-Matskáſa; poſt Sigismundi Bánffi de Loſontz. 4.) *Claram*, conjugem Wolffgangi Bánffi de Loſontz. 5.) *Chriſtinam*, Wolffgango-Korniſianam. Horum natu primus JOANNES, ex *Catharina*, natâ Benedicti Sükösd, generavit: *Wolffgangum*, *Saram* conſortem primùm Stephani Károlyi, tandem Thomæ Bécz, & *Eliſabetham*. WOLFFGANGVS, Comes de Kükülö, Supr. Militiæ Aulicæ & Arcis Szamos-Újvár Capitaneus atque Conſiliarius, ex *Anna*, Balthaſaris Kemény gnata (quæ matrem habuit Annam Lázár,

§. 275.

Lázár, genitricis Principis Gabrielis Bethlen sororem germanam,) An. 1613. suscepit *Joannem Bethlenium*, intercapedine 15. annorum Transsilvaniæ Cancellarium, Comitem insuper Comitatûs Albensis, ac Sedis Udvarhely Capitaneum Supr. cui Eruditi debent *Rer. Transylvanicarum Libros Quatuor.* JOANNES hicce, ex *Barbara*, Civis opulentissimi Claudiopolitani, Nicolai *Váradi* (qui 60000 florenorum paratorum dote Barbaram ornaverat) filia, progenuit. *α.*) NICOLAUM BETHLEN Cancellarium, ab eruditis ingenii sui monumentis notissimum, genitorem 1.) MICHAELIS, qui genuit STEPHANUM, patrem D. Comitis LADISLAI *de* BETHLEN in Bénye Curiam primariam habentis. 2.) JOSEPHI, quo patre usi sunt DD. Comites: *Samuel*, *Alexius*, *Oliverius* & GREGORIVS junior S.C.R. & Ap. M. V. Colonellus, *de* BETHLEN. *β.*) PAVLVM BETHLEN, patrem JOANNIS, avum Ill. D. Comitis DAVIDIS *de* BETHLEN, proavum I. D. Com. ALEXANDRI *de* BETHLEN, Camerarii, & I. Tab. Regiæ Jud. Actual. Adsessoris. *γ.*) SAMVELEM BETHLEN, qui ex Ill. *Barbara Nagy* suscepit: 1.) *Stephanum.* 2.) *Claram.* 3.) GEORGIVM, genitorem Ill. Comitum GEORGII, & LADISLAI (in Vajda-Szent-Iván cumprimis degentis) *de* BETHLEN. 4.) ADAMVM, magnum Heroem, Comitatûs albensis Comitem Supremum, postea S. C. R. & Ap. M. Camerarium, Statûs & Excelsi Gubernii Regii Consiliarium Actualem Intimum, nec non Statuum Præsidentem, An. 1748, 8. Sept. Claudiopoli denatum; qui ex lectissima Matrona, *Clara Bánffi* adeptus est quinionem Illustriss. Liberorum,

J. 275.

puta: *a.*) GABRIELEM *Comitem de* BETHLEN, Camerarium, Status Actualem Intimum Consiliarium & Cancellarium Transsilvanico-Aulicum, jam vitâ functum. *b.*) JOANNEM in primo ætatis flore terris ereptum. *c.*) ADAMVM C. *de* BETHLEN, Camerarium, Insignis Ordinis Regio-Thereſiani Militaris Crucis Equitem, Generalem Campi Vigiliarum Præfectum, & unius Legionis Equestris Ordinis Tribunum Proprietarium, jam felicis recordationis. *d.*) *Exc.* ac Ill. D. NICOLAVM C. *de* BETHLEN, S. C. R. & Ap. Majest. Consiliarium Status & Excelsi Regii in Magno Transf. Princ. Gubernii Actualem Intim. ac Thesaurarium Regium. *e.*) CLARAM in ipsa infantia Cœlestium Virginum choro insertam. 5.) SAMVELEM, cui tres successivè fuerunt Uxores, ex quibus Liberos reliquit, & quidem ex *Maria Lázár* D. D. Comit. FRANCISCVM & JOANNEM, qui ex Ill. *Barbara Töldi* D. ADAMVM Comitem de BETHLEN S. C. R. & Ap. M. Equitum Magistrum suscepit; ex Ill. *Barbara* Cosmi Petrityevith Horvat de Széplak, Catharinam Andreæ Cserei de Nagy-Ajta nuptam; ex Ill. *Susanna Nemes*, Susannam Ill. Baronis Volffgangi Wesselényi de Hadad, S. C. R. Ap. M. Camerarii, & Incl. Comitatûs Szolnok Mediocris Supremi Comitis vitæ sociam. 6.) EMERICUM, Camer. & Exc. Regii Gub. Consiliarium. 7.) CATHARINAM Josepho-Telekianam Matronam & piam & eruditam, 1759. denatam. 8.) WOLFFGANGVM, Generalem, dum vixit, Vigiliarum Præfectum, & unius Legionis Pedestris Ordinis Tribunum. SAMVEL tandem, tot tantorumque Parens Liberorum An.

1708.

§. 225. 224. b

1708. 7. Febr. Spiritum extremum effudit, & in Keresd humatus est. Hæ sunt in Cœlo Betleniano Stellæ diversæ magnitudinis, quarum notitia, narrationibus, quas de Eruditis Bethleniis instituemus, magnam adfundit, lucem. Sed è diverticulo in viam.

10. JOAN. BETLENIVS, Supremi Exercituum Ducis, qui 17. vibicibus castrensibus sepulcrum adiit, *Wolffgangi* Filius, (*n. g. BB.*) Transsilvanorum *Tacitus*, diligenti matris & Vitrici (imò Patrici) *Francisci Matskási* curâ, Informatore *Paulo Keresztúri* usus, ætatis florem ritè in Ludo Literario formavit. Auctus annis, in Poloniam, cum Rákotzio II. ivit, unde salvus redux, sub Principibus, *Bartsai*, *Kemény* & *Apafi*, Transsilvaniæ Cancellarium egit, & gravissima Provinciæ negotia bajulavit. Litteratus ipse, Litterarum Litteratorumque fuit Mæcenas eximius. Collegii Enyedensis (quod eo imprimis auctore huc translatum fuit) Curator, §. 258. *n.* 4, Agropolitani Patronus summus, §. 260. *n.* 5. Areapolitani Fundator munificus. §. 261. Historiam Transsilvanicam, cujus erat non minus amans, quàm gnarus, ab An. 1629, ad A. 1663. ingenuè pertexuit, & inscriptam: *Rerum Transylvanicarum Libri Quatuor* Cibinii An. 1663. 12, luci exposuit. Anno sequente editio iterata Amstelodami. Hanc, *Joannes Tröstérus*, è Latino in Germanicum convertit, preloque subjecit Norimbergæ A. 1666. Historia est sincera, nec reprehendenda; undecem tamen observationes, brevissimas eas, Illust. *Alexius Betlen* Præsidens, nomine *Glossarum* (§. 158. *n.* 3.) ad me devolutas, interpunxit. Continuationem Joannes, ab An. 1663. ad 1674. con-

n. vid. p. 600.

S. 275. ...

concinnavit, ex monumentis, quæ passim arcessivit, fide dignissimam, & rebus, quas incassum alibi quæras, commendatam; compluribus verò popularibus descriptam, at non typis excusam. Est Ejus & Guneschii Continuatio Manuscripta usque ad An. 1689. Post exantlatos varios labores, ex consanescente hydrope incidit in phthisin, quæ An. 1678, 28. Febr. rebus humanis exemit. En, quid invidia possit: Joannis qui fuêre inimici, eo mortuo, cuderunt fabam in cadaver ejus innocens, factionem cum Beldio (§. 123. *n. a.*) in Principem fovisse persvadentes; ideoque non priùs funeri justa persolvi concessa, quam relicta Vidua 4000, filius Nicolaus 1000, Paulus 2000, florenorum Fisco pependerint. Hujus filius

11\. NIC. BETLEN, An. 1642. natus, ac puer præmaturo ad studia ardore calens, *Paulo Keresz-turi* (*n.* 10.) quo Præceptore Joannes quoque felix fuerat, methodum facilem & quasi jocularem in docendo tenenti, formandus præceptis datus est. Albæ igitur Juliæ; & post Claudiopoli, ubi Joannem Apátzai nactus fuit Informatorem, rudimenta studiorum posuit. Sic igitur illustriora exercendis virtutibus theatra quæsiturus, indulgente sumtumque præbente Genitore, Salvo conductu Principis Keményii, An. 1661, eruditis se peregrinationibus adcinxit. Venit Vindobonam Cæsaremque veneratus est, ac Ministrorum sibi conciliavit favores. Hinc, Gratiâ Cæsarea auctior, adiit Musas Heidelbergenses, & illarum auspiciis Scientiis operatus est quàm diligentissimè An. 1662. Anno dein 1663. Leidæ & Trajecti Studiis incubuit. Musas Batavas ubi reliquit, Angliam venit; unde, salutato Rege, Galliam se contulit,

Regem

Regem ibique pariter ſalutavit. Poſt hæc, Eruditis variorum Regnorum, quos illicibus moribus flectere noverat, conjunctiſſimus, patrios reviſit Penates. Non diu verò iſtic ſubſtitit: namque An. 1665, Hungaro Marti adverſus Lunam Ottomannicam famulaturus, Hungariam petivit. At pace cum Turcis ſubitâ factâ, Nicolaum Zrini, Croatiæ Banum ſalutavit, eique fuit comes venationis, dum fulmineis apri dentibus gutture confoſſus, Heros nulla ætate conticeſcendus occidit. Hinc Vrbem Neptuni Adriatici præſidio cinctam, Venetias dico, venit; nec priùs inde, quàm Lingvam Italicam, Germanicæ Gallicæque, quas jam callebat, eleganter, junxit, in Transſilvaniam revertit. Redux tandem Ulyſſe felicior, Hymenæo litavit, annoque 1667, *Helenam Kun* duxit, quæ ipſi peperit MICHAELEM BETLEN, Patrem *Stephani*, *Barbaræ* & *Julianæ*; atque BARBARAM BETLEN; mortua verò *Helena Kun*, denuo *Nicolaus* conjugali ſeſe dulcedine refovere cupiens, conſortem thalami delegit *Julianam Rhédei*, Natam Stephani Rhédei, (cui erat Pater *Stephanus* pariter *Rhédei*, avus *Paulus Rhédei* Transſilvaniæ Theſaurarius, Proavus itidem *Paulus*, quem avum fuiſſe Principis *Franciſci Rhédei*, §. 120. *n.* 2. conſignavimus) à qua nati ſunt: 1.) JOSEPHVS BETLEN, Incl. Comitatûs Máramaros Comes Supremus, qui ex Conjuge *Chriſtina Kemény*, Samuelem, Alexium, Olivierum, Gregorium & filiam Chriſtinam. 2.) JVLIA BETLEN, Excel. quondam *Alexandri* (qui vulgò *Magnus Alexander Teleki* nuncupari conſvevit) S. R. I. Comitis *Teleki*, de Szék Conjux, An. 1703. nupta, Genitrix excellentium Heroum, *Nicolai*

S. R.

3. 275.

S. R. I. Comitis *Teleki* Vice-Colonelli, *Ladislai*, Conſiliarii (§. 285. *n.* 8.) *Ludovici* & *Judithæ* Conjugis p. m, Ill. *Stephani Daniel* de Wargyas. 3.) AGNES BETLEN conjux Sigismundi Kemény, Tab. Regiæ Adſeſſoris, & Mater *Gregorii* ac *Nicolai Kemény*, Lib. Baronum. 4.) *Clara Betlen*, conſors *Michaëlis* S. R. I. Comitis *Teleki* tertii. Sed hæc incidenter. Nicolaus verò Betlen, vt erat natus ad magna, primariis in Provincia functus eſt Officiis; fuit namque Sedis Siculicalis Udvarhely, Arcis item Huſzt Capitaneus, Comitatûs Máramaros Comes, ubique Supremus, Conſiliarius ab An. 1689, Intimus, & demùm Supr. Cancellarius; hisque muniis tanta functus eſt diligentia, fide & prudentiâ, vt merito eum non nemo *Solonem Tranſſilvanicum* dixerit. Functus autem eſt ſucceſſivè iisdem Officiis, ſub Michaële I. Apafio, & D. Leopoldo Magno, ex cujus Clementia Cæſarea, Titulum Comitis ſibi & Poſteris adeptus eſt, ſimulque 40000. florenis Rhenenſibus donatus. Sudatos ejus, in Provinciæ conſervationem, labores, celebrabunt fortè alii, quàm poſſim ego, digniùs. Ex ſolo ſanè Diplomate Leopoldino (§. 124. *n. c.*) quod Transſilvanis impetravit Sanctiſſimum, grata non inmeritò ejus memoria. Is enim poſt factam ad Zernyeſt Transſilvanorum ſtragem, (124. *n. a.*) rerum in Transſilvania converſionem prudenter præſagiens, petivit Viennam, & Diploma, quo Jura & Libertates Transſilvanorum ſancita ſunt, juvante *Antonio Karafa*, ac *Nicolao Dankelman* Electoris Brandeburgici apud Aug. Aulam Legato, reportavit. Tantus tamen Hyperaſpiſtes, ſuis à popularibus diverſa paſſus eſt; vt enim captivum

eum,

3. 275. .2.58.6

eum, An. 1676, ad integrum propè annum, taceamus, minoresque ejus cruces ſileamus; exortâ ſeditione Rákótzianâ, §. 126. *n. a.* adcuſatus ab invidis, captusque eſt innocens. Suam ille Cauſam ad Cæſarem deferre cupiens, Viennam ductus eſt. Clementem ibi expertus eſt Sacratiſſ. Imperatorem, criminisque haud convictus, poteſtate remigrandi non caruerit licet: ſua tamen ſpontè Viennæ remanens, ibidem A. 1716. 27. Oct. mortalitatem explevit. Repræhendendus ergò *Ketteler*, dum Noſtrum, An. 1704, juſſu Generalis Rabutin, capite fuiſſe plexum, in Litteras retulerit. Indefeſſus Vir, complura doctiſſimè elucubravit opera; ſed quæ, maxima ex parte prelo minimè ſubjecta, Doctorum fugiunt oculos. Quæ lucem adſpexerunt, ſunt: 1.) *Apologia*; edit. An. 1675. 4. 2.) Deſcriptio Vitæ ſuæ, quam Lingvâ Gallicâ adornavit; edit. Amſtelodami 1736. 4. Ex ineditis ſunt: 1.) *Gemebunda Transſilvania ad pedes Auguſti Cæſaris projecta.* Scripta An. 1685. 2.) *Columba Noë cum ramo olivæ.* 3.) *Sudores & Cruces Nicolai Betlen.* 4.) Deſcriptio Vitæ ſuæ, lingvâ maternâ, quâ res non paucæ ad illuſtrationem Hiſtoriæ patriæ comprehenduntur, à nativitate Noſtri, usque ad An. 1710.

12. WOLF. de BETHLEN, Franciſci Soboles, (*n.* 9. *b. AA. α.*) eam temporum periodum, quæ à clade Mohácſiana ad initium Seculi 17^{mi} excurrit, Hiſtoria egregiè fideli & magno monumentorum adparatu inſtructâ complexus eſt. Monumenta, quibus Liber abundat & magno ſtat pretio, Byzantii cumulata inveniſſe, dum Legati munus obiret, fertur: ſed id certum non eſt.

Wolf.

— vid. p. 600.

3.275.

Wolfgangum, annos 31. natum nec opinato, mors humanis rebus exemit An. 1679, priùs vl. quàm emittere Hiſtoriam poſſet. Sed nutricabatur eam Magnificus *Alexius Betlen* Præſidens, germanus Noſtri frater, qui in hæreditario Betleniano Vico *Keresd*, erecto Typographeo, imprimi curabat. Aſt ſic quoque novercantem nacta eſt Lucinam, & in partu ferè præfocata eſt. Eo enim planè tempore, quo obſtetriciæ Typothetarum manus immortalem hunc partum Betlenianum tractant, turbatis An. 1690. per *Emericum Tököli* Transſilvaniæ rebus, (§. 124. *n. a.*) opus cœptum non ad finem perduci potuit; quod certè inter maxima Eruditorum damna numerari debet. Quæ prodiit pars, hoc nomine claret: *Wolffgangi de Bethlen Hiſtoriarum Transſilvanicarum Libri XI.* Keresdini 1687. Fol. Continuationem ejus ab An. 1601. ad 1630. dedit Anonymus, in Manuſcripto hærentem.

13. FRANC. BELÉNYESI de Várad, Vir Secularis eruditus, Bonorum Principis Mich. I. Apafi Præfectus, Librum conſcripſit precatorium: *Iſten eleiben fel-botsátandó lelki Áldozatok.* Kolosvárat 1670. 12.

14. CASP. BOJTI, quem juvenem Princeps Gabr. Betlen, circa A. 1617. ſumtibus ſuis Heidelbergæ aluit, Scholæ Maros-Váſárhelyenſi Rector præfectus eſt: poſtea verò Capitulo Albenſi eum Princeps Bethlenius admovit, Hiſtoricumque ſuum & ſecretum aliquoties Legatum in Germaniam conſtituit. Bojtius 1.) *Actiones Funebres*, Sepulturæ *Suſannæ Károlyi* Principiſſæ (§. 115. *n. d.*) ſacras, Latinè recitatas, quas inter Noſtri quoque

§. 225.

que, quà Rectoris M. Váſárhelyenſis geminæ reperiuntur Orationes, collegit, digeſſit & edidit An. 1624. 4. 2.) *Caſpari Bojtini Pannonii de Rebus geſtis M. Gabrielis Bethlen Libri.* Illuſtris Bibliotheca Collegii Enyedenſis tres tantùm, Ill. D. S. R. I. Comes Sam. Teleki verò quatuor priores horum Librorum poſſidet: reliqui aut latent, aut perierunt.

15. THOM. BORSOS, Orator Principis Gabr. Betlen ad Portam Ottomannicam, ſuæ ætatis condidit Hiſtoriam; quæ non commiſſa prelo, paucorum manibus teritur.

16. MICH. BUZINKAI, Profeſſor Albenſis, ubi An. 1673. profiteri cœpit. §. 260. n. 2.

17. PETR. DENGELEGI, Claudiopoli Nobilibus ortus parentibus, ibidemque Humanioribus imbutus, Germanicas & Batavas inviſit Academias. Jaſone redux ditior, Claudiopoli aliquamdiu ſuos apud Parentes ſubſtitit, ingeniique ſui monumentum exegit ære perennius, in Opuſculo Theologico, cui titulum præfixit: *Rövid. Anatomia* &c. Fejérv. 1630. 12. Ductus Claudiopoli in Eccleſiam N. Enyedenſem, toto ibi vitæ curriculo, Sacram perſonam aptè humeris ejus ſedentem ſuſtinuit. A. 1635. Senior Diœceſeos Enyedenſis electus eſt: Officium & vitam An. 1647, poſuit.

18. MART. DÉSI, Patre Saxone quodam Vietore Schæsburgo oriundo, Matre Hungarâ, mediocris conditionis, at opulenti, hominis Sárpatakini degentis filiâ, uſus, in Oppido Dés, primam lucem & principia eruditionis deguſtavit. Hinc, conſilio *Emerici Páriz Pápai* Myſtæ ac Senioris Deſenſis, cui inſignibus ingenii dotibus innotuerat, in Collegium Sáros-Patakenſe venit;

ubique pectus Musarum nectare probè tinctum probavit; septem Leones Belgii Fœderati invisit. Reversus in Patriam, mox Professor Theologiæ Enyedensis creatur. (§. 258. *n.* 5.) Huic, propter Coccejanas sententias lis mota est, præsertim à Professoribus neo-hospitibus Patakino-Albensibus; §. 260. *n.* 1. 2.) quæ dum sopiri potuit, invidiosè eum per ora hominum traduxit atque divexavit. Erat inquietior *Posabázius*, qui Dictaturam quandam Discipulis instituit de *Scientia Rationis* & *Revelationis*, hac in *Cocceanismum*, illa in *Cartesianismum* insurgendo. Causa ad Principem defertur Apafium; *Martinus Dési* atque *Stephanus Pataki*, Professor Claudiopolitanus, (§. 260. 2.) Cocceji ambo Discipuli charissimi, de *Cocceanismo*; Paulus Csernátoni Professor Enyedensis de *Cartesianismo*, adcusantur; quibus Fagarasinum arcessitis, in materiis controversis silentium Princeps imponit, quoad, suppetente tempore sufficiente, causa plenariè audiri posset. A. 1673, Synodus in Castellum & Vicum Radnót indicitur, quo ad diem 15. Junii, Princeps ipse & Magnatum Nobiliumque ingens numerus, Verbique Divini Ministrorum pars è Transsilvania potior, confluunt. Auditis, longa disputationum serie, partibus utrisque; *Stephano Pataki*, verbis castigato, datis reversalibus, vt non ampliùs scrupulosis loquendi formulis uteretur, functio Professoria conceditur. *Martinus Dési*, Professoratûs exuitur dignitate, & vt alicujus Ecclesiæ Pastoratum subiret, nunquam ea, quæ tunc fuêre rejecta usurpaturus, decernitur, quidem: sed mox, compluribus frustra reclamantibus Pastoribus, pristino honori restituitur. De *Paulo Csernátoni*, qui multa à Philoso-

phia

phia jam dudum recepta longè aliena docere adcuſabatur, concluſum, Philoſophandi licentiam non eſſe penitùs tollendam. *Paulus Húnyadi*, Paſtor Enyedenſis, qui poſt Congregationem Fagaraſenſem, non ſatis prudenter his turbis ſe inmiſcuerat haud increpitus dimiſſus eſt. *Andr. Huſzti* in *Origine Gymnaſiorum* §. XXXI. hæc hanc in rem notavit: „Cujus (*Mart. Déſi*) Diſcipulus, „ cum apud Nobilem quendam (ſi probè memini, de Sabbatho) concionaretur, hæreſeos à „ Profeſſoribus - - - Albanum collocatis inſimulabatur. Qui ad Profeſſorem ſuum Cauſam „ appellans, graviſſimum inter Eruditos duorum „ Gymnaſiorum ortum eſt odium ac certamen. - - „ Ubi (*Radnotini*) Mart. Déſi protractus, cum „ videret à Paſtoribus ſimpliciſſimis Tomos Cocceji rogo jam parato ſecum eſſe damnatos, timore adeo perculſus & confuſus eſt, vt inter „ diſputandum ſemper hæſitaret. Aſt ejus Collega Paulus Tsernátoni - - ejus confuſionem „ animadvertens, ſublato baculo ictus illi minabatur, niſi metum ſibi excuteret, & Virum ſe „ eruditum omnibus demonſtraret. Audacior ſic „ factus, partem adverſam ita conſtrinxit, vt „ nihil ampliùs reſpondere ſibi potuerint. Vnde „ ab Illuſtr. S. R. I. Comite MICHAELE TELEKI *de Szék*, illius Synodi Præſidente laudatus, vivicomburio abſolutus Enyedinum rediit.„ Hæc ille, ſed vulgari è rumore, non Hiſtoriâ *Joannis Betlenii*, qui accuratiſſimè omnium, Synodi geſta conſignavit. Nullus illic rogus fuit paratus, ſed clamitatum vociferatione complutium fervidiſſimâ, Deſium & Tomos Cocceji dignos rogo eſſe. Noſter, *Syllabum* Joannis Poſa-

§.275. ...

házi (§. 260. *n.* 2.) Latinâ juxta ac Hungaricâ lingva refellit: ejus tamen ſcripta excuſa non ſunt, prelo licet digniſſima. Per rumorem memoriæ proditum eſt, Studioſos Albenſes, quibus Poſaházius Syllabum ſuum in Typographeum Claudiopolitanum tradiderat perferendum, Collegium Enyedenſe, in tranſitu divertiſſe, ibique apud amicos convivatos fuiſſe. Enyedenſes interim Studioſi, Scriptum, peræ creditum olfacientes, clanculùm eximunt, philyras confeſtim deſcribendas inter ſe partiuntur, & mero indulgentibus Studioſis Albanis, celeriter deſcribunt, autographum reponunt, apographum Profeſſori ſuo Deſio tradunt, isque, promtiſſimus Theologiæ Promus-condus ſub eo, quo Syllabus è Typographia prodiit, tempore, Refutationem dedit.

19. JOAN. ENYEDI, dum Scientiis Franequeræ operam navaret, Diſputationes XXII. de *Via Salutis* ibidem emiſit, An. 1648. 8. Poſtmodùm, in Oppido Kézdi-Váſárhely Paſtoris functus Officio, edidit Librum: *Mennyei Szó.* Várad, 1657. 8. Vajda-Hunyadini demùm S. Miniſterio operatus, luci expoſuit: *Iſten Igéretinek fel-nyitott arany Bányája*, 1665. 12.

20. SAMVEL ENYEDI, Trajecti Diſputationem, ſub *Gisb. Voetio* ſubiit An. 1651. *De Viſione Dei per Eſſentiam*; Franequeræ, Præſide *Cloppenburgio*, A. 1652, *De Deitate Spriritûs Sancti.* Poſt, pro gradu Doctor. in Medic. iterùm Trajecti A. 1653. Profeſſor in Provincia exſtitit Enyedenſis. &c. §. 258. *n.* 5. Commenii *Præcepta Morum* Hexametris donavit.

3. 225. 229.

21. ST. ESZÉKI, ortum & ſtudiorum initia Oppido *Szathmár*, profectum in humanioribus ac ſublimioribus Scienciis Collegio S-Patakenſi & Academiis Batavis debet. Trajecti compoſuit Opuſculum Ariſtotelicum, ſub titulo: *Prima Veritas defenſa.* 1666. 12. Veniens in Transſilvaniam, Paſtor Udvarhelyenſis, & mox Senior Tractûs cognominis, ac fundati hoc tempore Gymnaſii Areapolitani *Curator Eccleſiaſticus* denominatus eſt. Dedit in uſum Gymnaſii: *Diarium Theologicum.* Claud. 1675. 12. Promiſerat *Compendium Socinianismi confutati*, quod an concinnaverit, incertum nobis eſt. *Orationem* Hung. An. 1668. in funere Magnif. *Franciſci Rhédei* recitavit, typis editam. Teſtamento legavit Florenos mille, quorum fœnus Viduis & Orphanis V. D. Miniſtrorum, juxta Diœceſes, cedat: hoc hodieque, cum florenis 100, qui è Bonis Superintendentis curæ commiſſis obtinentur, memoratis Viduis Orphanisque, diſtribuuntur.

22. FRANC. FAGARASI, Paſtor Káránſebeſenſis, deinde Vizaknenſis, Catechismum mole exiguum è Lingva Anglica in Hungaricam tranſtulit, & edidit inſcriptum: *Kis-Kereſztyén.* Fejérvár 1654. 8. An. 1658. Paſtorem atque Seniorem Enyedenſem egit.

23. PAVL. FORRÓ, Nobilis de Háporton, Poëta eximius, Andreæ Bátori Principi & Cardinali juvenis ab obſequiis fuit. Gabriele Betlen ad gubernacula ſedente Legationum obiit munus. *Quintum Curtium* in Hungaricum recepit Indigenam, notulisque marginalibus brevibus ac concinnis inſtruxit, & in publicum prodire juſſit, Debrecini

 1619.

§. 275. 288 b.

1619. 8. Eſt dicatus, cujus auſpiciis prelum ſubiit, Principi Gabr. Betlen.

24. STEPH. K. GELEI, Geleiini, (pago dudùm deſolato, non longè olim Agriâ Hungariæ diſſito) natus, ac in Scholis Szántóienſi, Újhelyenſi, Göntzenſi, S-Patakenſi Litteris inſtitutus, Rector Scholæ Beregſzáſzenſis factus eſt. Hinc Academiam Heidelbergenſem venit; quam tantisper relictam, Ludi Albæ-Julienſis, Juſſu Principis Gabr. Betlen, regimini admotus, denuò An. 1619, cum Stephano, Fratre Principis, repetivit. Recentem à reditu Sacris Aulicis Princeps præfecit; poſtea Clerus munere Superintendentis mactavit. *Vid.* §. 233. ubi Operum quoque ejus meminimus. Frater Noſtri fuit alter *Steph. K. Geleji*, filius Gaſpari, qui ſubſidio Fratris Stephani Superintendentis, intra & extra Patriam, (in Belgio) eruditionem comparavit. Franequeræ, Præſide Cloppenburgio, An. 1652, Diſſertationem *de Spiritu Sancto* defendit. Redux in Transſilvaniam, conſecratus eſt, An. 1656, ad Cathedram Magyar-Igenenſem. Poſt, Eccleſiaſtes & Senior creatus eſt Udvarhelyenſis. Sermone Latino Hiſtoriam Hungariæ & Transſilvaniæ concinnavit, dixitque *Florum Hungaricum*, prelo nunquam ſubjectum.

25. GABRIEL HALLER, ex Illuſtr. Familia, (cujus §. 274. 2. meminimus) *Lib. Baronum de Hallerſtein*, An. 1614, 26. Septembris, ortus eſt. Fuit namque Magnificus quondàm STEPHANVS L. B. HALLER, Comes Supremus Comitatûs Küküllö, Generalis Exercituum Comitatenſium, & (à die 4ta Mart. An. 1637.) Statuum Præſidens, Genitor, ex Juditha Kendi, Filiorum GABRIE-

3.285. 288

BRIELIS, de quo ſermonem inſtituimus; PAVLI, quater uxorati, ſine filiis tamen decedentis, Conſiliarii Intimi, & Comitatûs de Küküllö Comitis Supremi; & JOANNIS, quem ſupra (§. 274. *n.* 2.) laudavimus, Conſiliarii & Comitis Tordenſis, deinde ultra annos 5. in Arce Fagaras captivi, tum in libertatem adſerti Viennamque Provinciæ Ablegati, & ex eo tempore, Clementiâ D. Leopoldi Cæſaris, Conſiliarii atque Theſaurarii, ſimul & Comitis Tordenſis, Patris Stephani itidem Haller, qui à Cæſare Leopoldo Comitis Titulum impetravit. *Vid. Mikola.* Gabriel Noſter, ſine Hærede & extra Fidem Romano-Catholicam deceſſit. Anni enim 1630^{mi} initio Religioni avitæ nuntium remittens, 22^{da} Maji ejusdem anni, ex Arce Fagaras, ubi à ſervitiis Principiſſæ Viduæ erat, cum tribus Legatis Electoris Brandeburgici, qui reditum à *Catharina Brandeburgica* inſtituebant, itineri ſe commiſit, Academias Helveticæ Confeſſioni addictorum exoticas ſalutavit, Francofurtum ad Viadrum A. 1631, Franequeram, Lugdunum Batavorum & Londinum, annis 1632, 1633 & 1634, perluſtravit, ſequenteque anno in Patriam rediit, & Servitiis Principis Georgii I. Rákótzi ſe addixit. Tempus ſuum in ſtudiis diligenter conſumſiſſe teſtatum fecit: ſæpè enim Litteras exteris ab oris Principi miſſas, ex Germanica in Hungaricam convertebat Lingvam, Mathematicas in Arcibus & Fortalitiis Transſilvanicis delineationes frequenter faciebat, variisque tam adoleſcens, quàm, & maximè quidem, ætate perfectior, negotiis publicis adhibebatur. Initio Principatûs Michaëlis I. Apafi, Legati apud Turcas munere functus. An-

no quoque 1663, cum ipſo Apafio, in Caſtris Turcicis, ad Arcem Novam Hungariæ, agebat; (*Vid.* §. 123. *n. d. e. f. h.*) ſed cum exitio vitæ ſuæ: nam die 15ta Nov. innocentiſſimo, enſe Turcarum tyrannico, in eadem Hungaria, caput amputatum eſt. Pluribus de hoc Heroë agit *Joan. Betlenius* in Continuatione Hiſtoriæ, quem fontem obturare Lectori nequaquam volumus. Credibile ſanè eſt, ſvadentibus circumſtantiis, ſcripta Doctum Virum reliquiſſe varia, ſed quæ fortè temporum injuriâ interciderunt. Nobis nihil talium vidiſſe datum eſt, præter *Diarium* ejus, quod ab An. 1630, ad An. 1644. incluſivè, notulas in Hiſtoriam Transſilvanicam neceſſarias continet.

26. JAC. HARSÁNYI, auſpiciis & ſumtibus Georgii I. Rákótzi, Lingvam Turcicam, cujus poſt Interpres foret, doctus, ephebi adhuc Michaëlis I. Apafi in Schola Váradenſi Informator fuit. Venit dein in Germanicas & Batavas Academias; & reduci Cathedra Profeſſoria Váradenſis obtigit. Sed quod Superioribus minus eſſet obſequens, An. 1646, in Synodo Nationali Szathmár-Németini celebrata, ita in functione firmandus decernitur, ſi animum mutaverit ſuum. Eam Synodi determinationem haud æquo ferens animo, ad Electorem Brandeb. ſe contulit An. 1651, ibique negotia Commercii ad Orientales regiones erudito calamo expedivit, & titulo *Conſiliarii* ſummoque honore, fortè ultra An. 1676. ſupervixit.

27. JO. HÁZI, Principis Gabr. Betlen Turcicus interpres, Doctoris cujusdam Muhamedani Librum

§. 275.

brum *Envárul Aſikin*, Hungaricum fecit, & dedicatum Principi, edidit, Caſſoviæ, 1626. 4.

28. ST. HEGYESI de *Boros Jenö*, Principe Apafio, nonnullorum Fiſci Bonorum Proviſor, eximiæ eruditionis, conceptu diſtincto, concinnavit Opus de SS. Trinitate, cui titulum impertivit: *Kegyesſég nagy Titka*. An. 1686. 8. Opus ejus Latinum adverſus Anti-Cocceanos manſit ineditum.

29. MARTINVS HVNYADI à Bánfi-Hunyad, publici juris fecit Diſſertationem Philoſophico-Theologicam *de Divinitate Sacræ Scripturæ*, Franequeræ 1695. 4.

30. PAVL. JÁSZBERÉNYI, juvenis induſtrius & cultus, Franciſci I. Rákótzi, filii Gaorgii II. Rákótzi (ſub inſpectione Pauli Kereſzturi, Concionatoris Aulici) Informator, in Angliam transiit, ac ut erat, formandis Cirratorum ingeniis natus, Scholam aperuit Londini præcipuam: porrecto igitur veneno, quod exiſtimationis ac reditûs ejus paraverant inviſores, eo planè temporis articulo, quo Curatores Collegii Enyedenſis, Profeſſoris ei munus oblatum ire vellent, è medio ſublatus eſt. Ejus retinet memoriam: *Examen Doctrinæ Ariano-Socinianæ, ubi Vindicatur S. S. dogma de Trinitate.* Lond. 1662. 8.

31. *a.*) JOANNES KEMÉNY, Princeps Transſilvaniæ §. 122, cujus Stemma Illuſtriſſimum decem Seculorum orbes feliciter emenſum eſt; dignus proinde vel hoc nomine, cujus paucis meminerimus. Conditor Stemmatis fuit magni Vir nominis MIKOLA, ſeu *Nicola*, alio nomine (erat enim binominis) DESZMÉR vocitatus; cui hac vita functo 5. ſuperſtites fuêre filii: *Mikola*, *Gyerö*, *Kabós*, *Radó* & *Kemény*. *A.*) MIKOLA, na-

9.278. ...

tu maximus, nomen patritum ad noſtram propagans ætatem, nuper admodùm in Lib. Barone *Ladislao Mikola*, Tabulæ Reg. Jud. Adſeſſore Primario omnino defecit; Conf. §. 278. *n.* in Sexu vero Femineo ad Illuſtr. Familiam Comitum Tsáki de Kereſztſzeg tranſiit. *B.*) GYERÖ, Natales dedit Illuſtr. Domui *Gyeröfi*, quæ complura Secula vincens, quod ad nobiliorem ſexum non multis abhinc annis defloruit; maternâ origine in Illuſtr. Familias GYÚLAFI *de Rátot*, & KORNIS *de Göntz-Ruſzka*, Comitum utrasque, transmiſſâ. *C.*) KABÓS, Radix eſt Caputque Nobiliſſimæ Familiæ *Kabós* de Magyar-Gyerö-Monoſtor, jam decem ſecula florentis. *D.*) RADÓ, cujus Lineam mox terminavit *Chriſtophorus Radó*. *E.*) KEMÉNY, Archiparentis filius natu minimus, auctor Domûs *Kemény iæ*, mille fermè annorum edurantis vernantisque, & Heroibus Pace Belloque Claris ornatiſſimæ. Progenitoris KEMÉNY Poſteros recenſere omnes & ſingulos, per anguſtiam campi papyrii minimè licet. Contexuit Hiſtoriam Inclutæ Familiæ Lib. B. *Ladislaus Mikola*, Hiſt. Geneal. p. 44, 45. & curatiùs Lingvâ populari, Princeps Joannes Kemény, in Opuſculo: *Régi nagy emlékezetü* KEMÉNY FAMILIA GENEALOGIÁJA, *mely kezdetit vette a' Tekintetes Mikola Familiából*, 958. *Eſzt*: Nos omnes KEMÉNYIOS ex duobus tribusque Heroibus diſcamus. Enituit virtus Keményiana vel in uno SIMONE, quem Annales noſtri æternùm decantabunt, quemque velut alterum *Schimſchonem* commemoravimus, plus hoſti Chriſtiani nominis nocuiſſe morientem, ac poterat vivens. Actum enim erat de Joanne Corvino, quin & Dacia

Domui

§. 275.

Dacia noſtra, niſi *Simon*, novusque adeò Hercules, laboranti Atlanti, *Corvino*, opem tuliſſet commodam. *Vid.* §. 99. *n.* 12. *a.* Inclaruit paulò poſt in *Keményiis*, alter SIMON, cujus invictam, ac in theatro belli adverſus Barbaros acerrimè deprӕliati eximiè conteſtatam fortitudinem, cum Rex ipſe Glorioſiſſimus *Matthias I.* hoc elogio coram collaudaſſet: *Kemény Vitéz a' Simon*; (i. e. *Durus Bellator eſt Simon*) ab hoc oraculo Regio novum mox & illuſtre cognomen Ei adhӕreſcere cepit, vt adeò plenum Ejus vocabulum eſſet: *Simon Kemény Vitéz.* Tanti Bellatoris, vt Tabulӕ perhibent Genealogicӕ, filius *Stephanus Kemény Vitéz*, nepos *Georg. K. Vitéz*, pronepos *Petrus Kemény Vitéz*, pulcrè patriſſabant. In *Petro Kemény Vitéz*, veluti communi Trunco, una & vetus illa Familia, in duas abiit propagines, Petrus quippe ſuſceperat Par benè natum filiorum, in quibus Nomina ante conjuncta *Kemény* & *Vitéz*, virgula quaſi Divina divelli cepere; ac unus eorum, omnesque ab eo Deſcendentes KEMÉNYII, alter item Poſterique ejus VITÉZII ſunt vocitati. Eorum ſanè, qui Tabulis, Illuſtr. Familiarum *Kemény* & *Vitéz*, Genealogicis, deſtituuntur, ſitim cognoſcendi mitigabunt geminӕ Orationes Panegyricӕ *Franciſci T. Tsepregi*, Profeſſoris Claudiopolitani, publici juris factӕ, quarum unam (*de Aetate Aurea*) ſermone parentali habuit An. 1744. 12. Jul. dum Ill. D. SAMVELIS *L. B.* KEMÉNY de Magyar-Gyerö-Monoſtor, Comitatûs Dobocenſis Comitis Supremi, & Ill. Collegii N. Enyedenſis Supremi Curatoris, Caro Sequeſtra, Vetſino Majorum Tumulo inſcrebatur. Alteram (*de Tropaeo*) in Exequiis funereis Ill. D.

GEOR-

§. 225. ...

GEORGII *Lib. B.* VITÉZ *de Magyar-Bikal*, ſuper Caſtro Doloris Magyar-Bikalenſi, An. 1733. 5. Jul. recitavit.

b.) In Linea *Keményiana*, percelebratur Commentariis Rerum Dacicarum *Balthaſár Kemény*, Principum Gabrielis Bátori & Gab. Betlen Conſiliarius, Comes Supr. Albenſis, & Capitaneus Fagaraſenſis, qui ex poſteriore Thalami Conſorte, *Sophia Tornyi*, *Thomæ Tornyi*, Achillei Bellatoris, primùm arci limitaneæ Gyúla Præfecti, inde Lugoſenſis juxtim & Káránſebeſenſis Bani, filia, prognatos vidit (juxta cum quaternione Filiarum) cognominem ſibi BALTHASAREM, Comitem Koloſenſem & Sedis Udvarhely Capitaneum, in fatali Transſilvanorum expeditione bellica, adverſus Polonos & ſuſcepta temerè, & infeliciſſimè geſta, glande plumbea peremtum; & JOANNEM Noſtrum, Principem Transſilvaniæ, Tragico exitu vitam glorioſam claudentem. Is namque, tanto licet ardore & validè res ſuas contra Turcas geſſerit, ut Turcarum Turma, primis ordinibus fermè omnibus cæſis, nutare, fugamque meditari ceperit: ſed milites Keményii, panico timore correpti, incruentam hoſti, ipſomet teſte, debiliori, reliquerunt fugientes, Victoriam. Sic Princeps Keményius, pulcrè quidem Ducem miſcebat ac Militem, æquè conſilio prudens, atque dextrâ fortis: at mox in ipſo Martis theatro, lapſu equi, Viris Principibus ſubinde fatali, humi concidens, & à ſuis obtritus miſerè vitam finivit. Cui dum ſuum *Steph. Gyulai*, Dapiferorum ejus Magiſter obtuliſſet, ipſe equo deſtitutus pro fidelitate obiit, non tamen Principem ſuum contra fata tutari potuit. *Vid.* §. 122. Fuerat Noſter

ante,

ante, quàm Princeps fuisset salutatus, à servitiis Gabrielis Betlen, Catharinæ Brand. & Principum Rákótziorum, horumque sæpiùs Legationes obiit, & postmodùm egit Polemarchum, usque ad luctuosam contra Polonos expeditionem: optimè ergò nota Ei erant, quæ in Provincia agebantur, eaque ad sciundas res Patriæ necessaria, diligenter consignavit, in *Descriptione Vitæ suæ*, quam à Natalitiis propriis, filo Hungarico perduxit, ad An. 1655. Captivus Crimiæ, concinnavit vernaculè: GILEADI BALSAMVM, quod, dicatum sibi, Principissa *Susanna Lorántfi*, excudi typis jussit, S. Patakini, 1659. 4. Dedit ex eadem Crimea, *Epistolam Apologeticam* populari lingva sonantem & prolixam, qua se de expeditione infeliciter gesta apud Status Transsilvaniæ solidè & justè excusavit. Ejus, ante expeditionem, in Castello Gerendensi, An. 1656. confectam Tabulam Genealogicam Keményianam, cujus superiùs mentionem fecimus, *Ladisl. L. B. Mikola*, prodire fecit ex Officina Totfalusiana, Claudiopoli, 1701. 4. Id unum adhuc de Principe Keményio habeo monere: Claves Ejus alphabeticæ, quibus Scripta sua claudere solitus erat secretiora, præstò mihi sunt. Earum *Tabella prima*, numeris minoribus arithmeticis personarum locorumque nomina exprimit, in qua numerus 1. Georgium Rákótzi, numerus 2. Franciscum Rákótzi, 9. Acatium Bartsai, 10. Joannem Betlenium, 19. Cibinium, 29. Transsilvaniam denotat. *Et sic porrò.* In *secunda Tabella*, characteres arbitrariò (ita, vt C. conversum Litteram D; Signum solis astronomicum Litteram Z. valeat) formati figuntur. *Tabella tertia* vocabulis commu-

nem

§. 275. .233 ½.

nem uſum habentibus, nomina ſignificatione diverſa tradit, v. gr. *Uraſág* notat Georgium Rákótzi; *Üſtökös csillag*, Suſannam Lorántffi; *Alkalmaztatás*, Gabrielem Haller; *Köſzál*, Coronam Civitatem; *Piſztrang*, arcem Fagaras; *Golyva* Biſtricium; *Filemile*, Gerendinum; *Káposztás Hús*, Hungariam; &c. Sed hæc cui bono? Tribus verbis aperiam. Animo opinio ſedet meo, Keményium Noſtrum, utpote Heroa diligentem, & Scriptionibus, dum Mars ſivit, deditum; Scripta, quàm novimus, plura, niſi innumeræ rerum converſiones abſumſerint, & forte in his, Clavi memoratâ recludenda, reliquiſſe. Talium, clave nobis relictâ aperiundorum, ſi quid tempus, rerum edax, fecit reliquum, aut apud Illuſtr. Comites & Lib. Barones Heredes Suos, quos inter Vlyſſes prudentes, & Senecas Sapientes Orbis patrius lætus ſuſcipit; aut apud alios quospiam; Clavem à nobis (quidſi in emolumentum Hiſtoriæ patriæ?) haud difficulter impetrabunt.

32. PAVL. KERESZTVRI, Scholæ Albenſis Profeſſor, §. 258. *n.* 2. fuit Principibus Rákótziis à Sacris Aulicis; cujus ſimul ſub inſpectione Schola continua, qua Liberi Principum & Procerum exercebantur, florebat, eruditis commiſſa Informatoribus. (*Conf. n.* 10. 11.) Vir pius & eruditus, Semi-Apoſtolus habitus, An. 1655., æt. 66. mortalitatem exuit. Redivivum verò eum, Opera, quæ reliquit, repræſentant. Talia ſunt: 1.) *Tsetsemö Kereſztyén*, Koloſv. 1638. 4. 2.) *Felſerdült Kereſztyén.* Várad 1641. 4. Hæc utraque in Latinum quoque ſunt converſa & edita. 3.) *Lelki Legeltetés*, (Expoſitio Pſalmi XXIII.) Várad 1645. 4. 4.) *Egyenes Ösvény*, (Conciones ſele-

ſelectæ) Várad, 1655. 4. Recuſæ An. 1744. Cibinii. 5.) *Mennyei Társalkodás.* 12^{mo} 6.) *A' Kereſztségröl egy Prédikátzio*, Várad 1645. 4. Concio de Baptiſmo, A. 1645. 4. 2^{da} Apr. dum Franc. Rákótzi ſalutari Baptiſmatis aquâ Albæ Juliæ adſpergeretur, recitata.

33. JO. D. KESERÜI, An. 1609. Heidelbergæ ſtudiis operam dedit, redux Paſtorem Váradenſem, & demùm Albenſem, ſimulque Superintendentem egit. §. 233. *n.* 2. Is, multum ſanè in eo operatus eſt, qui fiat Cantus in Cultu Divino ordinatior, juſſuque Principis Gabrielis Betlen *Cantionale* ſeu (vt verbo domeſtico utar) *Graduale* concinnavit vaſtiſſimum: priùs tamen, quàm extrema manus operi acceſſiſſet, ad plures abiit, & cœptum opus Succeſſori *Stephano Geleji* conſummandum reliquit.

34. JOAN. KÖRÖSPATAKI, Eccleſiaſtes Mezö-Tsáváſenſis, *Carmine hungarico* expreſſit caſumLupulii, Wajvodæ Moldaviæ, qui temerario & faſtuoſo auſu Matthæum Transalpinæ Wajvodam adortus, à Georgio II Rákótzi Sede pulſus eſt. A. 1655. 4.

35. STEPH. KVN. Fuerunt ex Antiqua inter Siculos Familia *Kun* alii de *Osdola*, alii de *Kál* prædicati. Ex Kalianis propagati ſunt Kunii de *Roſali*, tam hi verò, quam illi in virili jam ſexu defecerunt, in Wolffgango filio Mathiæ, Roſaliana autem in Stephano. Superſtites adhuc ſunt Osdalani, Comitum quoque honore jam inſigniti. Ex iis ortum duxit *Gothardus Kun*, de quo *Iſtvanfius* Hiſt. lib. XII. ſcribit, quod quum eſſet Dux Exercitûs Joannis Regis An. 1534. in expugnando *Sacmaro* cum laude militari, una tamen etiam maximo omnium, & ipſius Joannis dolore occubuerit, poſtquam ſcilicet paulo ante ab eodem

Rege

Rege in Comitatu Hunyadienſi ampliſſima Bona in hæreditatem obtinuiſſet. Noſter quoque ex hac ortus Familia, compoſuit *Preces* ſingulis Septimanæ diebus accommodatas, easque à *Martino Déſi*, celebri Theologo reviſas, publico jure donavit, ſub inſcriptione: *Hét napi Uti társ.* Kolosv. 1677. 8.

36. PAVL. K. LISZNYAI, Familiæ *Kováts*, in pago Liſznyó Sedis Sicul. Sepſi, originem debet ſuam. Primis præceptis in Transſilvania inſtructus Togatis poſt Civibus Collegii S. Patakenſis ſe adgregavit. Circa An. 1665, munus Gymnaſiarchæ Scholæ Caſovienſis ſuſcepit, ac poſtquam ibi omnibus ſe probaſſet, Doctas illas Bonarum Mentium Sedes, Academias Leidenſem & Groningenſem inviſit. Reducem multa eruditione excultum, violentia Militum in Hungaria, militiæ nomen dare coëgit; at intercedentibus Debrecinenſibus Civibus, dimiſſus eſt. Expoſt, officio Profeſſoris, quoad finivit, Debrecini functus, edidit Opera: 1.) *Profeſſionum Scholaſticarum, opera & ſtudio Pauli Lyſnyai Tranſilvano Siculi elaboratarum, & ſtudioſæ juventuti Debrecinenſi publicæ propoſitarum, Pars I.* An. 1683. *Pars II.* A. 1687. *Pars III.* A. 1690. Debrecini in 4^to 2.) *Kronica, mellybe faſzlal* 1196. *eſztendöket avagy Kriſtus Születéſének,* 268-1464. *Eſztendei alat dolgait a' Magyaroknak, mellyet Chronologice, és az Chriſtus-Urunk, eſztendejének folyáſa ſzerént illendö rövid formában tſinált és ki-botſátott, Liſznyai K. Pál D. S. M.* Debrecini, 1692. 3.) *Origo Gentium, & Regnorum poſt Diluvianorum, à Japheto, Semo, & Chamo eorumque poſteris in Aſia, in Africa, & in Europa originem ſuam trahentium,* ibid. A. 1693. 4^to 4.) *Chronologia ſacra in ſeptem intervalla periodos, ſeu in ſeptem ætates mundi diſtributa* ---- ibid.

37.

$.275.

37. GEORG. MARTONFALVI, SS. Th. Dr. A. 1659. creatus Franequeræ, quo ſumtibus Michaëlis Apafi pervenerat. Poſtquam gradum in patriam revocavit, Cathedram Profeſſoriam Váradenſem, & inde An. 1660. per Turcas turbatus, Debrecinenſem obtinuit, eamque ad An. 1681, 23. Apr. quo obiit, fideliter ornavit. Ejus ſunt: 1.) *Exegeſis Libri Primi Medullæ Ameſianæ*, Debrec. 1670. 12. 2.) *Exegeſis Libri II*[di] *Medullæ Ameſianæ*, Debr. 1675. 12. 3.) Theologia Dogm. & Polem. Debr. 1679. 8. 4.) Explicatio Dialecticæ Petri Rami. Debrec. 1664. 12. 5.) Dialectica. 6.) Examen Logicum undecim Decadibus abſolutum. Debrec. 1664. 12. 7.) *Szent Hiſtoria* Debr. 1681. 8. Hiſtorias Biblicas exhibet; prodiit ab obitu Auctoris, ſumtibus Collegii Debrecinenſis.

38. PAVL. MEDJESI, poſt Litterarias in Belgio & Anglia peregrinationes, Profeſſor factus Debrecinenſis. Mox eum Suſanna Lorandfi, Conjux Georgii I. Rákótzi, Sacris Aulicis, An. 1633, præfecit; Principiſſæque, dum ea vixit (*n.* 78.) à Concionibus fuit. Opera ejus hungarica ſuperſunt: 1.) *Szent Atyák Örörme*, Fejérv. 1640. 4. 2.) *Egö Szövétnek*. 1645. 8. 3.) *Dialogus Politico-Eccleſiaſticus* Bartfán, 1650. 4. Hoc Opere, Presbyterianus ille, Presbyterium commendat, ſtringitque calamum adverſus Epiſcopales. 4.) *Praxis Pietatis*; ex Anglico Opere *Ludovici Bailii* in Hung. convertit. 5.) *Lelki A. B. C.* 8. 6.) *Doce nos orare, quin & prædicare*. Bartfán 1650. 4. 7.) *Conciones Variæ*, diverſis occaſionibus recitatæ, & typis mandatæ, ab An. 1657. ad A. 1660. 8.) *Hét napi együtt Beſzélgetés*. 12mo. Ex Anglico.

39. STEPH. NY. MELOTAI, Profeſſor, pluri-

8.275.

bus annis, Debrecinenſis, Eccleſiaſtes poſtea Kállaienſis; & Szathmárenſis, (vbi ejus conſilio Schola erat fundata) ſimulque Superintendens Eccleſiarum Cis-& Vltra-Tibiſcanarum. Hunc, Virum eximium, expetiſſebat Princeps Gabr. Betlen, & lucratum ſibi, Myſtam conſtituit Albenſem. Beatæ ejus memoriæ deſerviunt: 1.) *Mennyei Tudomány ſzerint való Irtovány*. Debr. 1617. 4. 2.) *A' Húſzadik Sóltár' Magyarázatja*. Kaſſán, 1620. 4. 3) *Agenda* 1621. 8. 4.) *Agenda*, Extractus prioris Operis, Liturgiam Miniſtrorum Verbi complectens, qua Eccleſiæ Helv. Conf. addictæ in Transſilvania utuntur. 5.) *Speculum Trinitatis*, Debr. 1622. 4.

40. FRANC. MIKO, Baro. A' Natalibus Summi olim Herois narrationem ordiamur. Natus eſt An. 1584, ex Illuſtr. & jam Comitum Ordini (§. 173.) adſcripta Familia MIKOIANA de *Hidvég*, (prædicata etiam fuit de *Bodok*, ubi non minus retinet hodiedum amplam à Majoribus acceptam hæreditatem,) quæ Inclitum ſuum Genus, ad Hungaros, ex tot Gentium partumeja matre, Scythiâ, egreſſos refert. *Joannes Kemény* (in MS^to^, *n.* 30.) ingenuus Noſtri encomiaſtes, illi conſulendus, qui plura, quàm à nobis accipit, de Franciſco audire cupit. Multæ ejus in Patriæ emolumentum virtutes celebrantur. Sedente ad gubernacula Reipublicæ Gabriele Betlen, imò etiam Rákótzio I. Theſaurarii, Conſiliarii, Tabulæ Regiæ Adſeſſoris, Sediumque Siculicalium Csík, Gyergyó & Káſzon Supremi Capitanei functus eſt Officiis. Fuit item Legatus Primarius Vindobonam ac Berlinum, dum Princeps Gabriel ſecundas accenderet tedas jugales. Grati debemus Transſilvani omnes Franciſco Rerum patriarum

per-

peritiſſimo, *Hiſtoriam Manuſcriptam*, lingvâ domeſtica adornatam, quam auſpicatus ab An. 1594. pertexuit ad An. 1612, ſincero calamo. Continuatiunculam (ſi fas eſt ita loqui) ad An. 1612 & 1613, *Samuel Biró* adnexuit. Eum nunc ſermonem ſipario ſilentii velare haud poſſum, quem memoriæ commendarunt, Auctor Dacicæ Siculiæ, p. 51. 52; & Baro *Lad. Mikola*, qui *Hiſt. Geneal.* p. 56. de Franciſco Miko, ſic fatur:
,, Fuit tempore Gabrielis Bethlen Transſilvaniæ
,, Principis, *Franciſcus* quondàm *Mikó*, ejusdem
,, Conſiliarius, ac Arcis dudum Szeredaienſis in
,, Csík fundator, ex Auriga promotus, & gra-
,, tia dicti Principis magna authoritate & opibus
,, valens, qui habuit Inſignia tria Leonina capi-
,, ta; ille verò ſceleribus usquequaque famoſus,
,, miſerè & ſine hærede, veneno, quod Principi
,, apparare præceperit (*adſeritur enim, eum ad Prin-*
,, *cipatum anhelaſſe, ac Principem hac in arce convivio*
,, *lautiſſimo excepiſſe; at Cibos palato Principis experi-*
,, *tos inficiendos veneno juſſiſſe*) & ipſe, juſſu Princi-
,, pis, prælibato, periit; everſâ tunc funditùs
,, dicta Arce, à ſe condita, vt memoria tanti
,, ſceleris perennaret. ,, Hæc certè narratio fabula vel ex ignoratione eorum, quæ ſcriptori ne calamus à vero aberret, nota eſſe debebant, vel ex quocunque alio affectu emanans calumnia eſt, tam antiquioribus nobiliſſimæ Familiæ monumentis, quàm rerum ipſarum teſtimoniis dudum refutata, nec ad ulteriorem refutationem ullo nobis opus eſt argumento, præter conſiderationem temporis, quo Noſter finivit. Certe Franciſcus, Principante Georgio I. Rákótzi, An. 1635, in vivis eſſe deſiit, & 28. Auguſti (teſte Diario

.b. 275.

Gabrielis Haller) Albæ Juliæ humatus eſt. Tanquam teſtem exceptioni haud obnoxium, adducimus omnino, *Monumentum Funebre*, Carminibus *Gymnaſii Hidvégenſis* Vnitarii (Vnitariam enim ſequebatur Religionem; licet nonnulla è dogmatibus quoque diverſarum Religionum retinuerit, vt doctrinam de Purgatorio, cum Eccleſia Romana; doctrinam de Prædeſtinatione cum Helv. Conf. addictis &c. Debeamus proinde in ſerie Eruditorum Vnitariorum memorare) erectum, & typis mandatum; quod hodieque apud Ill. D. Comitem STEPHANVM MIKO de Bodok, litteraria inter Inſtrumenta adſervatum nobis adplaudit. Niſi ergo, Amice, peremtum ætate Betlenii Franciſcum Mikó, ad tempora Rákótziana ipſe reſuſcitaveris à mortuis, denuò moriendum, narrationi tuæ fidem negabimus. Si conjecturæ aliquis ſit locus: puto hanc fabulam in vulgus hodieque notam, aliquo ex eventu promanatam, qui accidiſſet tempore, quo *Gabriel Betlen* (ante principatum) Supremi, *Franciſcus* verò *Mikó* Vice Capitanei Officio functi fuêre, in Sedibus Csikenſibus. Franciſcum enim, Princeps Bátorius memorato Officio An. 1611. donaverat, quo, teſte Noſtro, Gabriel Supremi Capitanei munere fungebatur. Nec tunc verò eventus fidem Franciſci in dubium vocans evenerit: nam Principi tandem Betlenio qui tam charus eſſe potuerit? De arcis everſione, hujusque cauſa, alibi locus dicendi erit commodior.

41. ALEX. MAGYOROSI, Nobilis Transſilvanus, Albæ Jnliæ, Præceptoribus, Alſtedio, Biſterfeldio, Piſcatore & Opitio, uſus, tandem Franequeram ſe contulit. Illic edidit: *Panopliam Chriſtianam*,

§. 275.

ſtianam, *Veræ Fidei hoſtibus oppoſitam*. Franekeræ An. 1641. 8. Patriam reviſens, Eccleſiaſtes Claudiopolitanus creatus eſt. Simul etiam Profeſſoris functus fuit in Gymnaſio munere, quamvis §. 259. non commemoraverimus.

42. JOAN. NADÁNYI, Nobilis de Keres-Nadány, Profeſſor Enyedinus (§. 258. *n.* 5.) Ejus ſunt: 1.) Diſputatio *de Jure Belli*, quam, ſub Præſid. Pauli Voet I. V. D. defendit, Trajecti ad Rhenum An. 1658. 30. Jun. 2.) *Florus Hungaricus*, ſeu, *Rerum Hungaricarum Compendium*. Amſtel. 1663. 8. Leidæ ſtudiis occupatus, Librum felici Minerva concinnavit. 3.) Hungaricum fecit *Antonii Mizaldi Libr.* de Horticultura. Edit. Claudiop. 1669. Verſio non ubique adcurata eſt.

43. JOS NAGYÁRI. Filius *Benedicti Nagyari* (cujus inſignis Libellus: *Igaz Vallásu Kereſztyén*, Váradini An. 1651. 8. & Diſſertatio, *De inflammatione Sacrificiorum per ignem cœleſtem*. Lugd. Batav. A. 1676. in 4^to^ prodiit) Paſtoris Boros-Jenöienſis, Celſiſſ. Principibus, Primo & Secundo Apafiis, ab An. 1679, ad 1694, à Sacris; dicto An. 1694, 18. Febr. denatus eſt. Fuit Magnus Dextræ Dei Vir, & Zelo paucis ſecundus, eloquioque diſertiſſimus; fuit facilis, humilis, manſvetus, candidus; fuit amori & admirationi omnibus. Cui non lacrumas expreſſêre Joſephi, preces fundentis, verba, cujus in animo aculeos non reliquêre voces concionantis, remotus à pietate habitus, refertur. Quædam adhuc ejus Conciones circumferuntur, vel Ambroſio & Chryſoſtomo dignæ. Dolendum verò impenſè, quod Scripta ejus publicæ luci deſtinata, ob res patriæ turbatas, prelum non reperierint.

.. vid. p. 600.

44. MICH. NÉMETI, Hungariæ Oppido *Szathmár-Németi* An. 1638. natus, ibidemque, & poſt Debrecini, Patakini ac Bataviæ Scientiis excultus; Rector primùm, deinde Eccleſiaſtes (An. 1670.) Göntzini factus eſt. Annum 1673. Debrecini tranſigens, ad Paſtoralem Cathedram Claudiopolitanam ductus, Verbo Dei operatus eſt ad An. 1689, quo, & æt. ſuæ anno 51, vitam cum morte permutavit. Varia ejus ſunt Opera edita: 1.) *A' R. Vallásban lévö Idveſségröl.* 2.) *Igaſság Proba Köve*, Kolosv. 1672. 8. 3.) *Igaſság Proba Kövének nyert Pere.* 4.) *Az egy Iſteni Allatban lévö három Iſteni Személyeknek mútató Tüköre.* Kolosv. 1673. 12. 5.) *Evangyéliomnak Világos Tüköre.* 6.) *Évangyéliomi Dominika.* Kolosv. 1675. 4. 7.) *Dominikális Prédikátziók Toldalékja.* Kolosv. 1686. 8. 8.) *'Sóltárok Magyarázatja.* Kolosv. 1679. 12. 9.) *Mennyei Tárház Kúltsa.* 10.) *Grammatica Hebraica.* Franek. 1667. 8.

45. SAM. NÉMETI Profeſſor Claudiopolitanus §. 259. *n.* 2. & Ephorus (fuêre præter eum Joannes Keſzei de Óvár, & Steph. Pataki) Michaëlis II. Apafi.

46. EMERICVS P. PÁPAI de Pápa Hungariæ, Paſtor & Senior Déſenſis, poſtmodum Principis Georgii II. Rákótzi Albæ Juliæ. Mortuus ex phthiſi An. 1666. Hujus eſt eximium Opuſculum: *Keskeny Út.* 8vo.

47. CHR. PASKÓ, in Hungariæ Comitatu *Biharenſi*, pago Székely-Hid, natus; illuſtrem in Transſilvania gradum, inter patriæ Proceres, virtute & induſtria, conſecutus; varia, in adflicto rerum ſtatu, ſervitia Publico præſtitit, Legationesque ad Portam Ottomannicam obiit: in-

§. 275.

infelici verò hæc omnia, eventu. Anno enim 1678, dum Paulus Béldi rebellionis in Principem adcuſatus, ad Turcas profugit; ſequutus eum eſt etiam Chriſtophorus, nec amplius Transſilvaniam repetivit: ſed in Hungariam eluctatus, Patakini, exulis in modum, diem obiit. Metris Hungaricis complexus eſt deſolationem Transſilvaniæ, annis 1658, 1659 & 1660, per Barbaros factam. Liber ſanè, pro cognoſcenda ejus temporis hiſtoria, quantivis pretii, inſcribitur: *A' Nemes és régen híres Erdély Orſzágának Keſerves és ſzomoru Puſztitatásáról írt Síralom* 1663. 4.

48. JOAN. B. PATAI, Bogátenſis, & poſt Száſzvároſenſis Parochus, ex Anglico Hungaricum fecit Librum: *Lelki igazgatás a' betegségben és a' Halál árnyékában.* Ultraject. 1700. 8.

49. STEPH. PATAKI, Profeſſor Claudiopolitanus. Vid. §. 259. n. 2.

50. SIG. PERNYESZI (§. 123. *k.*) de Oſztopány, Vir ex Primariis Nobilibus, Királyfalvæ, dum hanc vivebat vitam, reſidens, jure meritoque laudandus. 1.) Is namque Preces *Avenarii* hungaricè reddidit, ac emiſit inſcriptas: *Kegyes Léleknek Vigaſztalást ſzerzö idveſség Paiſſa.* Kolosv. 1676. 8. 2.) *Az Iſten Anyaſzentegyházában lelki hartzot tartó Vitézeknek, Lelki ſebek fájdalmát enyhítö Lelki Flaſtrom.* Kolosv. 1678. Accedit eius encomiis, vt reliquas inter praxes Pietatis, non modò preces fudit in ædibus ſuis, per domeſticos recitandas, ſed etiam matutinis quorumlibet dierum Dominicorum horis, ordinarium ante Cultum Divinum, Verbum Sacrum familiæ ſuæ interpretatus eſt. Meritò ergo condimentum Seculi ſui dixerimus.

§. 275.

rimus. Similem hodie in Precibus Zelum gerit, I. D. D. Z. de Z. M. Prot.

51. SIMON PÉCSI, (antiqua Ortographia *Pechi.*) Transſilvaniæ Archigrammateus; Vid. §. 253. *n.* 1. Ille, propter Judaismum fuit ultimùm damnatus, in Comitiis Deeſenſibus, An. 1638. 12. Jul. Non verò ipſemet modo, ſed (teſte *Gabr. Haller* in Diario) Filiæ quoque ejus.

52. JOAN. Póſaházi, Profeſſor Patakino-Albenſis. Vid. 260. *n.* 2.

53. GEORG. I. RÁKÓTZI, Transſilvaniæ Princeps, §. 118. lectionis Auctorum & Sacri Codicis (quem 14. vicibus perlegit maximè amans. Dum Georg. II. Rákótzi, Studiis Scholaſticis nuntium remiſit, Monita quædam Paterna Scripto Hungarico eidem exhibuit; quæ, Filius Latinè reddita, An. 1638. in lucem emiſit. Idem fecit An. 1640., cum Filio Sigismundo Scholæ valedicenti: imitatus Sigismundus quoque Fratrem Georgium, Conſilia & Adhortationes Patris Romano idiomate donavit, ac cum Oratione ſua, qua gratias Patri pro præſtitis in docefaciendo meritis agit, & cum adplauſu Virorum Eruditorum, edidit, Albæ Juliæ 1640. 4.

54. MICH. P. RÉGENI, Claudiopoli natus, ac in Religione Vnitaria educatus, Dresdæ Studia continuavit ſua, nativæque Fidei renuntians, Scriptum *De Oeconomia Redemtionis noſtræ per Chriſtum partæ* vulgavit, Lipſiæ 1688. 12.

55. MICH. SÁRPATAKI, itemque *Martinus Sárpataki* Protonotarius, fuêre Avunculi Martini Déſi, Sárpatakino oriundi (*n.* 18.) *Michaël* Eccleſiaſtes Clau-

§. 275. .1155.

Claudiopolitanus, Opus doctissimum elucubravit de SS. Trinitate, sub titulo: *Nóé Barkája* Kolos. 1681. 4.

56. STEPH. B. SELYEI, Med. Dr, & in Ecclesia Albensi Georgio II. Rákótzi à Sacris; officio functionis jubente, Principem in Poloniam secutus, An. 1657. in captivitatem Tataricam incidit: at Joanne Keményio, pro ejus lytro vadem se praebente, è Crimea dimissus, cum Literis & nunciis dicti Keményii in Transsilvaniam rediit. Turbatis Transsilvaniae rebus, in Huszt Hungariae se occuluit, ibidemque munus Pastoris, sumsit. Mysta deinde creatus, in patria, Selyensis, & Superintendens, functus est ad An. 1674. quo ad triremes Neapolitanas ivit. Redux inde quoque, senex valdè in Patria decessit. Pastor adhuc Albensis binos vulgaverat libros: 1.) *Temetö Kert*, Várad. 1655. 8. Conciones funebres continet, 2.) *Uti Társ* Várad 1657. 8. Conciones diversis adaptatae occasionibus.

57. AMBR. SIMIGIVS (Vernaculè: *Somogyi Ambrus*) Comitatûs Szólnok Interioris Ordinarius olim juratus Notarius, ex *Manu-scripta* sua Historia compluribus nostris popularibus probè notus, eam temporis periodum, qua Bonfinius filum historiae abrupit, historiâ complexus est fide satis dignâ. Per annum 1590. auspicatus, ad An. 1606. deduxit. Eorum, quae scripsit, magna ex parte, oculatus testis fuit;

58. NICOLAVS SZALÁRDI, Librum hungarica lingvâ scriptum, & Principissae Sophiae Báthori dicatum, A. 1643, formâ octavâ, Albae Juliae, edidit, de *utilitate Consolationum*, hac inscriptione:

A' Vigaſztalásoknak haſznos vóltáról. Gyula-Fejérv. 1683. Impreſſ. ſumptibus Conjugis Stephani Tsejti Barabáſi.

59. IOANNES SZALÁRDI, Vir generis Nobilitate illuſtris, non ita mihi, uti vellem, notus, ſtatum ſecularem ſequutus eſt circa medium ſeculi ſuperioris, conſtitutusque A. 1666. *Generalis Perceptor* Contributionum & Proventuum Comitatuum Hungariæ ad Transſilvaniam pertinentium, Transſilvanienſiumque Colos, Doboka & Interioris Szólnok; Articulus enim Diætalis 19nus d. d. 26. Febr. eius anni, ſic habet: „ *Akarván ez aránt-* „ *is a' Hódoltságon lévö ſzegényſégnek kedvezni, annál* „ *inkáb* Partialis Perceptor*oknak*; *azért a'* Partium-„ *béli, és Colos, Doboka, Belſö Szolnok Vármegye-* „ *béli hodoltatás alatt lévö réſzeinek minden rendbéli* „ *pénzbéli adónak és egyéb jövedelemnek* Generalis „ Perceptor*ának rendeltük Nemzetes Szalárdi János* „ *atyánkfiát, hogy* percipi*állya azon jövedelmet, és* „ erog*állya-is oda, a' hová parancsolattya léſzen.* Eodem verò 1666to anno ex hac luce migraſſe Szalárdium, docet Diætalis Articulus IIItius, d. 27. Sept. conditus, qui hujus eſt tenoris: „ *Nébai* „ *Szalárdi János helyett rendeltük Colosvárra Fizetö* „ *Meſternek* Perceptor*nak, és Cáptalannak Virginás* *Iſtván Atyánkfiát.* Id. eſt: In locum Joannis quondam Szalárdi, ordinavimus Claudiopolim, pro Officii Solutorii Magiſtro, Perceptore & Capitulari (h. e. Tabularii Conventûs B. V. Mariæ de Kolos-Monoſtra, Claudiopoli nunc adſervari ſoliti, Conſervatore) Stephanum Virginás, Fratrem noſtrum. Conſtat ex his, Szalardium noſtrum, præter Perceptoratûs Officium, alia quoque munia ardua & honeſtiſſima geſſiſſe. Vir

non

§. 255.

non ultimæ laudis, *Octo Libros luctuoſorum Hungaricorum Chronicorum*, lingvâ hungaricâ concinnavit, inſcripſitque: *Siralmas Magyar Kronikának VIII Könyvei. Melyeket a' Következendö Poſteritasnak meg-irt* Szalárdi János, 1662 *dik Eſztendöben.* Opus vaſtiſſimum omnino, quod videlicet 195. philyris abſolvitur. Auctor, qui res geſtas ſub Principibus Transſilvanis, Rakocziis cumprimis, Achatioque Bartſaio & Joanne Keményio, potiſſimum tractavit, fidelis atque ſincerus cenſetur. vid. p. 600.

60. DAV. SZ. GYÖRGYI, in Collegio Albenſi, ſub Biſterfeldio, & Batavis Academiis, Scientias adeptus eſt. In Eccleſia & Tractatu Dévenſi Paſtorem ac Seniorem egit circa An. 1679. Ejus Epiſtola, in nonnullis materiis, ad Coccejum, legitur.

61. ST. SZ-GYÖRGYI, Paſtor Benedekenſis in Tractu Alba Carolinenſi, Auctor eſt Operis: *Jó tselekedetek' Gyémánt Köve*, Kolosv. 1678. 12.

62. BENED. SZ-KIRÁLYI, in Sepſi-Szent-Királly natus, ſumtu pio *Chriſtinæ Csáki*, ſummæ Heroidis, Conjugis Stephani Betlen Transſilvaniæ Gubernatoris, Marpurgi, & Heidelbergæ An. 1617, Scientias in Transſilvania adquiſitas auxit, & honorem *Art. Lib. Magiſtri* meruit. Marpurgi agens, edidit Librum, cum titulo: *Vindicatio Locorum Veteris Teſtamenti æternam Deitatem Filii & Spiritus Sancti, Myſteriumque SS. Trinitatis confirmantium adverſus Georgium Enyedinum inſtituta.* Marpurgi, 1619. 8. Recuſa Hannoviæ 1624. 8.

63. MICH. SZ. MIKLÓSI, Vid. §. 253. *n.* 1.

8.275. 225

vid. p. 600.

64. STEPH. SZOKOLYAI, Paſtor Batzonenſis, Udvarhelyenſisque (235. *n.* 1. *l.*) & demum Maros-Váſárhelyenſis.

65. ST. SZOMOSKÖZI, Principis Stephani Botskai & Prædeceſſorum ejus Hiſtoricus; in cujus Hiſtoriæ editionem ſeptem florenorum millia Pr. Botskaius teſtamento legaverat: Hiſtoria tamen publici juris facta non eſt. vid. p. 601.

66. STEPH. N. SZÖNYI, V. D. Miniſter, pluribus in locis, Tornæ, Debrecini, Zilahini, Claudiopoli, Albæ Juliæ, & ultimò Szathmarini (ubi ætate vegrandi Paſtorem egit) manſiones habuit. Opera reliquit: 1.) *Martirok Koronája*, Kolosv. 1675, 8. 2.) *Kegyes Lélek Vezér Tsillaga*, Debr. 1681. & 1714. 12. Preces continet. 3.) *Örök élet Koronája.* 4.) *Tizenkét Tsillagok Koronája.* 5.) *Paraditſomi Múlatság.* 1690. 8.

67. MART. TÁLYAI. Hujus, in curriculo Studiorum Tranſſilvanico adhuc agentis, in manus inciderant, *Pauli Tsanádi*, Profeſſoris famigerati Vnitariorum Claudiopolitani, *Reſponſiones* ad Argumenta, quibus dogma de SS. Trinitate ſuperſtruitur, An. 1620. exaratæ. Eas ſecum in Bataviam ductas, confutavit, in Libello, quem inſcripſit: *Anatome Samoſatenianiſmi.* Lugd. Bat. 1634. 8.

68. *a.* MICHAEL TELEKI, inter Michaëles S. R. I. Comites ſecundus; quem, aliosque ex illuſtriſſima Familia S. R. I. Comitum TELEKI *de Szék* memorandos, vt eo curatiùs internoſcere valeamus, brevem hanc Tabulam Genealogicam transſcribendam duximus: Prima cunabula Illuſtriſſimæ Gentis TELEKIANAE figenda ſunt in perantiqua & fulgentiſſima Domo GARÁZDA *de*

Met-

§. 275. ·518

Metsenits. Hinc emicuerunt Fratres NICOLAVS & DIONYSIVS GARÁZDA, Heroës Summi, ſublimi in ſpecula pro ſalute excubantes publica, juxta cum Cognato *Ladislao Szilágyi* de Horogſzeg. Biſtonia demùm ſeu Thracia tyrannide Boſniæ terrisque Pannoniæ vicinis inſultante, juxta cum aliis Proceribus, Illuſtris quoque Familia *Garázda* ſolum vertit, atque in Hungariæ Comitatibus *Békés*, *Zaránd*, *Arad*, *Bihar*, profugos penates fixit. In duas mox Familia GARÁZDA Lineas diviſa, duo, Prædiis *Zágorbida*, *Szék* & *Telek*, illic adquiſitis diſtincta Cognomina ſumpſit: GARÁZDA *de Zágorbida & Szék*, item GÁRAZDA *de Telek.* Ac prior illa Linea quàm longis temporibus lætiſſimè floruit, usque ad JOANNEM; qui ſuam claudens Lineam, prole quippe Maſcula deſtitutus, cum probè noſſet, ſe cum alia Linea, GARÁZDA *de Telek*, ex eadem Stirpe effloruiſſe, Filiam ſuam *Annam*, ex Conjuge Juditha Fejér ſuſceptam Principis *Sigismundi* favore, Lineæ Maſculinæ præficiens, ac Heredem ſcribens, Cognato ſuo, MICHAELI GARÁZDA *de Telek* (ſed expoſt, *Michaëli Teleki de Szék*) Connubio junxit, in quo tandem duæ Lineæ ante ſeparatæ, pulcrè iterùm coaluêre, Nomine *Garázda* penitùs antiquato.

b, Ita poſterior hæcce Linea, expuncto nomine Gentilitio *Garázda*, dedit originem Illuſtri Genti TELEKIANÆ, ad florentiſſimum fortunæ culmen evectæ. *Michaëlis* quippe Filius JOANNES TELEKI, Comes Zarandenſis, ex Conjuge *Anna Bornemiſza*, genitor exſtitit MICHAELIS TELEKI, (qui *Primus* in Transſilvania nominari conſvevit) Scipionis Dacici. Hic Michaël I. *Mi-*

§. 275.

chaëli I. Apafi, primùm à *Conſiliis*; mox Exercituum *Generalis*; Tordenſis, Albenſis & Máramaroſenſis *Comes*; Sedium Siculicalium, arcis Huſzt, ac Diſtrictûs Kövár *Capitaneus*, juxta & Decimarum Fiſcalium *Arendator*, ubique *Supremus*, ab Auguſtæ memoriæ Imperatore LEOPOLDO, Titulo S. R. I. Comitis, Armis item Gentiliciis novis auctibus recentatis, ſcil. *Capreolo* ornatus, atque mox Apafio Principe fatis cedente, *Transſilvaniæ Gubernator* deſignatus; ſed Qui in bello Zernyeſtenſi, vitam tot Laureis inſignem fataliter clauſit. §. 124. *a.* vid. p. 602

c. Summus hicce Heros MICHAEL, junxerat ſibi Viduam *Nicolao-Tóldianam*, JVDITHAM *Vér* de *Körös-Tartsa*, tot Patrum Patriæ, & Neſtorum Daciæ Matrem feliciſſimam. Ex JVDITHA quippe, nata ſunt MICHAELI, Genialis Thalami XIII. Pignora: 1.) ANNA, primùm *Nicolao-Apafiana*, inde Ill. *Joannis Keméný* Contoralis. 2.) JOANNES Capitaneus Diſtrictûs Kövár deſignatus. 3.) SVSANNA, Ill. *Michaëlis Vaji* Conjux, improlis defecit. 4.) CHRISTIANA *Abrahamo-Bartſaiana*. 5.) CATHARINA, Magni olim Herois *Pauli Bânfi* de Loſontz Vitæ Socia; Mater Magnif. quondam Lib. B. *Sigismundi Bánffi*, Gubernialis, dum viveret, conſiliarii Intimi; item *Judithæ Bánffi*, Conjugis Excel. quondàm *Stephani Gyulai* de Maros-Németi, Chiliarchæ, quæ Mater exſtitit Excel. Domini Chiliarchæ *Franciſci*, & Illuſtriſſimorum Comitum *Joſephi* ac *Ludovici Gyulaiorum*, juxta ac Comitiſſæ *Catharinæ*, Ill. Dom. *Gabrielis Alvintzi* Conjugis. 6.) MICHAEL (de quo primùm ſermonem auſpicati ſumus) Capitaneus Supremus Kövárenſis, Michaël 2dus Teleki

dictus.

§. 275. ✱✱✱

dictus. 7.) LADISLAVS, Conſiliarius Gubern. & Comes Albenſis, cui ex Conjuge *Anna Vaji*, *Suſanna* nata eſt, Socia Excellentiſſimi nuper Gubernatoris, D. *Ladislai Kemény.* 8.) JVDITHA, Ill. *Joanni Pongrátz* tedis jugalibus ſociata. 9.) JOSEPHVS, Heros olim, Maronibus etiamnum canendus, Comes Albenſis. 10.) PAVLVS, Pater Patriæ, ex Heroide omnes ſupergreſſa laudes, Ill. *Catharina Vaji*, Genitor Magnifici S. R. I. Comitis *Adami Teleki*, S. C. R. & Ap. Maj. Conſiliarii nuper & Generalis, (quem, vivum quaſi, in Ill. Domino S. R. I. Comite *Adamo Teleki* ſuſpicimus) & Ill. Comitiſſæ Evæ, Illuſtr. Domino Comiti *Nicolao Wass* de Tzege denuptæ. 11.) BARBARA *Ladislao-Vajiana.* 12.) Excell. quondam S. R. I. Comes D. ÁLEXANDER TELEKI *de Szék*, Conſiliarius Statûs & Excell. Regii Gubernii, Neſtor Patriæ, noſtraque laude major: ex (o) priore Vitæ Socia, Comitiſſa *Julia Bethlen* Genitor. a.) Ill. quondam S. R. I. Com. *Nicolai*, Pro-Tribuni, hodieque viventis in Filio Magnis ſuis haud minore Illuſtriſſimo *Carolo* S. R. I. C. *Teleki*, Conſiliario Guberniali. b.) Excell. ac Magnif. Domini S. R. I. C. *Ladislai Teleki* de Szék, Statûs & Excelſi R. Gub. Conſiliarii &c. Genitoris Ill. Dom. S. R. I. Comitis *Joſephi* Incl. Tabulæ Reg. Judic. Adſeſſoris Actualis; & Illuſtr. Heroidis *Eſtheræ Teleki*, Dilectiſſimæ Vitæ Sociæ Illuſtriſſimi Domini Comitis *Sigismundi Thorotzkai*, de Thorotzkó, S. C. R. & Ap. Majeſt. Camerarii; nec non Illuſtr. Heroinæ *Claræ Teleki.* c.) Item S. R. I. Comitis *Ludovici Teleki* de Szék, Illuſtriſſimis Maſculæ Feminéæque Prolis Auctibus memorandi.

d.)

§. 275.

d.) *Judithæ* Comitiſſæ *Teleki* Ill. Dom. Stephano Danieli denuptæ. *Conf. n.* 11. (oo) Ex altera autem Conjuge, Ill. Comitiſſa *Suſanna Nagy Petki*, Genitor, *a.*) Illuſtriſſimi D. S. R. I. Comitis Alexandri Teleki. *b.*) Illuſtr. Dom. *Samuelis* S. R. I. Comitis *Teleki* de Szék Junioris, Incliti Comitatûs de Küküllö Comitis Supremi, & S. C. R. Apoſtolicæque Majeſtatis Camerarii. 13.) ELISABETHA TELEKI, *Ladislao-Mats kásiana.*

d. MICHAEL II. TELEKI, Natus *Michaëlis I.* ordine VItus, Capitaneus Kövárenſis ex Conjuge Illuſtr. Com. *Catharina Torotzkai* ſuſceperat 1.) Com. *Barbaram* & *Annam*, illam Illuſtr. Domino *Andreæ Horváth*, hanc autem D. *Gerſ- Szerentsi* denuptas. 2.) Triada Fratrum. Quorum natu maximus *a.*) S. R. I. Comes *Joannes*, Capitaneus Kövárenſis, ex Conjuge Ill. Com. *Barbara Vaji*, Pater 1.) *Pauli*, *Joannis*, *Alexandri*, S. R. I. Comitum. Item 2.) Quaternionis Charitum. Quarum (o) Ill. Comitiſſa *Maria*, in manum convenerat Ill. Dom. *Petro* L. B. *Bánffi* de Loſontz. (oo) *Catharina*, Excellentiſſimo Dom. Comiti nuper *Joanni Lázár*, L. Baroni de Gyalakuta, Statûs & Excelſi Reg. Gubernii Conſiliario Intimo, nec non Incl. Statuum & Ordinum Trium Nationum Præſidenti, & Supremo per M. Principatum Transſilvaniæ Venatorum Regalium Magiſtro enupta. (ooo) *Sára*, Juſtiniano Transſilvanico, Excellent. Dom. *Paulo* Comiti de *Bethlen* Statûs & Exc. Reg. Gubernii Conſiliario &c. (§. 191. *n.* 5.) in vnione Conjugali dilectiſſima. (oooo) *Clara*, Ill. Dom. *Davidis* Com. de *Betlen* Conjux fidiſſima. Michaëlis IIdi Teleki, Filius *b.*) natu ſecundus, *Michaël* IIItius, qui in Curriculo Studiorum

diorum

S. 275.

diorum Claudiopolitano, ſub Præſidio Clar. Matthæi I. Baczoni *Exercitationem Theologicam de Bonorum Operum Neceſſitate*, An. 1718. concinnavit, defendit & edidit, poſtmodùm S. C. R. & Ap. Majeſtatis Camerarius Aulicus, nomine Provinciæ publico ad S. Reg. Majeſtatem An. 1741. Deputatus, Conſiliarius, juxta & Supremi in Transſilvania Exactoratûs Præſes, ex Conjuge Ill. Comitiſſa *Clara Bethlen*, octo thalami Pignora ſuſcepit: *Juditham, Juliam, Chriſtinam, Catharinam, Sigismundum, Michaëlem* (qui IV^{tus} dicebatur) *Joſephum* & *Stephanum*; qui, præter Michaëlem in ætatula adhuc Cœlis transſcripti ſunt. *Michaël* vero IV^{tus} S. R. I. Comitum *Teleki* de Szék, (Maritus Illuſtr. Heroidis *Rachelis Kendeſſi*, I. D. *Gabrielis* quondàm *Kendeſſi* de Malomviz, ex Conjuge Magnifica D. Lib. Baroniſſa *Suſanna Bánfi* Natæ) dum ætatis ſuæ 31^{mum} ageret annum, anno vl. 1761. 4. Sept. in Oppido *Aranyas-Gyéres*, ſuper gradus Palatii ſui, Occidente ſole, verba (mecum, qui hæc ſcribo vix tum ex delapſis lapidibus liberato: eram enim Patroni hujus è Collegio Enyedenſi Alumnus) fundens, Frontiſpicii (vt vocamus) lapidei, Cæmentariorum labori tunc ſubjacentis, ruinâ, nec opinatò factâ, oppreſſus, 6ta Menſis ejusdem, preces inter ardentiores, Chriſto beatam animam reddidit. Die 20ma Sept. ſepulcro inpoſitus; anno verò 1762. D. 13. Jun. funebri cerimonia cohoneſtatus, cadaver ſuum, *Hagymás-Lapoſinum*, Diſtrictûs Kövárenſis, ubi Majorum ſuorum habebatur Mauſoleum, transferendum reliquit. *Michaëlis II^{di} Teleki* Filius natu 3^{tius}, Ill. D. Sacri Rom. Imp. Comes *Samuel Teleki* de Szék, S. C. R. Majeſtatis

Generalis Campi Vigiliarum Præfectus ex Ill. Com. *Maria Ötves*, Matrona verè Spartana, Pater Ill. Domini S. R. I. Comitis *Emerici Teleki* de Szék, Incl. Tab. Reg. Jud. Adſeſſoris Actualis, §. 191. *n.* 5.

e. Illuſtriſſimæ Familiæ Imperialis, Cui hæc pauca conſecravimus, ultimum fuit decus, *Michaël II*^{dus} *Teleki*, Magni Michaëlis Proles natu 6ta (*n. c.*) Supremus Capitaneus Diſtrictus Kövárenſis, qui & inter Scriptores locum invenit. Hic enim Tractatum Politicum *Joannis Adami Weberi* in Hungaricum ex Latino convertit, dicatumque Michaëli II. Apafi, & inſcriptum: *Fejedelmi Lélek, avagy a' jó Fejedelemnek ſzükſéges ajándéki*, Claudiopoli 1689. 4to, emiſit. Quæ de eo ad tempora revolutionum Rákótzianarum pertinent, iis hìc nullum nunc locum damus.

69. MICH. TOFEVS, Superintendens §. 233. n. 2. qui intrepidè, tam in Cathedra, quam regimine, agenda egit, dixitque dicenda; Conciones quidem chartæ non mandavit, ſed plures earum publicè recitatas, juſſu Principiſſæ, Annæ Bornemiſza, *Stephanus Tiſza-Újhelyi*, & *Joan. Keſzei de Óvár*, uterque Principiſſæ à manu, calamo exceperunt. Sacros in Pſalmos Sermones hoc modo conſignatos, ac à Tofeo perlectos, ipſa Principiſſa excudi juſſit, ſub titulo: *A' Szent Sóltárok Reſolutioja.* Kolosv. 1683. 4. Similem in modum collectas ejus Conciones, in Libros, *Judicum* ac I. *Samuelis*, & *Evangelium S. Matthæi*, prelo non mandatas, meritò dolemus. Multa Tofeus, docendo, agendoque, Eccleſiis Helv. Conf. addictis, profectò profuit.

§. 275. 275. 2

70. STEPH. F. TOLNAI, Profeſſor Claudiopolitanus. Vid. §. 259. *n.* 2. Fuit alter quoque STEPH. TOLNAI, Georgii I. Rákótzi & Principis & antea Privati à Sacris, qui Conſolationem Academiæ Vitebergenſis Hungarica donatam civitate, emiſit, Albæ Juliæ, 1632. 4.

71. NIC. K. TÓTFALVSI, jure meritoque §. 268. 3. laudatus, & de multiplici quoque eruditione ſanctiſſimè laudandus, duos reliquit Apologismos, hungaricum unum, alterum latinum: non deerant enim Zoili, qui noſtrum vilipendebant, & exantlatos ejus in patriæ felicitatem labores, inmortali dignos encomio, mirè contemnebant. Mihi certè deſunt verba, quibus tantum Virum condignè celebrem. Memorata ejus ſunt: 1.) *Apologia Bibliorum An.* 1684. *Amſtelodami impreſſorum, vt & Orthographiæ in iis obſervatæ.* Claudiop. 1697. 8. 2.) *M. Tótfalusi Kis Miklósnak maga Személyének, és külömös tſelekedeteinek Mentsége; melyet az Irigyek ellen, kik a' közönséges Jónak ez aránt meg-gátolói, írni kénſzeríttetett.* Kolosv. 1698. 8. Liber rariſſimus, vtpote cui publica lux interdicta fuerat.

72. STEPH. K. TSENGERI, Albæ Juliæ Magiſtris uſus Alſtedio, Biſterfeldio, Piſcatoreque; Lugdunum Batavorum poſtea ſalutavit. Iſtic An. 1654, ſub Præſidio Joannis Cocceji, Diſputationem de Potentia Verbi Divini defendit. Ibidem, anno eodem 30. Mart. *Diſputationem Philoſophicam de uſu rationis humanæ in Theologia, ac quæſtionibus Fidei*, ſub Præſid. Adr. Heerebord. Redux in Patriam, Paſtor Claudiopolitanus primùm, poſtea Fagaraſenſis, creatus eſt. Anno verò 1668. Cathedram Theologicam in Collegio nactus eſt

— vid. p. 602

Enyedenſi, cum Curatoratûs Officio. Mox denique ab Eccleſia Enyedenſi Vocatione ad Paſtoratum honoratus, & demùm Fratrum Tractûs vicini Senior factus; tot oneribus ſuccubuit, in Synodo Generali Maros-Váſárhelyenſi An. 1671. forti apoplexiâ tactus, & triduo poſt, i. e. 15. Jun. ibidem, ſepulturâ honoratus. Compoſuit Doctus Vir *Politiam Eccleſiaſticam*, nunquam tamen editam.

73. MICH. TSEPREGI, alias *Turkövits*, ex Hungaro factus Transſilvanus, varia pro bono publico, ſub Principe Apafio I^mo^, ſervitia obiit. In Hungaricum convertit: 1.) *Tractatum Perkinſii de Caſibus Conſcientiæ*, edendumque curavit Amſtelodami, 1648. 12. 2.) *Epiſtolam Pauli Gyúlai*, editam Cibinii, 1663. 4. *Vid.* §. 271. *n.* 6. Hic Noſter Genitor exſtitit *Michaëlis*, Avusque *Franciſci Tsepregiorum*, Profeſſorum Claudiopolitanorum.

74. MATTHIAS VÁRADI, Med. Dr. & Eccleſiaſtes Kézdi-Váſárhelyinus. Itinera ſua Academica perfecerat ſumtibus Magnif. olim *Pauli Béldi* de Úzon, Conſiliarii, Exercituum Ducis, Comitatûs Szólnok Interioris Comitis, Trium Sedium Siculicalium Supremi Judicis Regii, Mariti Suſannæ Vitéz, Genitoris Clementis ac Davidis Beldiorum, Suſannæque, Magnifico Paulo Veſſelényi nuptæ. Matthias Studiis incubuit Trajecti ad Rhenum, ubi A. 1666, *de Votis*; & Franequeræ, ubi An. 1669, pro gradu Doctoris, *de Phthiſi* diſputavit. Edidit etiam Libellum Hungaricum: *Egö Szövétnek*. Franek. 1668. 8.

75. STEPH. M. VÁSÁRHELYI, An. 1625, Kézdi Váſárhelyini in lucem editus, ibidemque primis

§. 275. ☙

mis humanæ eruditionis præceptis donatus, mox Claudiopolitanum, & inde Albenſe Collegium adiit. Lingvas, Hebraicam, Græcam, Anglicamque condidicit. Nomen magnum eruditione adeptus, Scholarum Kézdi-Váſárhelyenſis & Száſzvároſenſis curam geſſit. Paſtoris deinde munere in Eccleſia Borberekenſi functus eſt; tum, ita volente Principe Rákótzio, Káránſebeſini, Lingvâ quidem Valachicâ, Verbi præconem egit, in ea planè tempora, quibus Barbarorum furiæ eum tractum vaſtarunt, Noſtrumque Bonis, & penè vitâ exuerunt. Acatius Bartſai, novus tum Princeps, Stephanum jurare in fidelitatem ſuam recuſantem, ferreis in compedibus Schæsburgi tenuit, dum ab Eccleſia Fagaraſenſi redemtus libertatem obtinuit. Adhæc ornavit Paſtor Cathedras florentiſſimarum Eccleſiarum, Medio-montanæ, *(Felſö-Bánya)* Zilahenſis, O-Tordenſis, ac ad extremum Claudiopolitanæ, vbi 68^vum^ agens ætatis annum, An. 1693, vivere deſiit. Opera ejus verſantur: 1.) *Fövenyen épült Ház romláſa.* 1666. 8. 2.) *Bányáſz Tsúkány.* 1668. 4. 3.) *Kegyes Lelkeket idveſségre tápláló Mennyei Kenyér.* Kolosv. 1691. 12.

76. PETR. VÁSÁRHELYI, Collegii Albano-Bethleniani, traducti Enyedinum, iſtic primus Profeſſor, §. 258. *n.* 3, 5. Præceptoribus, *Szathmarini* Stephano Váſárhelyi, *Albæ* Alſtedio & Sociis ejus Opitioque uſus, in Batavia & Anglia alios nactus eſt. Fuit ſanè Vir à variis lingvis inſigniter inſtructus, quales fuêre: Græca, Hebraica, Rabbinica, Arabica, Chaldica, quibus junxit etiam Turcicam, cum Principe Bartſaio, Cibinii à Georgio II. Rákótzi incluſus, & à Sacerdotibus Turcis inibi

§. 275.

agentibus eam doctus. Functus enim eſt redux, à Sacris Acatio Bartſai Principi. *Baſirio* patriam repetente, Profeſſoria ei Cathedra Albenſis oblata eſt. Anno 1666. finivit. Opera: 1.) *Politia Eccleſiaſtica.* 2.) *Exegeſis in Apocalypſin Joannis Theologi.* 3.) *Exegeſis in Medullam Theolog. Ameſii.*

77. BLASIVS UZONI, V. D. Miniſter Dévenſis, antea verò Ludi-Magiſter Bonyhenſis, metaphraſta *Henrici Dieſt* SS. Th. Doctoris, Libelli cujusdam, quem titulo Hungarico ornavit: *Dávid Parittyája.* Fejérv. 1658. 8.

78. JOAN. ZILAHI, Parochus Siboënſis, & Tractus Silvanienſis Senior; monumentum ſibi exegit Opere Hungarico, quod inſcripſit: *Az Igaz Vallásnak világos Tüköre.* Kolosv. 1672. 8.

B. 79. SVSANNA LORÁNDFI, Principiſſa, eruditæ laudis decore conſpicua (Vid. §. 260. *n.* 1.) præterquàm quòd Doctorum Opera, in publicam edi juſſit lucem, ipſa quoque elucubravit Librum: *Móses és a' Prófétάk.* Fejérv. 1641. Noſtra, mariti præſidio viduata, Sáros-Patakini plurimùm egit, Collegiumque ibi ſituatum ad eum evexit gradum, quo non ſe illud altiùs unquam extulit. Suſanna demùm, vbi Natos ſuos fatis functos, Provinciæque conſpexit converſionem, ſupremum diem explevit.

80. C. SZIDONIA PETRÖTZI, Stephani Petrötzi filia, & Illuſtr. Comitis Laurentii Pekri Conjuga, contexuit: 1.) *Kereſzt nehéz terhe alatt el-bágyatt ſzíveket éleſztö jo illatu XII. Liliom.* Koloſv. 1705. 12. Cibinii, dum propter maritum ſuum, innocens detineretur, ex *Joannis Arnd* Scriptis concinnavit. Recudi fecit An. 1764, Neptis Auctricis,

Ill.

3.256.

III. *Polixena* Lib. Baronissa *Daniel* (§. 280. *n.* 67.) 2.) *Jo illattal füstölgö igaz Szív.* Lötse 1708. Ex Arndii itidem Scripto. 3.) Joannis Mayeri SS. Th. Dris Opusculum quoddam è Germanico in Hungaricum convertit. Editum Francofurti 1692. 12.

§. CCLXXVI.

3. LVTHERANI: Michaël *Adami*, Stephanus *Adami*, Michaël *Agnethler*, Simon *Albelius*, Magister Martinus *Albrichius*, Joannes *Albrichius*, Stephanus *Andreas*, Joannes *Bakoss*, Simon *Basch*, Bartholomæus *Bausner*, Petrus *Besodnerus*, David *Czak*, Thomas *Fogaraschinus*, Valentinus *Frank*, Joannes *Francisci*, Mag. Marcus *Fronius*, Valentinus *Greissing*, M. Georgius *Haner*, David *Hermannus*, Georgius *Hutterus*, Georgius *Krauss*, Elias *Ladiver*, Mag. Petrus *Mederus*, Matthias *Miles* (Milesius) Andreas *Oltardus*, Michaël *Pancratius*, Laurentius *Töppeltinus*, Joannes *Tresterus*, Georgius *Tutius*, Isacus *Zabanius*.

1. MICHAEL ADAMI Media-Transsilvanus, post Scholas patrias, Lipsiam salutavit, ibique specimen progressionis dedit, *Dissertationem de Potentia Dei*, 1690.

2. STEPH. ADAMI Kis-Selykensis, An. 1691. Dissert. & Disputationes quasdam Vittembergæ, in

3.256.

in 4ta forma, vulgavit, quales ſunt: 1.) Diſput. Theologica *de primis Chriſtianis, Adamio & Eva*, ex Gen. 3. 2.) Materia Philoſophica ex Theologia Naturali *Veritatem Eſſentiæ Divinæ concern. &c.* 3.) Diſſ. Moralis *de Conſultatione.*

3. MICH. AGNETHLER Cibinienſis, in lucem emiſit 1.) Exercitationem Ethicam *de Bono hominis ſupremo, ejusque inſtrumentis*, Thourni 1678. 4. 2.) Diſſertationem Theologicam *de libero arbitrio è formula Chriſtianæ concordiæ, &c.* Vittebergæ 1680. 4.

4. SIMON ALBELIVS Corona-Tranſilvanus, Gymnaſii Coronenſis Rector An. 1616-1619, & ejusdem Vrbis poſtea Paſtor, in oris exteris, eruditionis gratia, verſatus, hoc progreſſionis litterariæ ſpecimen dedit: 1.) *Diſſert. de Iride, Halone, Virgis Parrheliis & Paraſelenis.* Vittemb. 1615. 4. In patria tandem: 2.) *Jo. Amos Comenii Janua lingvarum reſerata curâ S. Albelii.* Coronæ 1638. 8.

5. M. MARTIN. ALBRICHIVS Medienſis, Rector Gymnaſii Coronenſis, tandemque Paſtor Reſonenſis & Capituli Decanus, Vir egregius, & Barciæ ejus ætatis lumen dictus, cujus exſtant: 1.) *Synopſis Logica*, impreſſa Coronæ 1655, 8vo, plag. 16. 2.) *Metaphyſica*, edit, Coronæ 1657, 4to. Sunt & alia quæ ipſi adtribuuntur Scripta.

6. JOAN. ALBRICHIVS, Coronenſis, AA. LL. Magiſterium conſequutus eſt Vittembergæ 1683, quo anno ibidem publici iuris fecit Diſſertationem *de myſterio SS. Trinitatis à primis N. T. fidelibus cognito & credito, ex angelica conceptionis Joan. Baptiſtæ denunciatione Luc. 1.*

3.258. ...

7. STEPH. ANDREAS Cibinienſis, ſcripſit Diſſert. Theologicam *de Eccleſiæ Catholiciſmo*, edit. Argentorati 1657. 4.

8. JOAN. BAKOSS Cibinienſis, lingvæ germanicæ culturam atque elegantiam deprompturus; Opuſculum hac inſcriptione vulgavit: **Kurz- und recht-mäßiger Grund der hochteutſchen Sprach, wie auch deroſelben Schreibrichtigkeit, von I. B. C. in Herrmannſtadt**, 1677. 12.

9. SIMON BASCH Cibinienſis, in lucem expoſuit: 1.) *Diſſert. Philoſophicam de Materia prima Peripatetica*, adverſus Ildephonſum de Pennafiel, & 2.) *Aſtronomicam de Stellis erraticis extraordinariis, ſeu Cometis.* Vitteb. 1659. 4. Adde his MS. Opuſculum *de acerbis Transſilvaniæ viciſſitudinibus*. 4.

10. BARTHOLOMAEVS BAVZNER, Med. Dr, Saxo-Transſilvanus, ſcripſit, anno 1656. de Harmonia membrorum corporis humani. vid. p. 602

11. PETRVS BESODNERVS Cibinienſis publicam fecit *Bibliothecam Theologicam*, Francofurti 1608. 4. iterum 1610. 4. vid. p. 603.

12. DAVID CZAK Coronenſis, AA. LL. Magiſter, cujus ingenii monumenta ſunt: 1.) *Diſputatio publica de Myſterio Prædeſtinationis.* Viteb. 1666. 4. 2.) *Elenchus Hugonis Groii in Aggæum Prophetam*, Viteb. 1667. 4.

13. THOMAS FOGARASCHINVS Coronenſis, ibidemque An. 1626. Scholæ Rector, ſcripſit: 1.) *Diſſertationem de Prædicamentis reſpectivis.* Dantiſci 1623. 4. 2.) *Diſſ. de cauſis gravitatis Juſtificationis.* Dantiſ. eod. anno. 3.) *Diſput. Theologicam Scholaſticam, de Divina apud Creaturas omni-*

præſentia carnis Chriſti. Dant. 1624. Singulas harum defendit Præſide Andrea Hoiero.

14. VALENTINVS FRANCK, Judex Regius Cibinienſis & Nationis Saxonicæ Comes, concinnavit Libellum eruditum, quem inſcripſit: *Breviculus Originum Nationum in Transſilvania, præcipuè Saxonicæ.* Claudiopoli 1697. 12. Sæpiùs poſtea utilitas Opellæ excudi meruit. Imprimi etiam curavit Librum quendam *Pyrotechnicum.* Vid. Czwitting p. 158. Juvenis, Altorfii Scientias quæſivit An. 1666. ubi Diſſertationem Moralem de æquitate defendit. Regreſſus in Transſilvaniam, præter memorata Officia, Conſiliarius quoque ſalutatus eſt.

15. JOAN. FRANCISCI, Altorfii, A. 1678, gradum Doctoris in Medicina adeptus eſt. Vitam, quam in Germania ducebat honoratam, relinquens, Coronam, quæ patria Noſtri erat, repetivit, ibique Conjugii expers finivit. Ejus ſunt, *Memorabilia aliquot Transſilvaniæ.* Vitebergæ 1690. 4. Huic tribuit *Cl. Petr. Bod* Diſputationem Inauguralem pro gradu Doctoris in Medicina, habitam Altdorfii, *de Paralyſi ex Colica*, An 1678. in 4. At eam à *Paulo Franciſci* Corona-Transſilvano, ſcriptam & defenſam, docet *Czwittinger*, qui Paulum Poliatrum tunc Vunſidelenſem memorat.

16. M. MARC. FRONIVS Paſtor Helzdorffenſis in Barcia, (ſeu Diſtrictu Coronenſi,) ac tandem Coronenſis, & Capituli Decanus Celeberrimus; quem minùs rectè inter Rectores Coronenſes refert *Schmeizel, Diſſert. Epiſt. p.* 110; dum Wittebergæ viveret; conſcripſit Diſputationem *de Quæſtione: Eccur præ ſe ferat aliud, aliud animo deſtinet Deus?* Aliam verò: *De Totius & Partium Diſtinctione.* Redux in pa-

triam,

J. 256. .m s. 2.

triam, nec hic calamum abjecit, ſed elucubravit Opera, partim *impreſſa*, in *MSS.* partim latentia, vt ſunt: 1.) *Tuſculanæ Heltesdenſes* (i. e. Helzdorffenſes) excuſæ Coronæ, typis Lucæ Seuleri Med. Dris, per Stephanum Müller 1704. Sunt Diſſertationes Theologicæ & Philoſophicæ; quarum etiam exſtant Tabulæ ſynopticæ MSctæ. 2.) *Exul Pſyche*. Opuſculum Theologicum, Coronæ impreſſum. 3.) **Bußpredigten** excuſ. Coronæ. 4.) **Grundſprüche der heiligen Schrift**; cum explicatione puerorum captui adcommodata: quo adhuc Opuſculo utuntur pueri in Scholis Coronenſibus. 5.) *Theologia* germanico idiomate, anno 1702. tradi cepta MS. 6.) *Curſus Theologicus* in Tabellis, incompl. MS. 7.) *Catechismus Lutheri commentatione illuſtratus* MS. 8.) *Hiſtoria Biblica*, inde ab orbe conditio, ad usque Meſſiæ adventum MS. An. 1690. 9.) *Diaconus Barcenſis* MS. 10.) *Æſtivæ Muſarum umbræ* MS. 1690. 11.) *Hypotheſes de Vocatione*. 12.) Sunt & alia minora ingenii ejus monumenta. Obiit Coronæ 1713, 14 Apr. Mortis ejus hiſtoriam, THOMAS TARTLER, in *Cathalogo Paſtorum Barcenſium*, ſic tradit: „Hydropem, Phthiſin, & quæ „non alia, uſu Pilularum mercurialium, ab ho„mine inperito, Medicinæqne planè neſcio, Co„lono Neudorffenſi, uſurpatarum exaſperans, „tumore gutturis, ejusque & præcordiorum in„flammatione necatus, ætatis ſuæ anno 54.„ Tartlerus hic (ſi modicum diverdiculum facere fas ſit), cujus verba adduximus, Coronâ oriundus, An. 1731. ex Academia Halenſi redux, in Gymnaſio Coronenſi fuit ſucceſſivis vicibus, Lector, Con-Rector & Rector, tum Diaconus Co-

§. 256.

ronensis, & An. 1751, 20. Maji Pastor factus Oppidi Prasmar (Tartel=Aue,) ubi, ob singularem fidem & curam, quam 1756, tempore pestis ibidem serpentis, præstitit, Monetâ aureâ à Sacr. Cæsarea Majestate donatus est. Dedit Vir eruditus: 1.) *Cathalogum Judicum Quæstorumque Coronensium & Pastorum Capituli Barcensis.* 2.) *Diarium rerum memorabilium Barcensium*, ab A. 1716, ad 1750. 3.) *Brevissimam & Verissimam Deductionem, quòd Barcenses ipsi, sint etiam Teutones vel Saxones in Privilegio Andreæ II. d. d. An.* 1224. *allegati, &c.* Quæ à multis descripta sunt. Mort. est Tartler 1770, 8. Febr. Prædecessorum Tartleri, in Parochia Prasmarina, unus erat MARTINVS ZIEGLER (ex Rectore Gymn. Coron.) ab An. 1705 ad 1713, qui non minore, quam hic, sedulitate, memorabilia Barcensia, collegit, & in Manuscripto reliquit, sub hoc titulo: *Virorum Coronæ Illustrium Vita, Honores & Mors, ab An.* 1549, *ad* 1687. (sed & ultra tandem continuavit) *Congessit Mart. Ziegler Coronensis.* Prasmarino ad Cathedram Brenndorffensem traspositus erat. Horum, in colligendis & consignandis rebus Barcensibus, industriam, cum sua adæquarunt: LVCAS COLBIVS, Pastor Rosnaviensis, & Capituli Decanus, 1753. vitâ functus, in *Codice Privilegiorum Capituli Coronensis*; & GEORGIVS MATTHIAE Heltesdensis, ab A. 1756, ad 1768. (quo, d. 1. Nov. obiit) Pastor Brenndorffensis, in *Barcia Erudita*, aliisque Consignationibus, & cumprimis *Notis* illis, quas concinnavit ad MARCI FVCHSII (aliàs *Vulpini*, Pastoris Rosonensis & post Coronensis) *Chronicon, seu Notationem Historicam Rerum gestarum in Unga-*

ria

Privilegio

ria & Tranſſilvania ab anno Chriſti 1586, *usque ad hæc noſtra tempora.* NB. Hoc illud eſt *Chronicon*, quod, cùm Continuationibus ſuis, promiſſo Tomo IVto *Scwandtneriano* Scriptorum Rerum Hungar. inſerendum fuerat. Plurimorum Manuſcriptorum (ac typis quoque editorum Operum, ab Eruditis Transſilvanis dudum elaboratorum, ſed jam rariſſimorum; quibus accenſemus etiam *Libros Anagrammatum Mederi*, inferiùs laudandi), qualium hac *Notâ* meminimus, copiam, ingenti cum gaudio reperimus, legimus & ad deſcribendum obtinuimus, ex eruditis & raris Collectionibus, admodùm Reverendi ac Clariſſimi Viri, D. GEORGII DRAUDT Coronenſis, Paſtoris (poſtquam Gymnaſii Rector, & Diaconus Coronenſis, inde Paſtor Wolkenſis functus fuiſſet) Oppidi florentiſſimi Zeidenſis (*Fekete-halom*) in Barcia: cum non pridem ex *Itinere botanico*, ad alpes Zernenſes (*Zerneſt*) inſtituto, ad Eum, hoſpitaliter & amicè nos excipientem, divertiſſemus.

17. VALENTIN. GREISSING, Rector Gymnaſii Coronenſis, de quo, & ejus Operibus *Vid.* §. 264. *n.* 2.

18. M. GEORG. HANER Schæsburgenſis, poſt adeptam in Transſilvania Scientiarum neceſſariarum inſignem cognitionem, ampliùs juventutem ſuam in Literis Vitebergæ exercuit, eodemque tempore, divulgavit 1. *Subjectum Philoſophiæ Moralis Speciale.* Viteb. 1691. 2. *Luſtrationem Hebræorum ad explicationem* Pſal. 51. 9. & Hebr. 9. 13. Viteb. 1692. 3. *Hiſtoriam Eccleſiarum Transſilvanicarum inde à primis Populorum Originibus ad hæc uſque tempora.* Francofurti & Lipſiæ 1694. Ex hoc ſanè Opere, meritò non nemo ſcripſit Noſtrum,

§. 256.

Noſtrum, *Paſtorem Luther. antiquitatum de Transſilvania conquirendarum avidum*, & *fide dignorum manuſcriptorum lectorem diligentem*. Ex Germania ſe domum convertens, & Paſtoris munere fungens, Superintendentis condecoratus eſt honore; §. 240. *n.* 6. ſicque occaſionem nactus opportunam, Inſtrumenta in Capitulis adſervari ſolita legit per quàm diligentiſſimè & percenſuit, pleniùsque laudatam Hiſtoriam contexuit, & emendanda in ea emendavit. Hæc ſub titulo *Hiſtoriæ Transſilvaniæ Eccleſiaſt. contiuuatæ & auctæ*: cum compluribus aliis hoc genus Scriptis, prelo dignis; adſervatur in Bibliotheca Filii. *Vid.* §. 281. *n.* 9. 4. Ejus etiam eſt opus Manuſcriptum: *Compendium Privilegiorum Ordini Eccleſiaſtico Saxo-Evangelico in Transſilvania Variis ab Imperatoribus, eorumque Locumtenentibus Clementiſſimè conceſſorum.* Adornatum à *M. Georg. Haner Schæsburgenſi, h. t. Paſtore Medienſium*, & *almæ Univerſitatis Eccleſiaſticæ Syndico Generali* 1717.

19. DAVID HERRMANN Medienſis, Paſtor Arbegienſis, poſtea Muſchnenſis, & circa annum 1655. Sabeſienſis, ſequentia reliquit Manuſcripta: 1. *Annales Politici & Eccleſiaſtlci Rerum Transſilvanicarum.* Hos *Czwittinger* dicit *accurratiſſimos*, Celeberr. verò *Bodius* non ex omni parte ad bilancem conpoſitos judicabat. 2. *Ruina Tranſilvaniæ.* 3.) *Jurisprudentia Eccleſiaſtica Lutheranorum Tranſilvanenſium*: quam auxit, & in quibusdam capitibus modeſtè limitavit, I. S. C. T. N. P. S. His litteris indigitatum dicit Cel. *Bodius*, *Joh. Simonium Cibinienſem Transſilvanum Notarium Provincialem Saxonum*; quem ſimul dicit Virum præſtantiſſimum fuiſſe tempore Michaëlis I. Apafi, id

quod

§.256. MS.

quod in Notis MSS. *ad Schmeizelium* reperit; at in *Notis* pariter Manuſcriptis *Georgii Matthiæ*, ſuperiùs laudati, earundem litterarum explicatio hæc eſt: *Jo. Scharſius Cibinio-Tranſilvanus nunc Paſtor Sabeſienſis.*

20. GEORG. HUTTERUS Cibinienſis, auctor eſt: 1.) *Diſſ. de diſtinctione ſuppoſiti à natura.* Vitteb. 1689. 4. 2.) *Diſſertationis de Conſulibus Senatuque ſpeciatim Cibinienſi. Vitteb.* 1690.

21. GEORG. KRAUSS Saxo Transſilvanus, ſcripſit Opus, ſub titulo: **Ausfürliche Verzeichnung des Elendes und der Noth, welche von An 1599, bis 1605, Schäsburg und andere umliegende Oerter erlitten.**

22. ELIAS LADIVER, de quo & Scriptis ejus argumenti Philoſophici *Vid.* §. 274. 2.

23. M. PETR. MEDERUS Czeidenſis, Magiſter Philoſophiæ & Poëta Laur. Cæſareus, Vir magnus, vix tamen Orbi Erudito notus, de quo paucis diſſerere, dignum maximè videtur. Liber Eccleſiæ Zeidenſis, quem legere mihi datum eſt, docet, quòd Hic parentibus ruſticis Zeidæ natus fuerit: ſed relicto aratro Gymnaſium Coronenſe ſalutavit, ibique primùm famuli conditione uſus eſt. Poſtmodùm, accepto à matre uno quinario (i. e. xgeris 5.) Roſtochium conceſſit, ubi *Magiſter Philoſ. & Poëta Laureatus* ſalutatus eſt. Rediit Zeidam germanico habitu, cujus nodulorum foramina, reliquasque aperturas in veſte germanica valde neceſſarias, Petro ſomnum capiente, ipſa mater, ex commiſeratione (non enim familiaris adhuc habitus germanicus in Transſilvania erat) albo conſuit filio. Petrus manè ſurgens, blandè adlocutus matrem, rogat, ut ſuturas ſolvat,

§. 258. n. 35.

vat, cum tales esse debeant Germanorum vestes. Cui mater respondit: Du armer Piz (Petre) ich dachte, es wäre gar ein zerrissenes Kleid, darum wolte ich die Löcher zunähen, &c. Fuit creatus 1638. Lector Coronensis, 1640. ibidem Rector, 1649. Pastor Honigbergensis (*Hermaniensis,*) 1653 Zeidensis, 1654, 19. Nov. Coronensis. Fuit Capituli Barcensis per 17. annos Decanus. Obiit 1678, 11. Jan. Anagramma: *Tu semper dures.* Reliquit & Libros & Liberos. *Liberos*, ex Margaretha, Michaëlis Forgáts Senatoris Coronensis filia, *Assarelam* indolis nobilissimæ juvenem, & *Asnath* filiam virtuosissimam: reliqui enim minorennes decesserunt. *Asarela Mederus*, 1660, 28. Jul. natus, Academias Italicas, Paduensem imprimis, adiit, reduxque multâ eruditione, Polyhistoris nomen ab Eruditis Coronensibus promeritus est; sed inopina morte, 1689, 18. Dec. circa 10. Vesp. vitâ excessit; relinquens viduam Annam, Laurentii Töppeltini filiam, quam 1687, 13. Apr. duxerat. *Asnath Medera*, patre moriente, erat adhuc virgo, in humanioribus versatissima, quæ latinæ præsertim lingvæ specimina dedit & ore & calamo non contemnenda. Nupsit verò 1680, 16. Jun. Joanni Chrestels Civi Coronensi; quo mortuo, Samuelem Köleserium (§. 280. *n.* 35.) maritum sequuta est: abs hoc, divortium urgente, avulsa, nec judicio contenta, Viennam ad Solium August. Caroli VI. Imperatoris se contulit, ubi & Catholicam amplexa est Religionem. Rediit 1736. Cibinium, inde Coronam, ubi 1738, in eadem, qua fuerat nata, fornice, vitam terminavit, sepultaque est in Templo PP. Soc. J. Monasterii DD. Petri & Pauli. *Libros* autem Petr.

Mede-

S. 256.

Mederus reliquit hos: 1.) *Anagrammatum Libros Tres* excusos *Rostochii* 1638, 12mo. Vbi etiam, ad calcem, Diploma dignitatem Poëtæ Laur. conferens, & Adgratulationes leguntur. Sunt etiam Manuscripta Viri doctissimi, mihi quidem visa: 2.) Petri Mederi Studiosi Coronensis *Oratiuncula de Corona*, Transsilvaniæ Vrbe, habita in Gymnasio 1628. 3.) Oratio seu *Narratio Historica*, eorum, quæ in Hungaria ac Transsilvania, annis 1658 & 1659, gesta publicè sunt. 4.) Ejusdem, *Continuatio Historiæ* de Transsilvaniæ ac Hungariæ vastatione per Turcam 1660 & 1661. facta.

24. MATTHIAS MILES Mediensis, Vir Politici Ordinis Rerum patriarum peritissimus, ideoque publico Statuum Transsilvanorum nomine, An. 1686, ad Augustam Aulam Viennensem deputatus, §. 123. *k.* condidit Chronicon Rerum Hungaricarum & Transilvanicarum, cui nomen est: Siebenbürgische Würgengel. Hermanstadt, 1670. 4. Excurrit hoc Chron. ab An. 1501 ad 1599.

25. ANDR. OLTARDVS, Pastor Primarius Cibiniensis, & cognominis Capituli Decanus, An. 1650, Dominica *Jubilate* (8va Maji) Superintendente Christiano Barth Visitationem celebrante, Sacrum Cibinii sermonem publicè recitavit, quo Ecclesiarum Capituli Cibiniensis ad Augustanam Confessionem transitum enarravit. Concio ipsa, cum connexis quibusdam Monumentis excusa est Cibinii, A. 1650. 4.

26. MICH. PANCRATIVS Sabesiensis. „Avus „illi fuit *Georg. Pancratius* Austrius, qui sub Ba„sta, Cæsareanorum militum Præfecto, stipen„dia meruerat; bonitate verò Provinciæ allectus „sedem rerum suarum Sabesii fixerat, ubi 1606,

J. 256. Kls..

„ pater *Martini* factus eſt, qui oratoriis ſtudiis
„ favorem Principis Gabrielis Bethlenii ſibi conci-
„ lians, præter ſpem, Kelnicenſium (*Kelnek*, in
„ Sede Sabeſienſi) Antiſtes factus eſt, quum Rei-
„ publicæ addicturus eſſet operam. Atque hoc patre Martino natus eſt *Mich. Pancratius. Schmeitzel Diſſ. Epiſt.* 87; qui ſcribit natum fuiſſe 1631: ſed primam lucem vidit 1632, 28. Sept. matre Eva Wegnerià Cive Saxopolitana. An. 1644. parentibus orbatus, venit Heltam, ibique nactus eſt Fautorem, ejus loci Paſtorem, Jacobum Schnitzlerum. Hinc ſe, Studiorum cauſa, in varia contulit loca, puta: in Scholam Claudiopolitanam; inde 1649. in Gymnaſium Poſonienſe, 1650. Tyrnaviam, moxque Viennam & Noribergam, 1653. Wittebergam. Poſtea, Lipſiam, Jenam, Herbipolim, Altorffium, Moguntiam, Ingolſtadium, cet, perluſtravit. Tum, Coloniæ Agrippinæ, 1656, à Joanne Riedeſel, Landgraviatûs Haſſiæ Mareſchallo hereditario, ad filios ſuos erudiendos vocatur. Non multo poſt, Gieſſæ, Marburgi & Juliæ ſtudiis incubuit. An. 1657. Hamburgum profectus eſt, unde à Joachimo Brockdorff, Equite Holſato evocatur, filiisque ephorus præficitur; cum quibus in Academiam miſſus eſt Roſtochienſem, ubi Lauream in *Utroque Jure* adeptus eſt. „ An. 1666., Eperjeſi-
„ num in Hungariam evocatus, in novo ibidem
„ Collegio Prudentiam Civilem docuit. Vige-
„ ſimo poſtquam anno extra patriam ſudaſſet,
„ à Cibinienſibus evocatus eſt, ubi mox in in-
„ vidiam Superiorum prolapſus, Neocomium
„ (al *Neovilla*) per unum annum ſeceſſit. Hinc
„ Mediam abiit, & ibi Paſtor factus; An. 1686.

4. Nov.

§. 256. .ð.S.L.

„ 4. Nov. in Epiſcopum electus eſt. *Schmeizel p.* 87, 88. Diem obiit 1690, 11. Julii. Vivit tamen eruditis in Operibus, quorum hæc mihi innotuêre: 1.) *Diſſertatio de Juramento Perhorreſcentiæ.* Roſtochii 1661. 4. 2.) *Exercitatio Politico Juridica de Imperio & Juribus Poteſtatis Imperantium.* Conſcripta & ventilata in Collegio Eperjeſienſi, impreſſa verò Caſſoviæ, 1668. 4. 3.) *Politica Extemporalis*, cujus in priori Opere, §. 24. meminit. 4.) *Tractatus Politico-Hiſtorico-Juridicus, Juris Publ. Regni Hung.* Caſſoviæ 1668. 4to. Opus dedicatum Principi Michaëli I. Apafi. Quæ de Siculis Saxonibusque ſcripſit, non omnibus probantur. 5.) *Tractatus de Jure Militari.* 6.) *Grammaticalia quædam.* Vid. *Schmeiz. l. c.* ubi etiam ait: „In re„bus præſertim Tranſilvanicis Tomos XV. com„pillaſſe, qui in Manuſcripto hærent ex Amici „Litteris didici.„ Porrò, Pancratius exſiſtens Paſtor Medienſis & Decanus Generalis, dedit epiſtolam eruditam (apud Colbium, pag. 711. recitatam) ad Capitulum Barcenſe, in qua meminit *Annalium* ſuorum *Eccleſiaſticorum*; nec non Anonymi *Tractatûs de Eccleſiis & Scholis Tranſſilvanicis*, quem M. Joanni Hontero Paſtori Coronenſi transmiſiſſe ſe ait, vocatque verè aureum. Neuter autem horum nobis viſus, & fruſtra hucdum quæſitus. vid. p. 603.

27. LAVRENTIVS TOPPELTINVS Medienſis, doctore & ductore *Iſaaco Baſirio*, ſolida Studiorum fundamenta Albæ Juliæ poſuit; ivit tandem Altorfium, ibique emiſit Librum An. 1661, de conformitate ac difformitate Legum Saxonum Tranſilvanorum cum Jure Civili Romano. Redux in Tranſſilvaniam matrimonii legibus ſe ſub-

3.256. MS.

misit: rogatus tamen ab Andrea Fleischer, cum Filio ejus Tobiâ, denuò Academias exotericas repetivit. Peragravit hac vice, Germaniam, Italiam & Galliam, fuitque felix itinerum partus, insignis hoc nomine Libellus: *Origines & occasus Transsilvanorum, seu erutæ Nationes Transsilvanicæ, earumque ultimi temporis Revolutiones, Historica narratione breviter comprehensæ.* Lugduni 1667. 12. Coronæ Transsilvanorum mortem oppetivit. Ejus etiam Opusculum censetur in MS. *Articuli ad justam & æquam Pastoris electionem.* vid. p. 604.

28. JOAN. TRÖSTERUS, (*Tröster*) Cibinio-Transsilvanus, SS. Theol. & Philosophiæ Medicæ Studiosus dedit: Das Alt- und Neu- Teutsche *Dacia.* Nürnberg, 1666. 12. *Joannis* quoque *Betlenii* Historiam Transsilvanicam fecit Germanicè loquentem, inscripsitque: Das Bedrängte *Dacia.* Reliquit & alia Scripta. In Provincia quid gesserit, *Vid.* §. 264. *n.* 2.

29. GEORG. TUTIUS, ab oblivione, qua fermè sepultus est, liberandus; fuit patriâ *Kis-Schenkensis*; qui Transsilvaniâ Wittebergam profectus, Poëta Cæsareus creatus est 1678, 31. Decembris, *Magnifico & Excell. Johanne Frid. Scharffio I. U. D. Comite Palatino Cæsareo & Consiliario Saxonico, &c, caput ejus Lauro Nobili ac lemniscatâ redimiente.* Redux in patriam, factus est Pastor Ecclesiæ Schæseæ, (*Segesdiensis*) Edidit: *Epigrammatum Catonis Christiani Libros Quatuor.* Keresdini 1686. 8. Nuncupavit *Georgio Franck*, Valentini, Comitis Nationis Saxonicæ (*n.* 14.) filio, filio item Johannis *Lutsch, Michaëli.* Adjecit *Appendicem* Ritûs & observationum quarundam, de Coronatione Poëtarum, cum privilegio Poëtico.

30. ISAAC. ZABANIVS, Rector Gymnasii Cibiniensis (§. 264. *n.* 2.) Philosophica æquè ac Theologica Opera reliquit. vid. p. 605.

§. CCLXXVII.

4. VNITARII: Benedictus *'Arkosi*, Mich. *Dálnoki*, Sam. *Járai*, Valentinus *Radecius*, Michaël Pál *Régeni*, Matthæus *Torotzkai*, Paulus *Tsanádi*.

1. BENED. ÁRKOSI, in *Árkos* pago celebri Sedis Siculicalis Sepsi natus, ac in Schola Hidvégensi, (§. 275. n. 40.) posteaque Collegio Vnitariorum Claudiopolitano Scientiis occupatus; mox Patavii in Italia Philosophiæ ac Medicinæ se mancipavit, recitavitque Orationem de Philosophiæ ac Medicinæ laude; alteram in encomium Theologiæ. Vtraque typis mandata, formâ 4tâ. Salutata Patriâ, Collegii Vnitar. Claudiopolitani egit Lectorem, formavitque Libros: 1.) De iis Scripturæ locis, quæ professores inter & negatores SS. Trinitatis controvertuntur. 2.) Librum Precationum, juxta Hebdomadis dies & varias peccatorum necessitates. 3.) Alia quoque reliquit Scripta. Nulla earum prelum subierunt.
2. MICH. DÁLNOKI, Lector Claudiopolitanus. *Vid.* §. 265. *n.* 2. Opera ejus luci publicæ exposita, quod sciam, sunt nulla; Scripta habuit varia.
3. SAM. JÁRAI, Ecclesiastes Claudiopolitanus, edidit Opusculum de Divortio matrimoniali.
4. VALENT. RADECIVS, Pastor Claudiopolitanus & Superintendens, patriâ quidem Gedanensis,

at habitatione Transilvanus. Opera videsis, §. 245. *n.* 1.

5. MICH. P. RÉGENI, quem juvenem fuisse Vnitarium §. 275. *n.* 54. innuimus.

6. MATTH. TOROTZKAI, Pastor Primarius Claudiopolitanus & Vnitariorum Superintendens, (§. 245. *n.* 1.) Explicationes Locorum Scripturæ à Georgio Enyedi concinnatas, è Latino convertit in Hungaricum, ediditque Claudiopoli, 1619. 4. Exstat insuper, ab eo scriptus Liber, & inscriptus: *Keresztyéni Idvességes Tudománynak a' Régi és Új Testamentom szerint egybe summáltatott értelme a' Kerezyéneknek lelki épületekre.* Kolosv. 1632. 12.

7. PAVL. TSANÁDI, Vir cumulatâ eruditione, Professor longos per annos Claudiopolitanus, & in Conventu ibidem existenti Requisitor, dedit Interpretationem Loci, qui legitur Matthæi Cap. XXVIII. ℣. 19. Elucubravit item Responsiones quasdam, quas disce è §. 275. *n.* 67.

III. SECULO XVIIIvo.

§. CCLXXVIII.

Aureum, quod vivimus, Scientiarum *Seculum*, sub PALLADE AVSTRIACA, pacem Musis amicam, durabilem à tot annis, hac in Provincia, quæ continuis antea bellorum flammis ardebat, retinente, plurimis undique Viris enitet Eruditis, qui exaggeratis Ingeniorum dotibus, gloriam multo luculentiorem Natali

tali ſuæ Patriæ expenſam ferunt, quàm acceptam referunt: nos tamen paucos eorum, nunc quidem, memoramus; nec alios, quàm qui datis in lucem Scriptis (licet probè ſciamus, plurimos non ſcribentes, Scriptoribus eruditione antecellere) emicuerunt; nec eos verò omnes, ſed duntaxat, qui functi fatis, livorem contra ſe reliquerunt quieſcentem.

Habebunt olim, procul dubio, Eruditi Transſilvaniæ noſtri ævi, encomiaſtas ſuos, à quibus illis, non ſicut foret à nobis, aliquis fortè & ſplendor adſpergitur: valeant ergò Magni Doctiſſimique Viri, in vivis adhuc agentes, nobis inſalutati, præter unum alterumque, quos aut nuper Rev. ac Clariſſ. Bodius commemoraverat, aut aliorum Auctorum Libris inſcripta jam nomina habent.

§. CCLXXIX.

1. E ROMANO-CATHOLICIS hujus præſentis Centuriæ Viris, à calamo illuſtribus, qui in notitiam noſtram venerunt, ſunt: Petrus Paul. *Aaron*, Alexius *Csató*, Alexius *Cserei*, Volffgangus *Cserei*, Franciſcus *Csernovics*, Georgius *Daróczi*, Martinus *Demeter*, Franciſcus *Faſching*, Tobias *Ferentzi*, Joannes *Fridváldſzki*, Thomas *Gál*, Maximilianus *Höll*, Nicolaus *Jánoſi*, Andreas *Illia*, Samuel

 Kál-

§.259.

Kálnoki, Didacus *Kelemen*, Franciſcus *Kováts*, Andreas *Kunits*, Stephanus *Lakatos*, Moſes *Léstyán*, Stephanus *Mihdltz*, Ladislaus *Mikola*, Andreas *Peringer*, Antonius *Szeredai*, Gabriel *Szeredabelyi*.

1. PETRVS PAVL. AARON *de Biſztra*, Epiſcopus Fagaraſienſis Valachorum per Transſilvaniam Græci Ritûs Vnitorum, adeoque Romano Catholicus, publicæ luci expoſuit: *Epiſtolam Conſolatoriam.* Balásfalvæ 1761. 12. 2.) *Definitionem & exordium ſanctæ Oecumenicæ Synodi Florentinæ ex antiqua Græco-Latina editione deſumtam.* Balásfalvæ apud SS. Trinitatem 1762. 12.

2. ALEXIVS CSATÓ, Religioſus ex Ord. S. Franc. Strict. Obſervantiæ, multos per annos Philoſ. ac Theol. Profeſſor, nec non Provincialis, edidit Opus, quod inſcriptum eſt: *Deus diſcernens*, ſeu *Diſſertationes Theologicæ Scholaſtico-Dogmaticæ de gratia omnium & prædeſtinatione Sanctorum.* Claudiopoli 1739. folio.

3. ALEX. CSEREI *de Nagy-Ajta*, in *Amadéfalva*, ſive, ut nunc vocant, *Madéfalva*, Pago Provinciæ Siculorum Csik Superioris amplo, ubi perantiquum & nobile Gentis Csereianæ Hæredium eſt, nuper dum hanc vivebat vitam, reſidere ſolitus. Aſpexit primam lucem *Rákoſini* in Curia Paterna 14. Julii An. 1714. Fuit vir per omnem ætatem, vitâ inculpatâ, & vaſtâ rerum cognitione, inprimisque Legum peritia præſtantiſſimus. Dum univerſorum in Transſilvania Bonorum Salinariorum Inſpector eſſet, concinnavit eruditum Opuſcu-

§. 259.

Opuſculum Juridicum, quod inſcribitur: *Praxis Procuratoria.* Claudiopoli in 12. primùm An. 1746. iterumque An. 1760. editum. Reliquit complura etiam Manuſcripta, quæ de rebus potiſſimùm Hiſtoricis & Juridicis, ſingulari induſtria elucubravit. Gubernialis Secretarius ſubinde renunciatus, inde autem ad Tabulam Regiam pro Adſeſſore translatus; dum virtutibus, & meritis ejus ampliorum paterent Honorum aditus, iis in flore ætatis, morte ereptus, ad capeſſenda beatioris vitæ prœmia, An. 1769. Aprili ineunte abiit, magno ſui deſiderio bonis omnibus relicto. Sex genuit eximii ingenii filios: *Joannem*, *Emericum*, *Joſephum*, *Volffgangum*, *Alexium* & *Michaëlem*; filiam unicam *Annam* Ill. Baroni Alexio de Nalátz Tabulæ Regiæ Aſſeſſori connubii fœdere ſociatam.

In memoriam Viri origine & eruditione nobiliſſimi, totiusque ejus Familiæ honorem referre hic libet ea, quæ *P. Joannes Szegedi* S. J. in *Synopſi Vitæ Belæ IVti* adtulit, his verbis: „ Multarum, longe ante Uladislai II. Regis Ungariæ „ tempora, inter Siculos florentium, & hodie„ que extantium Familiarum nomina prædictis „ Inclytæ GentisConſtitutionibus (in Villa Agyag„ falva An. 1506. factis) haud inſerta ſunt, at„ que ut de aliis volente, aut renitente Minerva ta„ ceamus, talis fide Armalium Litterarum eſt No„ bilis Proſapia Cſerei de Nagy-Ajta, cui clarita„ tem Nominis, Armorumque inſignia peperit, „ *Blaſius Cſerei de Barót*, ſub Sigismundo Imp. & „ Rege Ung. ad Nicopolim, cum Bajazete Tur„ carum Tyranno infeliciter confligente,

J. 259.

„ Tum enim *Blaſius*, vitæ Regiæ ferociter im-
„ minentem Turcam, penè priùs capite minuit,
„ quàm Rex periculum obſervare potuerit: ſub-
„ inde reſecto Barbari capite, Regiis obtutibus,
„ in cuſpide gladii, pro more eorum temporum,
„ præſentato. Cumque res adeo in arcto poſi-
„ tæ eſſent, vt vel perſonæ ſuæ ſalutem, Rex in
„ fuga collocare deberet; Blaſius periculi Regii
„ ubique comes, cum eodem, lembo piſcatorio
„ Iſtrum trajicit. Et cum edulii nihil ſuppete-
„ ret, quo Regem rabida fame divexatum refi-
„ cere poſſet; evulſas agro ſpicas manibus con-
„ terit, granisquc triticeis, præ cunctis Aulæ
„ dapibus tunc ſapientibus, Regem recreat.

„ A quo, poſt varios in Valachia errores (co-
„ mite ſemper *Blaſio*) Budam reverſo, præter
„ alia tantæ fidelitatis condigna prœmia, *Blaſius*
„ noſter, in perennaturam apud ſeros poſteros
„ tantæ Virtutis memoriam pro ſcuto Gentilitio
„ (quo hodiedum, omnis ejus Poſteritas utitur)
„ An. 1393. conſequi meruit; Virum lorica in-
„ dutum, dextrâ gladium, mitrato Turcæ capi-
„ ti infixum; ſiniſtrâ tres ſpicas triticeas tenentem.

Majores *Blaſii* in Inclita Gente Siculorum præ-
cipuo ſemper loco habiti ſunt, atque militari
cumprimis virtute eminuerunt ſicut Pater quoque
ejus *Michaël* ſub Ludovico I. Hungariæ Rege,
fuitque etiam ipſe ſub Sigismundo Ludovici Ge-
nero Regalis Banderii Capitaneus. Præmia, quæ
pro fidelitatc præter nova antiquæ Nobilitati ex
novo virtutis eventu conceſſa Armorum Inſignia
obtinuit, erant: in Tranſſilvania Dominium Ba-
lásfalva cum tredecim Pagis, in Sirmio autem
tria opulenta Oppida: Kölpény, Szentkelemen

&

& Szent-Demeter. Obiit An. ætatis 94. relicto filio *Matthæo*; qui genuit *Lucam*, virum militari fortitudine inſignem; hic in pugna ad Vicum Sancti Emerici prope Albam Juliam An. 1442, ſub ductu clariſſimi Herois Joannis de Hunyad cum Turcis pugnata, Ducem eorum Mezethum unà cum filio in adjutorium Patris accurrente obtruncavit, genuitque *Antonium* Vice Vajvodam Transſilvanienſem; hic *Franciſcum* Joannis Regis Cubicularium ſeu Camerarium, hic *Matthiam* & *Paulum*. Paulus immortalis memoriæ Herois Nicolai Comitis Zrini militiam, & fortunam cum ducentis equitibus criſtatis ſequutus An. 1566. ad Oppidum Sziklos, dum Mehemetes Boſniæ Præfectus nocturno impetu per Præſidiarios Szigethanos invaderetur, cum Turcis fortiter pugnans, nec inultus occubuit. Matthias genuit *Georgium* & *Ladislaum*; Georgius Stephanum Bathoreum è Principatu Transſilvaniæ ad Coronam Poloniæ An. 1576. evocatum ſequutus, præclaram illi operam cum mille, quibus præerat, equitibus in bello Moſcovitico navavit. Ladislao filius fuit *Joannes*, ſub Bathoreis Principibus mille & ipſe Equitum Dux, (*Ezeres Kapitány*) hic antiquum Familiæ Csereianæ Domicilium Barotino Nagy-Ajtam tranſtulit, ſicque ex eo tempore Inclita hæc Familia antea de Barot prædicata ſcribi cœpit de Nagy-Ajta, ex Conſorte ſua Margaretha Henter genuit *Nicolaum*, Principis Transſilvaniæ Georgii Rákoczi ſenioris Dapiferorum Magiſtrum, quinque huic fuere filii, *Nicolaus*, *Michaël*, *Georgius*, *Volffgangus* & *Joannes*; Nicolaus ad Portam ferream, Michaël in campis Gyaluenſibus, Pro Principe & Patria, cum fero Chri-

8-259.

Christiani nominis hoste Turca fortiter dimicando gloriosè occubuerunt. Georgius vir militaris, sub principibus Georgio Rakoczi juniore, & Michaële Apaffi, Catapultariorum Equitum Praetorianorum Praefectus fuit, ad Tartarorum Precopitarum Principem Legatus missus, multa ibi benè, sapienterque pro salute Patriae confecit. Vitam quam in Armis egit, in iis etiam ad Essecum finivit. Genuit *Samuelem*, *Georgium*, *Danielem*, *& Sigismundum*. Samuel & Georgius defecerunt, Daniel etiam An. 1683. dum Vienna per Turcas obsideretur, Tartarorum sagittis confectus, sine prole, cum gloria tamen, in campis nobilissimae Urbi subjectis, Occubuit. Sigismundus Pater fuit *Samueli* Barotini & Bardoczini, quoad vixit, habitanti; hic autem *Sigismundo* Genitori *Andreae*, *Samueli* Pyrobolariorum Legionis Gyulaianae Centurioni, *Georgio* in eadem Legione Locumtenenti Primario, *Michaëli* Magistro Protonotario, *Josepho* Judici Regio Sedis Miklosvár, *Joanni* & *Danieli*.

Wolffgangus alter è superstitibus Nicolai filiis, sub Michaële Apaffio Culinae Principalis Supremus Praefectus, genuit *Joannem*, *Ladislaum*, & *Wolffgangum*, hic filiabus tantùm relictis sine prole mascula decessit; Ladislaus Diodi apud Sororem Susannam, Gabrieli Nemes de Hidvég nuptam, in coelibatu vitam finivit; Joannes mortua uxore, quae Joannis Sarosi viri apud Transsilvanos à gestis praecipuis Officiis, & legationibus pro bono Patriae quaternis & denis vicibus obitis celebratissimi filia, incomparabilis autem Heroinae Sophiae Comitissae de Daniel, Magni Transsilvaniae Gubernatoris Comitis Joannis Haller,

ler, nunc relictæ viduæ Matertera erat. Militaria servitia Augusti Poloniæ Regis amplexus, cum mille Equitibus ex Hungaria & Transsilvania lectis, utilem præclaramque illi operam navavit. In Patriam subinde reversus, multa pro bono ejus publice privatimque egit: fuit in expediendis controversiis Jureconsultus insignis, in reddendis Responsis prudens, & facundus, in perficiendis negotiis solers, & felix. Reliquit Vir nominatissimus duos filios: *Wolffgangum* Bölönini, & *Nicolaum* Nagy-Ajtæ residentes.

Natu minor Nicolai filius Joannes, Principis Michaëlis Apaffi Dapiferorum Magister, & post Arcis Præsidii ac Districtus Terræ Fagaras Capitaneus genuit *Michaëlem*, de quo infra §. 280. *n.* 12. & *Joannem*; virum variarum Europæ lingvarum, Juris Patrii, multarumque aliarum rerum notitia Conspicuum, qui feliciter genuit triadem clarissimam fratrum, *Alexium* nostrum, *Wolffgangum* Consiliarium Aulicum pium, eruditissimum, magnum Jureconsultum, Historicum, & *Nicolaum* sub nomine Ambrosii Ordinis Sancti Pauli primi Eremitæ Alumnum, SS. Theologiæ Doctorem.

4. WOLFFGANGVS CSEREI de Nagy-Ajta, Sacr. Cæs. Reg. & Apost. Majest. Consiliarius Aulicus, & ad Excelsam Cancellariam Transsilvanico Aulicam Referendarius, ex illustri, quam modo descripsimus, Prosapia Csereiana ortum ducens. Ingenium absolutis etiam litterarum studiis, continuâ aluit industriâ; hujus, solidæque eruditionis complura in Operibus ab eo elucubratis extare monumenta audio, qualia sunt: 1.) *Lexicon Juris Transsilvanici.* 2.) *Decisiones*

Casuum

§. 259.

Casuum Judicialium, è Processuum partim apud Tabulam Regiam Transsilvanicam terminatorum, partim ad Supremam Principis Revisionem provocatorum definitionibus collecta. 3.) *Jus Feminarum Hungariæ, & Transsilvaniæ.* 4.) *Ephemerides Rerum Hungaricarum.* 5.) *Valerius Maximus Hungaricus.* 6.) *Lacrymabilës Odæ super Clade Mohatsiana, dolosa Budæ, luctuosa Strigonii, Albæ-Regalis, aliarumque Hungariæ Urbium, per Solimanum facta occupatione.* 7.) *Norma rectè vivendi, contra corruptionem moderni seculi, Odis exposita*; & plura alia. Ita verò arduo suo munere pro Principe, proque Patria fungitur, ut Pietatis etiam, qua à teneris imbutus est, haud obliviscatur. Luculentum hujus quoque dedit specimen, dum in honorem B. V. MARIÆ *Litanias Lauretanas Hungaricus hic Poëta venustus, elegantibus* Odis *Patriâ lingvâ illustratas, additis multis iconibus publici juris fecit*, Vindobonæ 1772. 8.

5. FRANC. CSERNOVICS, è Societate Jesu, AA. LL. & Philosophiæ Doctor, in Claudiopolitano Societatis suæ Collegio, exaravit Libellum, qui dicitur: *Magni Manes Transylvaniæ Principum.* 1722. 12.

6. GEORG. DARÓCZI, è S. J. AA. LL. & Philosophiæ Doctor, conscripsit Historiam Collegii Societatis Jesu Claudiopolitani, in quo tum vitam degebat, prodireque fecit, sub titulo: *Ortus & progressus Collegii Academici Societatis Jesu Claudiopolitani, ab Anno* 1579. Claudiop. 1736. 12.

7. MART. DEMETER, Cathedralis Ecclesiæ Albensis Præpositus Major, Opus de SS. Trinitate eximium, lingvâ vernacula publico usui consecravit, inscripsitque: *A' Szent Háromságnak, az az,*

az Atyának és Fiunak és Sz. Léleknek, három valóſágos Iſteni Személyeknek, egy igaz örök és egyenlö Iſtenſégekröl való Romai közönſéges és Apoſtoli Szent egy-háznak idveſséges Hiti, Vallaſa és Tudománnya. Koloſv. 1732. 4.

8. FRANC. FASSCHING, Hungarus Tyrnavienſis, è Soc. Jeſu, Art. Lib. & Philoſophiæ Doctor ac Controv. Fidei Profeſſor, dum in Alma ac Regio-Principali Vniverſitate Claudiopolitana ageret, de vetere, recentioreque Transſilvaniæ ſtatu commentatus eſt. Prodierunt itaque ejus: 1.) *Vetus Dacia, ex probatis Scriptoribus deprompta.* Claudiopoli 1725. 8. 2.) *Nova Dacia.* Claud. 1743. 8. Benedoctus Pater, *Vetere* cumprimis *Daciâ*, de Transſilvania meritus eſt. Quæ verò, in *Nova Dacia*, non ſatis exactè tetigit, Eruditis Lectoribus facilis eorum emendatio erit.

9. TOBIAS FERENTZI, Siculus Transſilvanus, in pago Sedis Kézdi An. 1701. natus, Ordini Minorum Provinciæ Hungariæ ſollemnibus votis ſe arctiùs obſtrinxit. Emenſo ſtudiorum curriculo, tradendæ Philoſophiæ Claudiopoli & Eperjeſini applicitus, & docta ſexennio Theologia ſpeculativa Doctoris lauream obtinuit. Factus deinde Magiſter Novitiorum, & plurium Monaſteriorum Præſes, binis vicibus univerſam Provinciam ſupremâ rerum gerendarum poteſtate moderatus eſt. Præter plura ingenii monumenta litteris conſignata, publici iuris fecit Librum hac inſcriptione: 1.) *Selecti S. Scripturæ textus, in quo adparentes eorûm antilogiæ conciliantur.* 1744. 8. Nec non: 2.) *Quæſtiones Scripturiſticæ in ſelecta V. & N. Teſtamenti loca, earumque reſolutiones, adjecta*

morum

3. 259.

morum doctrina. Claudiop. 1661. 8. Mortalitatem exuit 1767.

10. JOAN. FRIDVÁLDSZKY, nobili genere natus *Veteroſolii*, è S. J. AA. LL. & Philoſ. Doctor, apud Univerſitatem Claudiopolitanam Matheſeos Profeſſor Emeritus, itinera per Transſilvaniam fecit indefeſſus, percenſuitque depoſita in hanc oram Naturæ dona perplurima, ea imprimis, quæ ad *Regnum Lapideum* pertinent, probavitque ipſâ operâ, quàm verè Maximus Naturalis Hiſtoriæ Parens, CAROLVS LINNAEVS, nulli Eruditi Orbis angulo ignotus, *Peregrinationum intra Patriam neceſſitatem* adſeruerit *Oratione* peculiari. Mecum ſentiant, oportet, omnes ii, qui depuratis oculis perluſtrabunt ejus Opera edita. Sunt autem ea: 1.) *Diſſertatio de Ferro, & de Ferrariis Ungariæ & Transſilvaniæ* in 12mo Claudiopoli. 2.) *Minerologia Magni Principatus Transſilvaniæ.* Claudiop. Typis Academicis ſocietatis Jeſu. 1767. 4to. 3.) *Inſcriptiones Romano-Dacicæ.* Claudiop. in fol. 4.) *Diploma Andreæ Regis Hyeroſolimitani, quo Conjugis Getrudis innocentia demonſtratur.* Claudiop. 1760. in fol. 5.) *Diſſertatio de Skumpia, ſeu Cotino Planta Coriaria.* (Rhus Cotinus Linnæi) Claudiopoli, Typis Collegii Reformati. 1773. 4to. 6.) *Reges Ungariæ Mariani.* Viennæ 1775. 4to.

11. THOMAS GÁL, in vico Kanta Comitatûs Albenſis An. 1721, 15. Aug. natus, Minorum Conventualium Ordinem 10. Aug. 1741. ingreſſus, humaniorum ſcholarum pluribus annis, dein Philoſophiæ ac Theologiæ, cuius lauream accepit, Profeſſoris munere perfunctus, edidit Opus idiomate hungarico, *de controverſis fidei rebus dirimendis*,

mendis,

3. 259. MS. 2.

mendis, adversus homines Augustanæ & Helveticæ Confessioni addictos, quod prodiit in lucem Claudiopoli 1741. 8. vid. p. 605.

12. MAXIMILIANVS HÖLL, è Soc. Jesu, Philosophiæ Doctor, Matheseos Prof. Publ. & Ord. in Academia S. J. Claudiopolitana. Edidit Pater Solidissimus: *Elementa Mathematica Naturali Philosophiæ ancillantia.* Claudiopoli 1755. 8. Sunt hæc Juventuti Transsilvanicæ acceptissima. Vide de Magno viro, Cæsareo nunc Viennæ Astronomo, *P. Palma Notit. Rer. Hung. Part.* 3. *p.* 416. Ubi Dissertationis quoque *P. Sajnovics* qua Lapponum Lingvam Hungaricæ affinem docet, mentio facta est.

13. NICOL. JÁNOSI è *Soc. J.* AA. LL. & Philosophiæ Doctor, Ejusdemque Professor Ordinarius, in Alma ac Regio-Principali S. J. Academia Claudiopolitana, edidit: *Doctrinam Ecclesiæ primorum quinque Seculorum.* Claudiop. 1737. 12. pl. 11.

14. ANDR. ILLIA, è Soc. Jesu, AA. LL. & Philosophiæ Doctor, ejusdemque in Collegio Academico Claudiopolitano Professor Ordinarius, exposuit: *Ortum & Progressum Variarum in Dacia Gentium, ac Religionum.* Claudiop. 1730. 12. Recusus non pridem formâ 8vâ.

15. SAMVEL *Comes* KALNOKI *de Körös-patak*, in numerum Scriptorum referendus est ob operam, quam impendit augendis *Chronicis Hungarorum* Gregorii Petö, ad annum 1626. ab Auctore perductis, quorum titulus est: *Rövid Magyar Krónika, sok rendbéli Historiás Könyvekböl nagy szorgalmatossággal egybe szedegettetett és iratott.* In his verò Noster, socios labores *P. Andreæ Spangár S. J.* junxerat.

Illustris Prosapia KÁLNOKI *de Köröspatak*,

§. 259.

quâ Samuel editus fuit, antiqua est, & à Ludovici I. Hung. Regis temporibus, in Divos Hungariæ Reges, benè merendi voluntate, observantiâ, fide & constantiâ inclaruit. Hanc olim unam cum Illust. Familia *Nemes* fuisse, & prædicatum *de Kalnók* (quod dein in cognomen abiit) habuisse, intelligimus ex verbis *P. Joannis Szegedi*, in *Synopsi vitæ Belæ IV*, §. 661. hæc scribentis: „*Stirps Kálnoki*, in varias Nobilium, & Comi-„tum (diversis Militaribus, & Politicis Præfe-„cturis, præclarisque virtutibus ac meritis insig-„nium) lineas diducta, pro Armorum Insigni-„bus, queis hodiedum utitur, rapacem & fu-„rentem *Ursam*, à Ludovico I. Rege Ung. ac-„cipere meruit, dum *Andreas Nemes de Káluok* „(à quo *Káluokyi* moderni, omnes originem du-„cunt) à ferocis bestiæ, Regem in Carpathicis „venantem, invadentis morsu, & ungvibus, „contempto vitæ suæ periculo, feliciter libera-„vit: ut Annales litteræ Illustris ejus Prosapiæ „testantur.„ Nos eam tantum quivimus *Tabellam Genealogicam*, quæ per *Petrum Kálnoki* de Sepsi-Körös-patak, incipit, hoc modo: *Petrus* genuit Valentinum & Thomam. Horum 1.) VALENTINUS genuit *Joannem*; qui, ex Catharina Károli Sárfalviensi, *Stephanum*; qui, ex Anna Betski, Comitem *Samuelem*, de quo Sermonem hunc instituimus; hic, ex Comitissa Elisabetha Lázár, Com. *Adamum*, vi Diplomatis An. 1705, 22. Jan. emanati, Supremum Capitaneum Sedium Siculicalium Csik, Gyergyó & Kászon, creatum, & functum. C. Adamus, ex Mamuca de la Torre, suscepit. a.) C. *Dominicum*. b.) Excell. D. Com. ANTONIUM KÁLNOKI, Equitatûs Genera-

§. 259.

neralem, Genitorem Illuſtr. Dom. Com. LVDOVICI KÁLNOKI, *L. B. de Körös-patak*, S. C. R. & Ap. Majeſtatis Camerarii, Inclyti Regiminis Inferioris Auſtriæ Conſiliarii, nec non Incl. Comitatûs Tordenſis Supremi Comitis. c.) *Thomam*. d.) *Samuelem*. e.) *Franciſcum*, Sedium Csik, Gyergyó & Káſzon Supremum Judicem Regium, circa 1743. functum. f.) Ill. D. JOSEPHVM Com. KÁLNOKI Incl. Tabulæ Regiæ Adſeſſorem. g.) *Juſtinam*. h.) *Catharinam* & i.) *Thereſiam*. 2.) THOMAS, alter filius Petri, genuit *Benedictum*, qui a.) *Michaëlem*, patrem *Thomæ*; avum *Michaëlis* & *Joannis*; proavum, ex Michaële *D. Alexandri* in Incl. Secunda Legione Siculo-Limitanea Pedeſtris Ordinis Supr. Vigilarum Præfecti; ex Joanne verò, *Antonii* & *Franciſci*. b.) *Ladislaum*, qui *Wolffgangum*, qui *Joſephum*, qui *Thereſiam*, Georgio-Mezeianam, deficientem. Ladislai etiam fuit filia, *Anna*, conjux Franciſci Thuri de Tamásfalva, qui genuit Ladislaum Thuri, qui Franciſcum, Ladislaum & Alexandrum Thurios. Sed reducamus ſermonem ad Comitem Samuelem Kálnoki.

Ejus eruditionem virtutesque, loquuntur Officia, quæ geſſit, varia, & Diploma ſimiliter, quo, An. 1697, 2. Apr. emanato, Ipſi, Poſterisque, Titulum, & Dignitatem Comitis, Divus Leopoldus contulit. Iſtud ſic habet: - - - - - - - - - - „ Tu (*Sam. Kálnoki*) namque Juvenilibus adhuc „ in annis, primoque ætatis vigore, dum adhuc ſub „ Ottomanica Luna Transſilvania gemeret, gene„ roſo excitatus ſpiritu, hanc in Vrbem noſtram „ Wiennam advolaſti, ut phyloſophicarum ſcien„ tiarum ſubſidio publicis Te ſervitiis redderes

 „ habi-

3.289.

„ habiliorem, quibus apprimè excultus, ab Ar-
„ te ad ſagatam Palladem animum intendiſti, ac
„ Militiæ tyrocinium in dilecto nobis Croatiæ
„ Regno, ejusque confiniis, contra juratum Chri-
„ ſtiani nominis hoſtem, poſuiſti; inde ad lu-
„ ſtrandas Italiæ aliarumque Provinciarum oras
„ digreſſus, magnâ rerum experientiâ ad Tuos
„ redux, Principi Patriæque Tuæ gratiſſima ob-
„ ſequia præſtitiſti, dum Tua Te in agendo af-
„ fabilitas, in conſiliis maturitas, in negotiis
„ pertractandis ſedulitas, inconcuſſa in judiciis
„ æquitas, prudentiæque dexteritas, ad Supremi
„ Judicis Regii per Siculiam Triſedenſem Offi-
„ cium promovit, & evocavit, ea cum laude,
„ & populi approbatione, ut Te pluribus majo-
„ ribusque muniis dignum nemo non judicaret.
„ Armata tandem Pallas, ad Campum, & Patriæ
„ Tuæ, Chariſſimæ noſtræ Tranſylvaniæ defen-
„ ſionem provocavit, quando nimirum Archire-
„ bellis Tökölyius, aſſociatis ſibi Turcarum,
„ Tartarorum, Rebelliumque Cohortibus, per
„ Te, ad Hunyad, Siculorum noſtrorum manu
„ ſtipatum, in fugam præcipitem converſus, ſex
„ horis continuis proſecutus usque in partes Tur-
„ carum, vix evaſit, multis è ſuis amiſſis, inque
„ cumulum actis (*Vexillum quoddam Tökölyianum*
„ *ibi adeptum, hodieque in palatio Köröspatakenſi Ex-*
„ *cel. Domini Comitis & Generalis Antoni Kálnoki*
„ *adſervatur, non pridem mihi quoque viſum,*) in
„ perpetuum memorandæ victoriæ monumen-
„ tum. A Patria tandem Tua obſequiisque ad
„ noſtra, luculento planè Tuæ in Nos fidelitatis
„ argumento paſſum feciſti, dum in primo Mi-
„ litiæ noſtræ Partes Tranſylvaniæ Comitatum-

„ que

„ que Máramaroſch ingreſſu, ad Legionum no-
„ ſtrarum tunc Anteſignanum piæ reminiſcentiæ
„ Generalem Comitem Fridericum à Veterani,
„ à Statibus & Principe Ablegatus accuriſti, ac
„ ante reſolutam, recuperatamque Sacræ Regni
„ Hungariæ Coronæ Tranſylvaniam Te fidelem
„ nobis devotum declaraſti, protectionique no-
„ ſtræ Cæſareo-Regiæ ſubjeciſti. Quæ ut ipſô
„ teſtareris opere, toto hybernorum tempore
„ Militiæ noſtræ ita adfuiſti, ut ei de neceſſariis
„ opportuniſſimè provideres, proque ſervitiis no-
„ ſtris, Armorumque noſtrorum feliciùs faci-
„ liusque promovendorum intentionibus, Na-
„ ves Rateſque magno numero miraque celeritate
„ confici & Tibiſco fluvio inſterni effeciſti. An-
„ no verò altero, Tranſylvaniâ poteſtati noſtræ
„ reſtitutâ, Exercitui noſtro alendo Provincialis
„ Commiſſarius, Paſſuumque Valachiæ & Mol-
„ daviæ cuſtodiendorum Siculiæ Triſedenſis Co-
„ lonellus conſtitutus, ita Te, curas, ſudores,
„ imò & facultates Tuas, impendiſti, ut per
„ exploratores Hoſtium molimina prævidendo,
„ cum Generalibus & Officialibus noſtris corre-
„ ſpondentias valdè neceſſarias & ſynceras obſer-
„ vares, & quidquid pro ſervitio noſtro promo-
„ vendo judicabas opportunum, indefeſſè dex-
„ terrimèque conficeres, tum vel maximè, dum
„ Militi noſtro, ex Valachia egredienti & fame
„ laboranti in Paſſibus victualia laudabili ſolertia
„ ſuppeditares. Et tandem, dum Coryphæus Re-
„ bellium Tökölyius clandeſtinam in provinciam
„ noſtram chariſſimam Tranſylvaniam irruptio-
„ nem feciſſet, Militiæ noſtræ Coronæ conſtitu-
„ tæ ſtipendia ex ære Tuo proprio numeraſti;

Ff 3 „ incli-

§.259.

„ inclinante verò fortunâ, captivitatem Tökö-
„ lyianam incidiſti, ob intemeratam ſemperque
„ præſtitam fidelitatem diriſſimè tractatus, no-
„ vem hebdomadarum ſpatio intrepido pectore
„ conſtantiſſimè ſuſtinuiſti; unde mirabiliter eli-
„ beratus, ad Generalem noſtrum piæ memo-
„ riæ Veteranium advolaſti, reaſſumtis iterùm
„ laboribus & vigiliis, dum immanium Tarta-
„ rorum colluvies provinciam Csikienſem furtivo
„ pede Anno 1694. ſubintraſſet, repentino hoc-
„ ce malo, Tibique vicino, imperterritus coa-
„ cta illico Siculorum noſtrorum Tibi ſubjecto-
„ rum manu, & cum Generali noſtro Truchſes
„ conjuncta, Triſedenſem Siculiam generoſè de-
„ fendiſti, & expoſt pro illa tutanda indefeſſè
„ excubaſti. Exantlatis autem præinſertis, plu-
„ rimisque aliis pro bono publico ſervitiis & la-
„ boribus, ne virtutes Tuas ingrata ſepelire poſ-
„ ſet invidia, ab univerſis Tranſylvaniæ noſtræ
„ chariſſimæ Statibus liberrimo ſuffragio in Au-
„ licum noſtrum Vice Cancellarium (§.184. *n. 5.*)
„ candidatus, præſentatus, *cet.* Noſter demùm,
„ Diplomate An. 1703, 8. Maji emanato medi-
„ ante, Theſaurarius Tranſylvaniæ creatus, ter-
„ tio poſtea menſe in vivis eſſe deſiit. vid. p. 605.

16. DIDACVS KELEMEN Siculus, in vico Bak-ſafalva Sedis Kézdi An. 1683. in lucem editus, & Ordinem S. Franciſci Minorum ſequutus, prelo ſubjecit: 1.) *Librum Concionum* typis Caſſovienſibus 1729. 4. & 2) alterum *Catecheticum* ibid. 1734. Vivere deſiit Miskoltzini, 28. Apr. 1744, atque ibidem in Eccleſia ſui Ordinis à ſe primùm excitata, tumulo eſt illatus.

S. 259.

17. FRANC. KOVÁTS, Soc. Jesu in Collegio Acad. Claudiopolitano, edidit de S. Cœna Domini, idiomate populari: *Az Óltári Szentségnek Óltalma.* Kolosváratt 1757. 8. plag. 5.

18. ANDREAS KVNITS, auctor est Operis, quod inscribitur: *Dacica Siculia.* Claud. 1731. vid. p. 607.

19. STEPH. LAKATOS, quem, nomine latinè reddito, *Serarium* Timon vocat, origine Siculus ex Oppido Udvarhely, vocatione Plebanus Kozmásensis in Sede Al-Csík, Librum Geographicum de Terra Siculorum elucubravit, quem *Siculiam* nominavit, & *P. Andreæ Lenckovitz* è S. J. Residentiæ Udvarhelyensis Superiori dedicatum, An. 1702. Claudiopoli edidit. Rarus est Liber, quem ejus, quo editus est, temporis revolutiones dissipasse videntur. Inscripsit insuper in Libro Ecclesiæ Kozmásensis *Historiolam Irruptionis Tökölii* in Transsilvaniam 1690; qua perhibet, 25ta Aug. Sedes Siculicales Sepsi, Kézdi & Orbai, 26ta Sedes Vdvarhely & Maros, 27ma Sedes Csik, Gyergyó & Kászon, victori Tökölio se ex necessitate submisisse; & tam hac vice, quam mense Octobri & initio Nov. dum Tökölius à Marchione Baadensi vestigatus, in Valachiam properaret, milites (latrones) Tökölianos, qui vagæ instar procellæ universam Provinciam percursaverant, loca quoque Sedis Csik, & cumprimis Kozmásum deprædatos fuisse, Campanas (*forsan pro globis*) quasdam abstulisse, nec Templis pepercisse. Obtinuimus Historiolam, cum compluribus aliis monumentis à Spect. D. *Thoma Kováts de Bánkfalva*, Notario Inclitæ Tabulæ Continuæ Sed. *Csik* eruditissimo.

J. 259.

20. MOSES LÉSTYAN Siculus ex Sede Csik, S. J. quondàm Presbyter & Residentiæ Udvarhelyensis Superior, tandemque ibidem Plebanus sive Parochus, *Sanctorum Ignatii & Francisci Xaverii Vitam*, ab Horatio Tursellino conscriptam, in patrium transfudit idioma, publicique iuris fecit Cassoviæ 1740. 4.

21. STEPHANVS MIHÁLTZ è S. J. auctor est Operis poëtici hungarici: *Keresztény Seneca*, i. e. *Christianus Seneca*. Edit Claudiop. in 4to 1768. plag. 12½. vid. p. 608.

22. LADISL. MIKOLA, *Liber Baro de Szamosfalva*, antiquissima Gentis Nobilitate notissimus, Regiæ Tabulæ Judiciariæ, dum vixit, Adsessor Primarius, de Prosapiis Procerum Transsilvaniæ, decursu triennii contexuit, annoque 1723. absolvit Libellum, qui insignitur: *Historia Genealogico-Transsilvánica*. Edit. 1731. 4. Claudiopoli. Optandum sanè erat, vt origines & encomia Familiarum, (saltèm, quarum meminit) pleniùs, ex Diplomatibus, quæ in promtu habuisse non ambigimus, enucleasset, haud impar huic Operi Auctor. *Conf.* §. 173. *n.* 2.

23. ANDR. PERINGER è S. J. Art. Lib. & Philosophiæ Doctor, Ejusdemque Professor Emeritus, & in Universitate Claudiopolitana Senior vulgavit: *In Idola Orbis Terrarum Actionem*. Claud. 1749. 12. vid. p. 609.

24. ANT. SZEREDAI, Prælatus Transsilvaniensis, Theol. Dr, Prot. Apost. Præpositus Major Infulatus, &c. Cujus Nomen Reverendissimum, §. 191. *n.* 5. memoravimus; monumentum exegit ære perennius, Opere consummatissimo, quod inscribitur: *Tripartita Praxis judiciaria Sacro-*

rum

§. 260.

rum in Ungaria & Transſilvania Tribunalium. 1760. Fol.

25. GABR. SZEREDAHELYI, è Soc. Jeſu; cujus: *Religio Salvifica*, publicam vidit lucem.

§. CCLXXX.

2. HELVETICAE CONFESSIONI ADDICTI: Joannes *Almáſi*, Michaël Abod *Ajtai*, Michaël *Bándi*, Alexander *Bárotzi*, Matthæus *Batzoni*, Martinus *Benkö*, Petrus *Bod*, Stephanus *Bodoki*, Joſephus *Bodoki*, Joannes Lukáts *Boroſnyai*, Sigismundus Nagy *Boroſnyai*, Ladislaus *Bruz*, Michaël *Cserei*, Joannes *Csomos*, Stephanus *Daniel*, Joſephus Filep *Deáki*, Georgius Lázár *Déſi*, Stephanus *Dobai*, Samuel *Enyedi*, Joſepus Pap *Fagaraſi*, Georgius *Felvintzi*, Joannes *Gidófalvi*, Joannes *Gyöngyöſi*, Joſephus D. *Hermányi*, Andreas *Huſzti*, Georgius *Huſzti*, Georgius *Jáſtfalvi*, Joſephus *Intzédi*, Georgius *Kamaráſi*, Samuel *Kapuſi*, Joannes *Kemény*, Alexius *Kendeffi*, Joannes *Kolumbán*, Alexander *Kováſznai*, Joſephus *Kováts*, Samuel *Köleſéri*, Samuel *Köpetzi*, Joannes *Lázár*, Franciſcus Intze *Liſznyai*, Ladislaus *Málnáſi*, Stephanus *Mátyus*, Benjamin *Nádudvari*,

§. 260.

Petrus *Nádudvari*, Adamus *Nemes*, Franciſcus Páriz *Pápai*, Joannes Kováts *Pelſötzi*, Joannes *Simon*, Joſephus *Sófalvi*, Franciſcus *Sós*, Michaël Pakſi *Szathmári*, Sigismundus Pap *Szathmári*, Adamus *Székely*, Franciſcus *Szentpáli*, Samuel *Szilágyi*, Stephanus Gyula *Szigeti*, Joſephus *Teleki*, † Adamus *Teleki*, Samuel *Tordai*, Stephan. *Töke*, Franciſcus Turkóvits *Tsepregi*, Gabriel *Wass*, Georgius *Vereſtöi*, Gabriel *Zágoni*, Georg. A. *Zágoni*, Petrus *Zalányi*. E Sexu Muliebri: Catharina *Bethlen*, Polixena *Dániel*, Eſthera *Rhédai*, Anna *Veſſelényi*. Ne ſimus denique cuiquam inviſi, dum his magnis Eruditorum Eruditarumque Nominibus, adnectimus exemptum è Mendicorum fece *Ladislaum* Vak *Fejérvári*, cæcum ab infantia, adeoque agrammatum: multiplicibus tamen ingenii dotibus, & perfectâ Capitum commatumque univerſæ S. ſcripturæ cognitione, admirabilem.

† Sam. Teleki

A. 1. JOAN. ALMÁSI Hungarus, in Hollandia Muſis amœnioribus litans, eruditè adornavit: 1.) Diſp. Phyſicam de Atomis. 1703. 4. 2.) Eidem adtribuuntur duæ *Funebres Orationes*, & quædam Epicedia typis mandata.

2. MICH.

J. 260.

2. MICH. A. AJTAI, Profeſſor Enyedenſis §. 258. *n.* 5. Ejus Opera ſunt: 1) *Grammatica Latina* l. c. 2) Diſſertatio *de Mora Dei*, quam defendit An. 1733. 24. Apr. in Vniverſitate Viadrina, ſub Præſidio *Pauli Gyöngyösi* à Pettyen. 3) Aliquot Orationes funebres, Romana, Hungaricaque Lingva recitatæ. Inedita verò varia numerantur, vt ſunt: Antiquitates Græcæ, & Hebraicæ; Methodus Docendi; Origines Lingvæ Latinæ; Preces communes ſivè publicè in Cœtu recitandæ, &c.

3. MICH. BÁNDI, ſtudiis, quibus Enyedini operam dabat, revolutione Rákótzianâ, hujus Seculi initio, interruptis; Ephorus Michaël, cum Pupillis Illuſtr. Pauli Intzedi de Várad, Paulo vl. & Gregorio, octennium fermè, Cibinii & Coronæ, propter tutamen, tranſigens, intereaque perdiſcens lingvam Germanicam, ex eadem in Hungaricam convertit Libellum, ſub titulo: *Sz. Irásból le-rajzoltatott igaz Kereſztényſég Tzímere* 1708. Sedatis in Transſilvania turbinibus Rákótzianis (§. 128. *n.* c.) Lugdunum Batavorum ſalutavit. Moræ Leidenſis partum edidit Noſter Libellum Hungaricè loquentem: *Bújdoſók Vezére.* Leid. 1718. 12. Hollandiâ Transſilvaniam remutans, in Oppido Hátſzeg Paſtoralem exercuit functionem; eam quidem pro ignaris Lingvæ Hungaricæ, Valachico plerumque idiomate. Brevi vitâ gaviſus eſt. Hunc Bandium, Cl. Bod, ſuis in *Athenis Hungaricis*, primum fuiſſe ſcribit Alumnorum Theologiæ Studioſorum, quos Potent. Hollandiæ Ordines, è Collegio Nagy-Enyedenſi binos ſemper ab An. 1715. (duo verò Claudiopolitani ab An. 1735. ibidem recipiuntur) alunt:

ſed

ſed primi ibi Alumni, ad triennium, (vt mos fert,) fuere: *Joan. Remetei* & *Sig. Déſi.* His ſucceſſere: *Emericus Páriz Pápai* junior & *Michaël Bándi*, teſte Matricula Academiæ.

4. ALEXANDER BÁROTZI Transſilvanus, Nobilis Equeſtris Ordinis *de Hari*, Prætorianus Locumtenens, è Nobili Turma Prætoriana Hungarica S. C. R. & Ap. Majeſtatis, horas ab altiſſimo Servitio Aulico vacuas, in bonas Litteras, (ut cum Gellio loquar) ingurgitat, teſtesque habet ſedulitatis laudatiſſimæ, Librorum tomos, ex Gallica & Germanica in lingvam Hungaricam eleganter converſos, & Viennæ Auſtriæ in lucem editos, quos ſub nomine: 1.) *Kaſſándra*, 2.) *Erköltsi Meſék*, 3.) *Erköltſi Levelek*, in Hungaria & Tranſilvania jam notos & gratos, Gens Hungarica ſuſpicit.

5. MATTH. *Intze* BATZONI, Profeſſor, & poſt Eccleſiaſtes, Claudiopolitanus §. 259. 2. Vitam ejus adcuratiſſimè deſcripſit, recitavitque d. 22. Sept. An. 1742. Clar. Georgius Huſzti Profeſſor Claudiopolitanus in Oratione Exſequiali, quam typis mandatam inſcripſit: *Sacerdos Myſticus*. Scientias his Ludis Literariis Noſter hauſit: primùm Nagy-Batzonini, vbi An. 1679. 23. Sept. in lucem fuerat editus; deinde Udvarhelyini, Profeſſore uſus Stephano Töke; poſt Muſis Claudiopolitanis ſe adgregavit, ſedentibus ad clavum Collegii, Samuele & Michaële Szathmár-Németiis; tum, munus Gymnaſiarchæ in Schola Zilahenſi ſuſcepit A. 1703; hinc Academias Batavas adiit &c. Exſtat Matthæi noſtri. 1.) Diſſertatio, demorſos ſapiens ungves *de Polytheiſmo Gentilium*, quam An. 1707, Franequeræ defendit. 2.) *Diſ-*

ſerta-

ſertatio Phyſica de aqua. Franequeræ An. 1708. 4. Diſſertatio hæc tam rara, vt nec filiis Auctoris viſa ſit, referente admodum Rev. ac Clar. Dom. Michaële Intze, Paſtore Claudiopolitano Primario & Vener. Diœceſeos Koloſenſis Seniore Meritiſſimo.

6. MART. *Dálnoki* BENKÖ, Profeſſor Agropolitanus. *Vid.* 260. *n.* 6.

7. PETR. BOD *de Felſö-Tsernáton*, patre *Martino*, matre *Euphroſina Sölyom*, 22. Febr. 1712. natus. Dignam ſanè lectione Opellam concinnaturum eum crediderim, qui Magni hujus Viri Natales Vitæque curſum, ex propria illius Vitæ ſuæ deſcriptione, fideli delineaverit penicillo. Nos, ipſa jubente pietate, tenacibus credere chartis, hæc ſaltem volumus; Primam lucem Noſter in F. Tsernaton adſpexit; primaque eruditionis rudimenta in Scholis minoribus ponendo, Facultates Superiores, in Collegio Enyedenſi, ubi etiam Bibliothecarii, multa cum laude, munus obiit, feliciter coluit. Poſtmodùm exotica Muſarum Emporia penetravit, auditionique Magnorum in Germania & Batavia Doctorum intenſiſſimè vacavit, & experientiam, ſupra morem ferè aliorum, cumulatiſſimè collegit. Poſt hæc, incolumis natali ſolo redditus, Illuſtriſſimæ Comitiſſæ *Catharinæ Bethlen*, *n.* 48. cujus, Studioſus Enyedenſis, fuerat Alumnus, per ſexennium fuit à Sacris Aulicis. Inde in Eccleſiam, quæ Oppido Magyar Igenenſi floret, deductus, Munerique Sacro admotus, verbo & opere Miniſtrum Verbi ſe probavit, ac in Templo Doctrinæ puritatem, in Rebus moderandis Miniſterii Dignitatem cuſtodivit. Quod verò à functione Paſtorali redundabat temporis,

§. 260.

poris, eo, pro bono communi & rerum patriarum illuſtratione, in veſte ſudata dies & noctes inquies egit. Teſtes hujus erunt immortales, plurima ejus Opera, impreſſa æquè ac Manu ſcripta. Ex iis Scriptis, quæ lucem adſpexerunt lingvâ latinâ, ſunt: 1.) *Synopſis Juris Connubialis.* Cibinii 1763. 8. 2.) *Judiciaria Fori Eccleſiaſtici Praxis.* Cibinii 1764. 8. 3.) *Hungarus Tymbaules.* (Enyedini) 1764. 8. 4.) *Hungarus Tymbaules continuatus.* Ibid. 1766. 8. Tymbaules uterque, Epitaphia præclarorum Hungarorum complectitur. 5.) *Dictionarium Latino-Hungaricum, & Hungarico-Latino-Germanicum*, edidit, Cibinii 1767. 4. Hoc quidem Dictionarium ab origine eſt *Papaianum*; at Noſter partem Operis Latino-Hungaricam, Proverbiis ſelectioribus, Gloſſariolo vocum Medii & Noſtri ævi, & aliis neceſſariis acceſſionibus locupletam dedit; partem verò Hungarico-Latinam, tam ex Pápaii ſecundis curis ac notationibus, quam propriis & aliorum (quos inter nos quoque Collectiones Vocabulorum libenter communicaveramus) Obſervationibus, auctam & in meliorem ordinem redactam, vulgavit. *Vid.* §. 268. *n.* 5. Lingvâ Hungaricâ publici juris ab eo facta 6.) *A' Szent Bibliának Hiſtoriája.* Szebenben 1748. recuſa ibidem A. 1756. 8. Hiſtoriam tradit Sacrorum Bibliorum, Verſionum &c. 7.) *Szent Judas Lebbeus.* in 8vo. Homiletica S. Judæ Apoſtoli Explicatio. 8. *Magyar Lekſikon*, binis editum vicibus in 4to. Eſt Theologia Typica ac Emblematica. 9.) *Szent Hilarius.* Cibinii, 1760. 8. Joco-Seria continet. 10.) *Szent Heortokrátes.* 8vo. Circa Res in Kalendariis exſiſtentes verſatur. 11.) *Szent-Polycarpus.* 8vo. Hiſtoriam & Vitam Superintendentium

Helve-

§. 268. .Ɛ08.

HelveticæConfeſſioni addictorum tradit. 12.) *Magyar Athénás* (Cibinii) 1766. 8. Hiſtoriam Scriptorum Hungarorum & Tranſilvanorum tradit. Sed *Athenas* atque *Polycarpus*, Summo Juſſu, prohibita & conquiſita ſunt. 13.) *Hiſtoria Eccleſiaſtica*, hungaricè exarata. Baſileæ in 8vo 14.) *Erdélyi Feniks* (Enyedini) 1767. *Vid.* §. 268. *n.* 3. 15.) *Tiſzta fényes drága Bibor.* Kolosv. 1762. 8. Eſt Sacer Sermo Funebris Exſequiis *Catharinæ* Comitiſſæ *Bethlen* adcommodatus, ex *Apoc.* 19: 8. cui adnexum eſt curriculum Vitæ ejusdem Comitiſſæ, metris hungaricis ab Auctore concinnatum. Varia, præter hæc, Noſtri, manuſcripta Opera ſuperſunt, v. l. 1.) *Hiſtoria Hungariæ & Transſilvaniæ Eccleſiaſtica*, Tom. II. in fol. 2.) Eiusdem Hiſtoriæ partes nonnullæ hungaricâ lingva, Tom. II. fol. 3.) *Noctes Hévizienſes*, ſeu monumenta quædam ad Hiſt. Eccl. & Civilem pertinentia. 4.) *Veſperæ Hevizienſes*, Collectiones variæ. 5.) *Valachorum Transſilvanorum Hiſtoria.* 6) *Siculia*, ſeu Hiſtoria Siculorum. 7.) *Antiquitates Hungaricæ.* 8.) *Gellius Transſilvanicus*; ſ. Res Transſilvanorum modernæ. 9.) *Chartophilax*, ſ. Collectio monumentorum quorundam. folio. 10.) *Res Vnitariorum & Hiſtoriæ.* 11.) *Gellius Molnarianus*, ſ. Vita & facta Alberti Molnár. 12.) *Etymologicon Hungaricum.* 13.) *Tymbaules* denuò *Continuatus.* 14.) *Bibliotheca* ſeu Notitia *Auctorum de Rebus Hungaricis.* 15.) *Lexicon Gloſſarium*, in quo Voces Hiſtoricæ, Juridicæ, redduntur hungaricè. 16.) *Szent Vintzentius*, ſ. Martyrologia. 17.) *Magyar Könyves-Ház*, Bibliotheca Hungarica. 18.) *Hiſtoriára útat mutató Lexicon.* 19.) *Köz dologról való Elmélkedéſei Bod Péternek.* 20.) *Deſcriptio Vitæ ſuæ* lingvâ

ver-

§. 260.

vernaculâ, in 4^to^. At mors horum perfectionem haud præstolata, convinxit A. 1768. manus scriptorias, dum eæ uno amplius anno calamum Generalis Notarii versassent. Erat Noster, erecti rectique ingenii, proceri corporis, obesi ventris, venerandi undique adspectûs &c. in lectione & auctione Bibliothecæ suæ indefessus. Ejus & nobiliori & sequiori è sexu Hæredes supersunt; & Gener Clar. D *Joan. Deák* in Ecclesia M. Igenensi Successor.

8. STEPH. BODOKI Transsilvano Siculus, Franekeræ operas studiorum gnaviter urgens, anno hujus seculi 7^mo^, laudabili industria & elegantia elaboratam Disp. Physicam, *de Existentia Rer. Materialium*, ventilavit. Czwitting. p. 80. Vid. p. 609.

9. JOAN. L. BOROSNYAI, Professor Areapolitanus & post Superintendens, de quo vid. §. 233. 3. & §. 261. 3. Non edendis quidem Libris se mancipavit; (licet Manu scriptos Ejus Libros reliquos esse haud dubites) sed Professor, tractandorum ingeniorum peritissimus, vivos quasi Tomos foras dedit; dum Reipublicæ Senatores, Ecclesiis Evangelii Præcones, & Scholis Rectores formavit; Pastor verò viva Dei Templa, cooperante S. Spiritu, confortabat: nihilo tamen minus, dum Funebres Nostri Conciones, variis è Scripturæ Locis, ut sunt: 1. Mos. 2. 23. Rom. 5. 14. &c. revolvimus typis mandatas, totidem Librorum vastorum Volumina perlegisse gaudemus.

10. SIG. N. BOROSNYAI, Filius *Joannis*, Ecclesiastæ Vizaknensis, patriis excultus studiis, amplioris eruditionis consequendæ causa Batavos salutavit, tresque annos Leidæ, quatuor propemodùm Trajecti & Franequeræ, Scientiis consecravit. Et dedit sanè conspicua peregrinationis suæ

docu-

§.260.

documenta, emissis Opusculis juxta *Cleanthis* lucernam elucubratis. Sunt ea: 1.) *A' Keresztyén Embernek Papi Tisztiröl* (Tract. de Precibus) Amsterd. 1736. 12. 2.) Septem Dissertationes lingvâ Latina concinnatæ. Earum quatuor *Historico-Theologicæ* de *Prima Symboli Apostolici Adornatione* sonant, suntque editæ Franequeræ & Trajecti ad Rhenum. Quinta, de *Illustribus Veterum Scriptorum de Domino nostro Jesu Christo Testimoniis*. Sexta agit *de Holocausto Jephthæ Virgineo, ad Jud. XI.* Franeq. 1735. Septima est Disputatio Juris Canonici *de Testamentis ad Pias Causas*, Trajecti ad Rhen. 1735. In Patriam redux, & jam Professor Enyedensis, editit Dissertationem Historico-Ecclesiasticam, *de Libris Reformatæ Ecclesiæ Symbolicis*. Claudiop. 1745. 4. Defendêre hanc *Josephus S. Zilahi* (Professoris Albano-Agropolitani *Andreæ Zil.* Filius, & nunc V. D. M. Gyalakutensis Celeberrimus) & *Mart. B. Onadi*. Sed redeamus. Disputatio quarta, quam de Symbolo Apostolico Trajecti ad Rhenum, sine Præside, An. 1736, qui Jubilæus erat fundatæ Academiæ, recitavit, fuit Nostro Inauguralis in Theologiæ Doctorem: teste Diplomate An. 1736. d. 23. Nov. exarato, quod in Bibliotheca Enyedensi, & speciatim Theca Borosnyaiana, (ita dicta à *Martino N. Barosnyai*, Med. Doctore; quo vitâ functo, Libri ejus, à Sigismundo nostro, germano Martini Fratre, Bibliothecæ donati sunt) adservatur; cum simili Diplomate *Michaëlis Tofæi* Superintendentis. §. 233. *n.* 2. Post hæc, Sigismundus, locuplete Divinarum humanarumque rerum cognitione, reditum in Patriam perficiens; Professor SS. Theologiæ, Artis Hermeneutico-Homileticæ, Histo-

§. 260.

riæ Ecclesiasticæ & Juris Naturæ, in Ill, Collegio Nagy Enyedensi creatus est. An. 1738. 15. Jan. §. 258. *n.* 5.

11. LADISLAVS BRVZ, patria Saxopolitanus (Szászvarosensis,) gente tamen N. Hungarus, studiis apud Transsilvanos tradi solitis, in patrio Gymnasio & Ill. Collegio Nagy-Enyedensi, absolutis, Viennæ Austriæ Medicinâ se diligenter imbuit, ibique An. 1775, edita *Dissertatione Inaugurali de Gramine Mannæ sive Festuca fluitante* (8ᵛᵃ formâ) *in Vniversitatis Palatio disputavit*. Redux inde, in Patria & vicinia, artem feliciter exercet Hippocraticam.

12. MICHAEL CSEREI *de Nagy-Ajta*, ex Illustri Prosapia Csereiana, cujus merito meminimus §. 279. *n.* 3. oriundus, natus Rákosini in Sede Csik An. 1667. 21. Oct. Patre *Joanne* Principis *Michaëlis Apaffi* Supremo Dapiferorum Magistro, & post Capitaneo Fagarasiensi: litteris imbui cœpit An. 1674. 25. Oct. Fagarasini, studia continuavit Udvarhelyini ab An. 1678. ad 1685. quo ad latus *Michaëlis I. Teleki*, viri eo tempore gratia Principis, & auctoritate florentissimi, se pro more illius ætatis recepit, inde An. 1686. æger rediit Nagy-Ajtam, eodem anno miles ad Castra juxta Hassagum posita ivit, *Ill. Gregorio de Bethlen* Exercituum Transsilvanicorum Duce existente. A. 1688. altera vice Castra salutavit sub Duce, seu Generali *Balthasare Macskási* ad Bozzám Passum locata. An. 1690, denuo eodem in loco Castra adiit *Michaëlis Teleki* moderamini commissa, & ea quidem occasione Prælio quoque cum Turcis, &

Tö-

S. 260. .ods.

Tökölyianis ad vicum Zerneſt commiſſo interfuit. Anno ſequente 1691. ob turbatum Patriæ ſtatum ſolum vertit, rediit ex Valachia An. 1692. venitque ad Ill. magni nominis Heroem, Comitem *Stephanum Apór*, Transſilvaniæ Theſaurarium, avunculum ſuum. An. 1697. 22. Octob. nuptias cum *Helena* filia *Michaëlis Kun* de Kál celebravit. Fuit primo Aug. Imperatori Leopoldo apud Regium Theſaurariatum Transſilvanicum à ſecretis. An. 1703. exortis bellorum civilium procellis, in Arce Görgény refugium quæſivit, ſuſtinuitque etiam obſidionem ibi forti animo, egreſſus inde ad Sedium Siculicalium Csík, Gyergyó, & Káſzon Præfecturam admotus, ut illarum incolas per tumultuantes ad defectionem ſollicitatos in officio contineret multum laboravit, invaleſcentibus tandem urgentibusque tumultibus Coronam Urbem præſidio Germanico contra vim omnem benè firmatam abiit, inde tamen etiam Provinciæ ſibi concreditæ bono conſulere non ceſſavit. Intra temporis ibi transacti ſpatium, vaſtum Opus Hiſtoricum Hungaricè concinnavit, quo ætatem primi, & ſecundi Apaffiorum Principum, ac cumprimis turbatum Sæculi præſentis initium, & bella Rákocziana Hiſtorica narratione complexus eſt. Plurimorum manibus hoc Opus manu exaratum, & plusquam millies deſcriptum teritur, ac *Hiſtoria Csereiana* nuncupatur. Non deſunt & alia ejus opera prelo minus ſubjecta. Sub eo, quod Coronæ exegit, intervallo, paratam pecuniam 6079. flor. conſumſit, foris autem in Poſſeſſionibus ſuis 18000. florenorum damnum à Rákoczianis accepit. Ætate & curis attenuatus, Corpus procerum decrepitumque, & aliquot annis

3.260. 3

famulorum in manibus gestatum An. 1756. M. Aprili in proximo nobis pago Nagy-Ajta exuit, ibidem etiam in monumento Majorum honesto funere tumulatum. Fuit Vir stupenda diligentia, ingenio penè divino, sapientia admirabili, & magno consilio, collector monumentorum litteralium solertissimus, ex quibus ad me quoque donante Nuru ejus, nonnulla devenisse, gratus agnosco. Cum eruditis frequens illi litterarum fuit commercium, amavit inter alios fovitque Celeb. etiam Petrum Bod propter ingenii præstantiam, & indefessum de scientiis bene merendi studium. Duas successive habuit uxores, è posteriore *Susanna Széki* suscepit filiam *Christinam Mojsi Zejk* de Zejkfalva, viro genere illustri è *Sophia* Comitis *Laurentii Pekri* filia progenito vinculis socialibus junctam; è priore autem *Helena Kun* unicus ipsi superstes mansit filius, *Georgius* Tabulæ Regiæ Adsessor, litterarum & ipse, litteratorumque amantissimus, A. 1774. denatus Nagy-Ajtæ, nactusque etiam sepulturam ibidem in gentilitio monumento. Reliquit è *Barbara Nagy* matrona præstantissima filiam unicam *Thereſiam*, Ill. Comitis *Stephani Mikó* de Bodok, & Hidvég consortem: & quia prole mascula post fata Antonii destituebatur, compensavit hunc etiam defectum eruditis lucubrationibus, in quibus perpetuam sui memoriam sequuturis ætatibus reliquit.

Concludimus sermonem de Michaële, nobilissimo Testimonio, quod hodieque inter præcipua Domûs Cimelia adservatur, sonatque in hæc verba:

Quandoquidem Perillustris, ac Magnificus Dominus Michaël Cserei de Nagy-Ajta, usque ad mor-

§. 260.

mortem Ill. Domini Comitis Stephani Apor piè defuncti, in Officio Thesaurariatus Regni Transsilvaniæ ultra decem annos munere Secretariatus functus, demum pro Supremo Inspectore Sedium Siculicalium Csik, Gyergyó & Kászon constitutus in istis revolutionibus unà cum Domino suo Parente, & Fratre, totaque Familia in fidelitate Cæsarea constanter permanserit, & non solùm fidelia, & proficua sacræ Cæsareæ, Regiæque Majestati servitia tum in bellicis, tum in politicis occurrentiis præstiterit, verùm penes servitium Augustissimi in propria Domo à rebellibus captus, omnique crudelitatum genere tractatus, nihilominus cuncta fortiter pro fidelitate Cæsarea tolerando, partesque rebellium amplecti recusando per divinam gratiam manibus illorum, & captivitate plus quam barbarica elapsus, usque ad diem præsentem fidelem summedictæ Majestati Vasallum se esse demonstrat, præterea omnibus tam interioribus, quam exterioribus Bonis aliquot millia florenorum prævalentibus à prædictis rebellibus exhaustus sit, Possessionesque tam sui Domini Parentis, quam illius, propriæque Uxoris ubique in Transsilvania desolatæ usque ad commiserationem jaceant. Præfatum itaque Magnificum Dominum Michaëlem Cserei, ejusque totam Familiam, qua fideles Augustissimi subditos agnosco, & desuper adtestor, dignumque judico, cui tam propter eximia ipsius servitia, quam constanter præstitam fidelitatem, perpessaque tanta pro fidelitate damna, & toleratam forti animo captivitatem suo tempore, & loco Sacra Cæsarea, Regiaque Majestas Clementissimus nostrum omnium Dominus, Gratiam Cæsareo Regiam,

§.260.

ad conſolationem ipſius, Familiæque, & Poſterorum benigniſſimè impertiatur, atque pariformiter Domini Officiales Inclytæ Militiæ Germanicæ in Transſilvania nunc & deinceps exiſtentes eidem Domino Michaëli Cserei in juſtis, & licitis patrocinium, omnemque benevolentiam exhibeant. In cujus rei majus robur dedi has meas litteras atteſtatorias, ſub ſigillo proprio, & ſubſcriptione. Datum Cibinii die 24. Junii A. 1708.

Sacræ Cæſareæ Regiæque Majeſtatis actualis Camerarius, Generalis Cavalleriæ, unius Regiminis Cataphractorum Colonellus, partium Regni Hungariæ Cis Tibiſcananarum, necnon per Transſilvaniam Generalis Commendans

JACOBVS Marchio CVSANI
m. pr.

14. JOANNES CSOMÓS, Siculus de Albis, ex Sede Kézdi, frater germanus Cl. Michaëlis Csomós, Juris Profeſſoris in Collegio Ref. Claudiopolitano, vulgavit *Obſervationes Philologico-Criticas, & Critico-Theologicas, in quædam V. & N. Teſtamenti Loca.* Bernæ 1745. 4. Vir Doctus, ex academica peregrinatione, quo è Collegio Claudiopolitano ſe contulerat, patrias in oras redux, & An. 1767, in Synodo Generali, Kézdi-Váſárhelyini celebrata, Paſtor conſecratus, in Eccleſia Deeſienſi, ubi Coadjutorem Paſtorem agebat, vitam cum morte commutavit.

15. STEPH. DÁNIEL, *Liber Baro de Vargyas*; ex Illuſt. Familia DANIELIANA *de* dicto *Vargyas*, anti-

§. 260.

antiquissima Nobilitate omnibus notissimâ, originem Magnificus noster Stephanus duxit. Editus enim est in lucem, An. 1684, Patre Ill. *Stephano Dániel*, Sedis Udvarhely Supremo Judice Regio & Tabulæ Regiæ Judiciariæ Adsessore, Matre *Sophia Kemény*, Petri Kemény, Joannis Principis germani Fratris, & Supremi Comitis Albensis, Filia. Stephanum Patrem veró Ill. *Franciscus Dániel*, Principe Gabriele Bethlen Sedis Siculicalis Udvarhely Judex Regius Supremus, susceperat ex Conjuge *Judiths Béldi*, Pauli Béldi Sorore germanâ. Alii quoque non defuerunt ab olim, in ful entissima hac Prosapia (quæ *Cygnum colotenus sagitta transfixum* in Scuto Gentilitio habet) Heroës, Primariis Provinciæ Dignitatibus eximiâ cum laude gestis Illustrissimi. Sed nunc nobis nostro de Stephano sermo redeat. Religionem Vnitariam cum lacte matris suxit; Consortem verò Vitæ Ill. Heroidem *Polixenam*, Magnifici Laurentii *Pekri* Natam, Religione Lutheranâ imbutam, duxit: exuerunt ambo Religionem utramque, & Helveticæ Confessioni subscripserunt. Danielem nostrum Viennam salutantem, Augustissima Imperatrix D. D. MARIA THERESIA Titulo Liberi Baroniis ad omnem Posteritatem ornavit, & insuper Inclitæ Primariæ Siculorum Sedis Udvarhely Supremum Judicem Regium nominavit. Et functus est eodem munere, ad An. 1774. 24. Mart. quo consortionem mortalem dissolvit; tuncque successionem fecit Filio oculis cariori, Illustr. Dom. STEPHANO *Libero Baroni* DANIEL *de Vargyas*, S. C. R. & Apost. Majestatis Camerario, & decursu aliquot annorum, quibus Patrem Illustrissimum juxta ac Veneran-

nerandum, non intellectus, non memoria, non judicium, ſed ſolæ corporis nonagenarii vires defecerant, dictæ Sedis Udvarhely Coadminiſtratori; jam itaque Supremo Judici Regio &c. Pater verò Stephanus, ſuæ Gentis Neſtor, erat complurimis annis Curator Supremus Collegiorum, Enyedenſis & Areapolitani, nec non Diœceſium Udvarhely & Erdövidéke; & præcipuus Nutricius Collegii Agropolitani. Singularem Herois noſtri induſtriam & diligentiam teſtantur, inſignemque pietatem redolent Opera, quibus Poſteritati profuit, puta: 1.) *Monita Paterna.* Cibinii 1752. 4. Eſt Theologia Practica elegantiſſima. 2.) *Variarum Meditationum Sacrarum Miſcellanea*, concinnata An. 1759. impreſſa Enyedini 1766. 3.) *Commentarius in Apocalypſin S. Joannis.* 4to. 4.) *Deſcriptio Vitæ propriæ.* 4to. 5.) *Az Örök életre vezetö egyenes Út.* Enyeden. 1765. 4. 6.) *Iſten eleibe botſátott alázatos Könyörgéseknek gyakorlása.* Enyed. 1766. 8. Sunt Preces ardentiſſimæ Auctoris, in fundendis Precibus indefeſſi.

15. JOS. F. DEAKI, Eccleſiaſtes Primarius Claudiopolitanus & Superintendens, §. 233. *n.* 3. meritò à nobis, Eruditis iis adnumeratur, qui Scriptis inclaruêre. Etſi enim Tomos Operum foras non dederit; edidit tamen eorum æmulos, Sacros in Funeribus Procerum recitatos ſermones, ex Locis variis, vti ſunt: Jer. 5. 3. & 18. 6. Luc. 12: 40. 2. Cor. 12: 9. Apoc. 2: 17 & aliis. Magni hujus Myſtæ Filii, paternarum virtutum Hæredes, Cathedræ quoque ejus in florentiſſima Eccleſia Claudiopolitana ſunt poſſeſſores conſtituti. R. Clariſſimusque quidem *Sam. F. Deáki*, qui & Collega aliquamdiu Venerandi ſui Genitoris,

in

in munere Paſtorali, erat, animam Cœlo redonavit: at Clar. ac Rev. D. *Paulus Filep Deáki*, Cathedram & Patre & Fratre ornatam, hodiè exornat, paſcitque cum jubilo Spiritûs formoſum Gregem Paſtor & ille formoſus.

16. GEORG. L. DÉSI, Miniſter Verbi Divini Enyedenſis atque Superintendens, §. 233. *n.* 3. præter Opuſculum, quod *l. c.* publici juris factum eſſe retulimus, præterque impreſſas Conciones funebres nonnullas; non paucas reliquit Homilias manu exaratas, variisque occaſionibus recitatas. Vivit ſuis in Generis, Rev. ac Clar. v. l. *Joſepho Bedö*, & D. *Joanne Baritz*: quorum hic in Eccleſia Enyedenſi Succeſſorem Soceri agit; ille verò Eccleſiam Sárdenſem paſcit; & verò uterque fideliſſimè.

17. STEPH. DOBAI, Vir Nobilis Proſapiæ *de Al-Gyógy*, poſſeſſiones habens in dicto *Al-Gyógy* Comitatûs Húnyadenſis, & *Debren* Comitatûs Szólnok Mediocris, Symphoniacus, dum fuit, paucis in Dacia ſecundus; A. 1736, dum jam adfectus ſenectute eſſet, Incluto Comitatui de Húnyad valedicturus, Oppida ejusdem, compluresque pagos, & eorum Poſſeſſores, deſcripſit, Opellamque ſuam, *Tiſztesség Oſzlopa*, nominavit. Eam Magnificus quondàm Lib. Baro *Joſephus Nalátzi* conſiliarius Gubernialis, cui Auctor dedicaverat, prodire fecit An. 1739. 4. *Cibinii.*

18. SAMVEL ENYEDI *de Benedek*, civis Claudiopolitanus, & eadem in vrbe Horopegus, dedit *Demonſtrationem quadraturæ Circuli nunc primùm cum orbe erudito communicatam*, quæ prodiit in lucem Claudiopoli 1767.

§. 260.

19. JOS. FAGARASI, aut integrius: *Joſephus Pap de Fagaras*, filius *Matthæi*, circa An. 1742. Paſtoris Eccleſiæ Saxopolitanæ ſeu Száſzvároſenſis; ſub tutela Vitrici, admodùm Reverendi ac Clariſſimi D. *Joannis Abats*, Venerabilis Tractûs Nagy-Enyedenſis ab An. 1773, Senioris Vigilantiſſimi, & Paſtoris Eccleſiæ Gerendenſis, abſolutis ingenti cum laude ſtudiis, in Collegio Nagy-Enyedenſi tradi ſolitis, Francofurti ad Viadrum & Traiecti ad Rhenum altiora ſpeculatus eſt, inclaruitque Diſſertationibus per quàm eruditiſſimis, quarum inſcriptiones ſunt: 1.) *Diſcuſſio Quæſtionis: An poſſit Naturæ ſcrutator ex captis iam Obſervationibus, & experimentis inſtitutis, ulteriores ducere conſequentias, ad incognitas phænomenorum cauſas detegendas; & ſi poſſit, qua ratione id facere, quas regulas obſervare, debeat?* quæ præmium primum ſeu aureum Societatis Scientiarum Batavo-Fleſſinganæ reportavit, An. 1772, *per Joſ. Fagaraſi, Philoſophiæ Studioſum Transſilvano-Hungarum.* Prodiit in 4to Volumine Societatis Zelandicæ, lingvâ belgicâ, & latinâ qua ſcripta eſt. 2.) *Diſſertatio de Senſu Morali*; ſuper quæſt: Utrum ſit homini innatus aliquis ſenſus, quo dirigatur ad dignoſcendum, & impellatur ad faciendum bonum morale? Hæc Diſſertatio acceſſit præmio, id eſt, non reportavit, ſed digna judicata eſt impreſſione, typisque mandata à Lugdunenſibus Legati Stolpiani Curatoribus, An. 1773. 3.) *Diſſertatio Philoſophica Inauguralis, de Natura Æternitatis ſucceſſionis experte; & duratione rerum ſucceſſivâ, initium neceſſario habente*: quam pro gradu Doctoratûs, ſummisque in Philoſ. & Artibus Liberalibus, honoribus & privilegiis conſequendis, publico Exami-

ni

J. 260. .a3s..

ni ſubmittit Joſ. Pap de Fagaras, V. D. Miniſter, Transſilvano-Hungarus. Trajecti ad Rhenum 1774. Die 20. Junii. Noſter ceterùm honeſtiſſimo conjugio auctus, ad patrios penates reverſus, Cathedram Saxopolitanam, quam & genitor ſuus ornaverat, A. 1774. conſcendit.

20. GEORG. FELVINTZI, de Kolosvár, Poëta Hungarus haud inficetus, varia exaravit, venâ ſat felici, Opuſcula metrica, vt ſunt: 1.) *Comico-Tragœdia, Plutónak és Jupiternek egy-más között való Villongáſok.* 1693. 8. 2.) *Áruſok Ditsérete.* 3.) *Nyavalyák Gyüléſe* vagy *Hiſtoriája.* 4.) *Echo.* 5.) *Nyergesek Ditsérete.* 6.) *Jó Gazdaſzſzonyokról.* 7.) *Hegedü Ditsérete.* 8.) *Terméſzet Próbája.* 1701. 8. 9.) *Samaritanus* Luc. 10. 33. 10.) *Schola Salernitana.* 11.) *Mauſoleum*, Regum Ducumque Hungariæ, Rhytmis hungaricis paraphraſticis. 12.) *Procuratoria-Ditséreti*, Kolosváratt, 1697. 8.

21. JOAN. GIDÓFALVI, V. D. Miniſter Uj-Tordenſis, lingvâ populari concinnavit Sacras Meditationes, juxta Catecheſin Palatinam, ſub titulo: *A' Felséges Iſtennel a' Kegyes léleknek édes beſzélgetései.* Kolosv. 1744. 8.

22. IOAN. GYÖNGYÖSI, è Collegio Studioſorum Claudiopolitano, ubi curſum Scholaſticum laudabiliter perfecerat, illuſtre Batavorum, quod Lugduni floret, Athenæum ſalutavit, ibique ſtudiorum cauſa tres annos exegit. Redditus patriæ, in Eccleſia Alſó-Rákoſenſi, Comitatûs Albenſis, ſacro munere functus à menſe Majo ad M. Decembr. anni 1771, quo in Oppidum Uj-Torda ductus eſt. Doctiſſimi *Joannis Bunian* Librum quemdam, è germ. in hungaricam lingvam convertit, inſcripſitque: *Keresztény Utazó;*

id

§. 260.

id eſt, *Chriſtianus Viator*: quem à prelo nunc exſpectamus.

23. JOS. HERMÁNYI, in vico Olaſztelek, Sedis Sic. Bardotz, in lucem editus, Patre *Petro Hermányi* (§. 235. *n. l.*) matre *Sara Ötves Verebélyi*. Litteris imbui cœpit *Közép-Ajtæ*, ubi hæc nunc ſcribimus; unde duodecennis Areapolim ductus, & paucis elapſis annis, Ordini Togatorum adſcriptus, Celeberrimum Georgium Szigeti audivit & coluit; & mox Poëticæ ac Rhetoricæ Claſſium Præceptorem, Gymnaſiique Seniorem ſe præſtitit. Poſtmodùm, An. 1720, fertiliori Scientiarum Seminario, Collegio v. l. Nagy-Enyedenſi inſertus eſt. Vbique ad illa liberaliſſimarum doctrinarum ſtudia, quæ animum ad omne decus informant, tanto ardore & vigiliis, à pueris incubuit adoleſcens diligentiſſimus, vt palmam Commillitonibus omnibus præriperet. Adverſâ uſus valetudine, ab exoticis Scientiarum Emporiis, ad quæ viſitanda ſe diſpoſuerat, animum revocavit, & An. 1728, in Eccleſiam *Torotzkó-Szent-Györgyen*ſem invitatus, Cathedram Paſtoralem propitio Numine ornandam ſuſcepit, itaqua Sacram Perſonam per 7. annos ſuſtinuit, vt dubium fuerit, an ipſe à Dignitate acceperit, an Dignitati contulerit Dignitatem. Nobiliori proinde dignus Suggeſtu, in Oppidum frequentiſſimum Nagy-Enyed, ab Eccleſia ſollicitatus, conceſſit, annisque 7. Secundarii, 22. verò Primarii Paſtoris munus, tantâ eruditione, tantoque eloquio obivit, vt quemadmodùm proceritate corporis, haud diſſimiliter conſummatâ functionis ſuæ gloriâ, vix non omnes Myſtas Transſilvanos ſuperare cenſeretur. Felices illos V. Divini Præcones,

cones, qui eum audivêre sermonem ad populum facientem: habent enim quem imitentur. Scripta ejus quanta quàmque multa fuerint, fortè ii solùm credent, qui Nostrum noverunt. Certè unus in Folio, ac septem & quinquaginta supra centum in 4to fuêre Tomi, quorum aliqui pluribus aut paucioribus compacti erant plagulis, densis quidem, at legibilibus maximè characteribus. Erant in his Homiliæ erudissimæ in Evangelium cumprimis S. Matthæi, in Libros Mosis, Estheræ, Jobi, Jonæ, Malachiæ, & varios Locos scripturæ selectos. Erant Sermones funebres, quibus per omnem latè Transsilvaniam 72 Proceribus, 400 auditoribus suis, 7 Ecclesiastis 4 Civibus Collegii Enyedensis, parentavit. Erant varia Historica, Geographica, Theologica & Miscellanea. Erant è Germanico, imò & Gallico idiomate (quæ jam senex didicerat) in Hungaricum conversa. Erant nonnulla etiam aliorum Auctorum Scripta, à Nostro descripta. Amice, quisquis dubitaveris; perge in Oppidum Zilah, ibique apud unicam, Nostri Heredem *Rachelem Diénes Hermányi* (ex Rebecca Gidófalvi Michaëlis Gidófalvi, Pastoris Torotzkó-Szent-Györgyensis, filia susceptam) ejusque Maritum, R. ac Clar. *Joannem Mohai*, nec uno pauciores numerabis Tomos. Occidit tanta lux A. 1763. M. Apr. ætatis suæ 65to; anno siquidem 1699. exorta fuerit. Nec Scripta ejus, præter duas tresve Conciones funebres, publicè lucent.

24. ANDR. HVSZTI, Studia, quibus in Collegiis Enyedensi & Claudiopolitano imbuerat animum, ampliùs aucturus, Francofurtum ad Viadrum venit, & Heinectii cumprimis professioni-

bus

§.260. ...

bus intentus, Jura, Scientiasque alias feliciter didicit. Redditus Transſilvaniæ, in Collegio Claudiopolitano, Jurisprudentiæ & Politices Profeſſor conſtitutus eſt. Non diu verò collatam ſibi provinciam tenuit, ob illegitimum matrimonium, & ejus conſequentias; ſententia Generalis Synodi An. 1747, Profeſſoratu abdicatus. In aulis ergo nonnullorum Procerum, Tabulas conficiendo Genealogicas, vitam toleravit; dum in Capitulo Albenſi *Digeſtoris Capituli* titulum, ac ſalarium non levidenſe, obtinuit; ſed delapſus in ebrietatem & vitam incompoſitam, Magnatum rurſùs aulas repetere eſt coactus. Ejus Opera prodierunt: 1.) *Diſputatio de Chriſto Primogenito.* Francofurti 1728. 4. 2.) Origo, Incrementum & facies hodierna Trium *Illuſtrium Gymnaſiorum Reformat. in Transſilvania.* Francof. ad Viadr. 1731. 4. Hæc, Francofurti Scientiis operam navans conſcripſit; in Patria verò ab eo profecta eſt. 3.) *Jurisprudentia Hungarico-Transſilvanica.* Cibinii 1742. 4. Sunt & inedita ejus Opera; vtpote: 1.) *De Vajvodis Transſilvaniæ.* 2.) *Dacia Mediterranea*, avagy *Erdély Orſzága.* Quod pleniùs elaboratum, lingvâ itidem Hungaricâ, de antiquo & hodierno Transſilvaniæ ſtatu, inſcripſit: *O és Uj Dacia.* Opus laude dignum, licet non ex integro antiquis monumentis & teſtimoniis ſuperſtructum. Andreas demùm An. 1755. in gremio Eccleſiæ Romano-Catholicæ diem obivit. vid. p. 614.

25. GEORG. HVSZTI, Profeſſor Claudiopolitanus. Vid. §. 259. n. 2. & Conf. n. 5.

26. GEORG. JÁSTFALVI, poſt adeptam in Collegio Enyedenſi, quam poterat, Scientiarum cognitionem, Francofurti ad Viadrum Literis vacavit,

§.260. ...

cavit, ediditque: *Compendium meditationis Theologicæ de Summo Propheta Jesu Christo.* Francofurti 1711. 8.

27. JOSEPH. INTZÉDI *de Várad*, An. 1688. natus in arce Zebernyik, (jam desolata; cujus historiam versibus hungaricis prolixè descriptam possidemus) supra Oppidum Borberek, quo se metu Turcarum Parentes nostri Josephi receperant. Cursum Studiorum felicibus auspiciis in Collegio Enyedensi emensus, multos per annos Illustris Supremi Consistorii Notarius, & Collegii Enyedensis Curator (§. 258. *n.* 7.) exstitit. Postea Vir Eruditissimus nulloque Magistratui impar, Magistri Prothonotarii munere, & Titulo Liberi Baronis mactatus, nomen novum, ab Augustissima Imperatrice D. D. MAR. THERESIA, meritus est Posteris suis; quod Noster ipsemet, ex *Jos*epho & *Jos*ika, (quod Juditham *Jos*ika Contoralem habuerit) necnon *Intz*édi, *Josintzi de Josintz*, ingeniosè formavit. Abstemiusquidem, sed corpore sano, vixit, præter binos ætatis suæ annos extremos, quibus Valetudinarius visus est: clausit verò diem An. 1750, ætatis suæ 62. Perennat ejus memoria, his in Operibus: 1.) *Liliomok Völgye.* Szebenben 1745. 8. recus. Enyedini. Complectitur *Meditationes Joannis Gerhardi*, quas *Balthasar Zólyomi* hungaricè reddiderat; at Noster stilo politissimo, & phrasibus in modum poëticarum cadentiarum adornatis, Civitate hungaricâ donavit. 2.) *Oratio de instauranda Philosophia*, quam latinam, eamque eruditam, recitavit An. 1725. 7. Dec. in Collegio Enyedensi, dum ad Philosophiæ & Mathematum Professiones Clar. D. *Stephanum Töke*, sollemni inauguratione præsentasset. *Claudiopoli* 1729. 4. 3.) *Dissertatiun-*

cula

J.260.

cula de Annis Jubilæis & Calendario-manuali. Claud. 1750. 4. 4.) *Juriſta Tranſilvanus*, manſit ineditus. Proſapiam Inczediano-Joſintzianam ſi quis noſſe cupit, ex his diſcat: *Marcus Icsvits* ſive *Icsevits*, Nobilis in Regno Dalmatiæ eximius, & poſſeſſionis (cetera inter patrimonia) *Ince* hæres, poſtquam ob fatalem cujusdam Comitis in certamine martiali cædem, ſolum vertens, in Hungariam, circiter annum 1480, venit, & ſub Rege Matthia, laudabilem adverſum Turcas militiam geſſit: ex hac quidem luce migravit, ſed filium *Thomam Icsevits*, unius Legionis Hungaricæ Tribunum, reliquit. Huic fuerunt filii, *Matthias* & *Gregorius*, Armalibus in Hungaria à Rudolpho Cæſare ornati. Gregorio ſine hæredibus deficiente, Matthias in Comitatu Bihar, adquiſitis hærediis, habitationem fixit, depoſitoque *Icsevits* nomine, de Dalmatica poſſeſſione *Ince*, cognomentum dialecto hungaricæ accommodum *Incédi*, quod cum tempore *Inczédi* & *Intzédi* ſcribi cœpit, formavit; Gentemque ſuam *de Nagy-Várad*, ubi reſidebat, nuncupavit. Matthiæ filius *Michaël Intzédi*, An. 1658, æt. 48. obiit; ſed duarum maritus conjugum, Liberos ex utraque reliquit: qui, Váradino, & tota longè viciniâ, à Turca occupatis, ad Principem Transſilvaniæ, Michaëlem I. Apafi, quem, per Lineam *Csókáſianam* Principiſſæ *Annæ Bornemiſza*, affinitate propinqua contingebant, ſe receperunt, Bonaque quædam Alvintzenſia & alia impetrarunt. Nati erant Michaëli, ex *Juditha Vadas*, conſorte priore: *Matthias* cælebs; *Petrus*, genitor ſimiliter *Petri* Supremi Comitis Albenſis; atque *Sigismundus*. Ex altera Conjuge, *Catharina Csókáſi* obtinuerat Michaël:

chaël:

S. 260. 505.

chaël: I.) PAVLVM INTZÉDI *de N. Várad*, Bonorum Fiſcalium per Tranſſilvaniam Adminiſtratorem & Tabulæ Adſeſſorem, An. 1724, æt. 58. defunctum, genitorem 4. Liberorum: 1.) *Joſephi Intzédi*, Protonotarii noſtri, Lib. Bar. titulo & novo nomine ab AVGVSTISSIMA ornati, quo geniti ſunt: *a.*) *Joſ. L. B. Jóſintzi*, nat. 1712, denatus 1764: fuerat primùm Secretarius Gubernialis Act. Intim. *b.*) *Michaël L. B. Jósintzi. c.*) *Lad. L. B. Jósintzi*, in Incl. Legione Gyulaiana Capitaneus, in conflictu cum Boruſſis ad Troppau 1745. exſtinctus. 2.) *Pauli Intzédi* cælibis, An. 1732. denati. 3.) *Gregorii Intzédi*, trium Natorum & unius Natæ patris. 4.) *Suſannæ Intzédi.* II.) GEORGIVM INTZÉDI *de N. Várad*, Principe Michaële I. Apafi, Regiſtratorem, poſt Secretarium, trium Filiarum parentem. III.) MICHAELEM INTZÉDI *de N. Várad*, patrem (ex *Anna Nádudvari*) *Samuelis L. B. Intzedi*, An. 1696, 26. Maji, in lucem editi, Theologi (juxta Inſtitutiones Joannis Braunii) doctiſſimi, Diœceſeos Helv. Confeſ. Kolos-Kalotenſis Inſpectoris Curatoris Supremi, cujus Ill. Nati Natæque ſenario numero vivunt. IV.) CATHARINAM INTZÉDI, conjugem quondàm *Franciſci Harinnai*, multarum compotis divitiarum. V.) ELISAB. INTZÉDI, Conſortem *Joannis Sároſi.* Sed hæc de Il. Familia ſufficiant.

28. GEORG. KAMARÁSI, plurium decurſu annorum, Illuſtr. quondàm S. R. I. Comiti *Joſepho Teleki de Szék* in aula Soroſtélyenſi à Sacris, & deinde in Eccleſia Fagaraſenſi Myſteriorum Altiſſimi Præco, concinnavit Centum Homilias Funebres, circa An. 1724, easque inſcripſit: *Emlékezet*

$.260.

lékezét Kövei. Has posthumas, pietas Illustr. quondàm Lib. Baronis *Sigismundi Bánffi de Losontz* Consiliarii Gubernialis excudi jussit. Kolosv. 1747. 4. recus. ibid. A. 1766.

29. SAM. KAPVSI, Professor Albensis multa dignus laude. *Vid.* §. 260. 2.

30. JOAN. KEMÉNY, Filius Petri, ex Illustrissima Lib. Baronum KEMÉNY *de Magyar-Gyerö Monostor* Prosapia (§. 275. *n.* 30.) ortus, usque se Studiis dicavit, vt Legibus Collegii Enyedensis subscribere Civis Togatus non dubitaverit. Halæ postmodùm cursum Academicum perfecit; ibique emisit, dedicatam Augustissimæ memoriæ Imperatori CAROLO VI^to^: *Commentationem de Jure succedendi Domûs Austriacæ in Regno Hungariæ.* Halæ 1732. Fol.

31. ALEXIVS KENDEFFI *de Malomviz*, Comes Illustrissimus, S. C. R. & Ap. Majestatis Exc. Reg. in M. Tr. Princ. Gubernii Consiliarius Actualis Intimus; (§. 184. *n.* 8. & §. 258. *n.* 7.) annos vernantis ætatis cum Musis Claudiopolitanis sociatos agens, *Dissertationem Juridicam de Tutoribus & Curatoribus*, insigni, benè collocatorum Ephebi annorum, indicio, elucubravit, annoque 1759. 4. Jul. defendit; universa Panegyri Collegiali Illustr. Auctori prolixè adplaudente. Edit. Claudiopoli An. 1759. 4. plag. 10. Sacram verò fecit Dissertationem Excellentissimo atque Ill. Domino *Joanni* Comiti *Lázár*, (*Vid. n.* 37.) vtpote (defunctis Illustribus & perantiquæ Prosapiæ Parentibus) Curatori suo & Studiorum moderatori. Non hìc substitit præclarus Palæstrita, sed quo & in Fasces Cæsareos & in Patriam, majora olim ederet Merita, Helvetiam, Galliam, (in hisque cum-

pri-

3.260.

primis *Basileam*, & *Lutetiam Parisiorum*) aliasque oras alieno ſole calentes, ſtudiis intentiſſimus, inviſit; & lingvas celebriores, quibus hodie in Europa cultiſſimæ Nationes utuntur, familiares ſibi reddidit. Redux in Patriam, Titulo Comitis ab Auguſtiſſima Imperatrice, D. D. MARIA THERESIA ornatus, mox 1765. Incliti Comitatûs Hunyadenſis Comes Supremus renunciatur, & demùm A. 1774. in numerum Summi Daciæ Senatûs Patrum adgregatur. §. 184. *n*. 8.

32. JOANNES KOLVMBÁN de Olaſztelek, Vir origine & induſtriâ Nobilis, ac quorumdam Comitatuum Adſeſſor, in Várſóltz Comitatûs Kraſzna domicilium hoc tempore habens, ſcribere non pigratus, multum lucubravit. Publici juris fecit, lingvâ vernaculâ, Tractatum de Diis Ethnicorum, cultuque eorum, ſub titulo: *A' regi Pogányoknak az ö Iſtenekröl és Iſteni Tiſzteleteikröl való Hiſtoria*. Edit. 1766. 8. plag. 11.

33. ALAXANDER KOVÁSZNAI Siculus Transſilvanus, ex optimis Illuſtris Collegii Ref. Agropolitani Civibus Togatis ab Ill. quondam Comite D. Joanne Lázár L. B. de Gyalakuta petitus, Illuſtri filio Comiti Emerico quondam Lázár, à Clariſſimis Collegii Profeſſoribus Informator datus eſt: quo munere ad optatiſſimum emolumentum perfunctus, Lugdunenſem Batavorum Academiam (ubi quidem ordinariè nulli Agropolitani, ſed duo Enyedenſes, duoque pariter Claudiopolitani Theologiæ Studioſi, pio ac honeſto ſumtu Potentiſſimorum Hollandiæ Ordinum aluntur) petiit, & ſuos ibidem profectus, quos in Theologia, Litteratura Orientali, &c, apud patrias Muſas fecerat diligentiſſimus fenore cumu-

S. 260.

lavit feliciſſimo. Reducem in Transſilvaniam Cathedra Lingvarum, Hiſtoriarum & Antiquitatum Collegii Agropolitani, Profeſſorem excepit delectum ac exſpectatum. Sacrarum Litterarum in Academia Batava Studioſum agens, in memoriam Diſcipuli ſui Emerici Comitis Lázár, An. 1761, 18. Jan. denati, ſcripſit *Laudationem Funebrem*, eod. anno Cibinii impreſſam in 4^{to}, cum reliquis, iisque recitatis, Actionibus funebribus, qua ſe lingvam latinam, ejusque indolem, callere non mediocriter, teſtatum omnino dedit. Profeſſoris tandem in dicto Collegio fungens officio, juxta determinationem Incl. Commiſſionis Politico-Eccleſiaſticæ, An. 1769. m. Jun. Agropolin convocatæ, edidit *Chriſt. Cellarii Grammaticam Latinam Lingvæ Hungaricæ accommodatam. Claudiopoli, Typis Collegii Reform. An.* 1771. in 8^{vo}, plag. 20. quæ Grammaticam Ajtaianam (ex Actis Erud. Lipſ. ad An. 1747. cognitam) de manibus Adoleſcentum excuſſit. Quæ ſit Viri eruditionis multijugæ compotis, circa Hiſtoriam Hungaricam, induſtria, conſultò nunc præterimus.

34. JOSEPHVS KOVÁTS, in Ill. Colleg. Enyed. Philoſ. ac Matth. Prof. Præclariſſimus, & p. t. Rector, ex germanico in Latinum convertit editque: *Elementa Philoſophiæ Naturalis* Joannis Gottl. Krügeri. Claudiopoli 1774. 8.

35. SAM. KÖLESÉRI à Keres-Eer, natus Szendröviæ in Comitatu Hungariæ Borſodenſi 18. Nov. 1663, Patre *Samuele Köleſéri* (Profeſſore Váradenſi, & poſt Paſtore Szendrövienſe, Tokajenſe ac demùm Debrecinenſe) matre *Annâ Damian*, & Debrecini Litteris imbutus, vix 15. annos egreſſus, in Academias Batavas à Genitore miſſus eſt. Illic,

J. 260.

Illic, Art. Lib. Magiſtri, Doctoris Philoſophiæ & Theologiæ, titulis condecoratus eſt; opumque literariarum dives, in Hungariam, Miniſter Verbi Divini ibidem futurus, rediit. Sed Suggeſtui haud natus, denuò Academias repetivit Germanicas; cumque gradu Doctoris Med. redux, ingentem nominis ſui famam conciliavit. Venit in Transſilvaniam, hicque, præter praxin medicam, Civilibus Officiis, functus eſt. Fuit enim Inſpector Fodinarum Supremus, fuit Secretarius Gubernialis, fuit ad extremum Conſiliarius Gubernialis. Vir exaggeratæ eruditionis varia luci expoſuit Opera, qualia ſunt: 1.) *Diſſertationes*, quibus inter Doctores locum reperit. 2.) *Scrutinium & Cura Peſtis Dacicæ.* An. 1709. 12. 3.) *Diſſertatio de Scorbuto Mediterraneo.* 1709. 4.) *Monita Anti-Loimica*, occaſione Peſtis An. 1719. 12. 5.) *Axiomata Juris Naturæ.* Cibin. 1723. 8. 6.) *Obſervationes*, Ephemeridibus Acad. Imperial. Naturæ Curioſorum inſertæ. Omnium verò maximè celebranda Transſilvanis ejus. 7.) *Auraria Romano-Dacica.* Cibinii 1717. 8. Aliorum quoque Opera nonnulla Eruditorum recudi fecit, vt ſunt: *Tibullus. Jac. Gardenii Theologia Pacifica. Summarium Philoſophiæ. Enchiridion Mathematicum Scheuchzerianum.* Claudiop. 1723. 8. *Opuſculum Orthographicum, de ratione rectè emendatèque ſcribendi.*+ Ter, at nec ſemel feliciter, tedas jugales accendit. Contoralium altera erat Illuſtriſſ. Domina *Juditha* quondàm *Bethlen*, Mater Illuſtr. ac Exc. defuncti nuper D. *Joannis Lázár*: Vitricus adeoque magni Herois erat Köleſérius. Bibliothecam Köleſéri habuit per paucis eo tempore in Transſilvania parem: ea, ceteraque Bona ejus, Aſna-

+ vide p. 615.

J.260.

thæ Mederæ (non Cloſianæ, vt putavit Cl. Bodius) Petri Mederi Paſtoris Primarii Coronenſis Celeberrimi Filiæ, Conjugum primæ, licet ab illa Divortium antea obtinuerit, (in Auguſta quidem Aula Cæſarea finali ſententiâ terminandum) ceſſêrunt. Præſenti hoc 1775. anno Libri divendentur. Vel inimici eruditionem Köleſérii ſuſpexerunt; contrà, nec amici de pietate, Zelo & Religione eum commendarunt. Sunt etiam, qui eum putent heautontimorumenon ſuique interfectorem: ſed apoplexia eum excuſat. Plura diſtinctioraque de Eo, ac Operibus ejus, vide in *Biographia Medicorum Hung. & Transſilvaniæ Celeb. ac Exp. Domini Stephani Veſzprémi, pag.* 82. *ſeqq.*

36. SAMVEL B. KÖPETZI, V. D. M. Bonyhenſis in Comitatu de Küküllö, Franequeræ, quo è Collegio N-Enyedenſi ſe contulerat, edidit *Diſſertationem Philologico-Theologicam, ad illuſtrandum Ritum ſuperſtitioſum, qui perſtringitur Ezech.* 8 : 17; *& Nomen Symbolicum, quod Ægypto tribuitur Jeſaiæ* 18 : 1. Impreſſ. 1772. 4.

37. JOAN. LÁZÁR *Comes*, atque *Liber Barô de Gyalakuta*, Heros Excellentiſſimus ac Illuſtriſſimus, Sacræ Cæſareo-Regiæ & Apoſtolicæ Majeſtatis Statûs & Excelſi Regii in Transſilvania Gubernii Conſiliarius utrobique Actualis Intimus, nec non Inclitorum Statuum & Ordinum Trium Nationum Præſidens, & Supremus per Principatum Transſilvaniæ Venatorum Regalium Magiſter; anno 1772, 26. Nov. Officiis & vitâ defunctus. Virum Magnificum, JOANNEM noſtrum, Il. *Georgius* quondàm *Lázár*, Sedis Siculicalis Maros Supremus Judex Regius, Emerici Filius (cujus Lineam, Illuſtris quondam *Andreas Lázár*, ab Illuſtr.

Lázá-

S. 260.

Lázáriis de Szárhegy, prognatam, inchoavit,) suscepit ex Comitissa *Juditha Bethlen.* Noster, postquam fœcundos ingenii sui agros, adolescentiæ annis, copioso Scientiarum semine in Patria insevisset, exteras quoque non neglexit adire Academias. Fuit præsertim præcipuus *Christiani Wolffii* Discipulus. Patriam repetens, variis ac gravibus publicæ rei negotiis gerendis se præbuit aptissimum. Ter è Transsilvania, nomine publico, Viennam Deputatus missus est. Complurium pars magna fuit Commissionum. Fuit Adsessor Tabulæ Regiæ; Comes Supremus Szolnok interioris; Præses Inclitæ Tabulæ Regiæ; Præses & Directivæ Commissionis; ac postmodùm Consiliarius Gubernialis, atque simul, ab An. 1750, Statuum Præsidens. Omnium fermè Scientiarum eximiam adeptus cognitionem, clarissima eruditionis suæ monumenta erexit. Talia sunt: 1.) *Versus Mnemonici, Summaria & Titulos Operis Juris Decreti Tripartiti exhibentes.* Cibinii, 1744. 4. 2.) *Okos Teremtett állat.* Kolosv. 1745. 8. Complectitur Preces Sex dierum Creationi adcommodatas. 3.) *Rövideden egybe foglalt Gyermekek Geographiája.* Szeben. 1750. 8. E Germanico Hungaricè reddita. 4.) *Opera Poëtica varii argumenti.* Claudiopoli, 1765. 8. Complura Carmina diversis Occasionibus exarata continet; quæ omnia Maronem certè sapiunt; vt non incongruè Auctorem, *Janum Dacicum*, & *Hungaricum Apollinem*, nonnemo dixerit: Poëtam Huic secundum, ætate nostrâ, Transsilvania vix vidit. 5.) *Innep napokra való Isteni Ditséretek, melyeket Frantzia nyelvböl forditott Magyarra.* Kolosv. 1760. 6.) *Florinda.* Szeben. 1766. 8. Res raras & præcipuas quorundam

Szolnok interioris

rundam Regnorùm Verſibus hungaricis exprimit. 7.) *Oratio Inauguralis, de Intellectûs & Voluntatis emendatione*. Claudiop. 1735. 4. Hanc, qua Curator Supremus Illuſtris Collegii Saros-Patakino-Marus-Váſárhelyenſis publicè propoſuit A. 1735. 28. Apr. dum Celeb. D. *Samuelem Rima-Szombati* in Rectorem & Profeſſorem Collegii introduceret. §. 260. *n.* 4. Manſérunt inedita: 1.) *Politica Chriſtiani Wolffii*, è Germanico in Latinum translata, & ab ipſo Auctore reviſa. 2.) *Metaphyſica Eiusdem*. 3.) Ejusdem *Moralia* ſeu *Ethica*. 4.) *Külömb-külömb-féle Világi Dolgokat az Erköltsökre ſzabogató Magyar Verſek*. 5.) Alia nonnulla minora.

38. FRANC. I. LISZNYAI, poſt ſtudia Enyedenſia, Francofurtum ad Viadrum ſalutavit; hinc Trajectum ad Rhenum ſe contulit. Redux in Patriam, fuit primò Illuſtriſſimo Heroi D. Gregorio Bartſai à Sacris Aulicis; deductus inde eſt in Eccleſiam Devenſem, ubi Boni Paſtoris, ſimulque Senioris Hunyadenſis, (alias Dévenſis) & ab An. 1769. Generalis Notarii, functus eſt fideliſſimè munere ad An. 1772, quo Cœlo redonans animam, Succeſſorem in Oppidana Eccleſia Dévenſi, reliquit Filium *Clar. D. Stephanum Intze Liſznyai*, jam memoratæ Venerabilis Diœceſeos Ordinarium Juratum Notarium. Duas Franciſcus noſter edidit Diſſertationes Veſtem ſudatam arguentes. Vnam *de Sinapi Parabolico*, Francof. 1739. alteram *de Epiſtola Chriſti Myſtica* ad 2. Cor. 3: 3. Reliquit etiam plurimas Conciones Funebres (, vt reliquas taceam) editas juxta ac ineditas, in funebribus variorum Procerum recitatas.

S. 260.

39. LADISLAVS MÁLNÁSI *de Málnás*, Verbi Divini Minister Consistorialis (§. 238.) & Piarum Fundationum in Ecclesiis, Collegiisque & Scholis Ref. Transsilvanicis Inspector Curator Duum-Viralis, ex Athenæo Enyedensi, Lugdunum Batavorum venit; unde Academicis thesauris reportatis, Illustrissimæ felicis recordationis *Catharinæ Bethlen*, (*n.* 66.) cujus antea in Collegio Enyedensi Alumnus fuerat, Concionatorem Aulicum præstitit ad An. 1759. Postmodùm Illust. *Emerico* Comiti de *Bethlen* Consiliario Guberniali operatus est à Sacris ad An. 1765. Tum ad Excel. S.R.I. Comitem, Dominum *Ladislaum Teleki* de Szék, Consiliarium Gubernialem (§. 184. *n.* 8.) &c. Summum Ecclesiarum Helv. Confessioni addictarum Patrem & Columen, invitatus, ibi hodieque degit, tedarum jugalium expers, & Sacra munia indefessim obit. Suis è Scriptis, quæ varia concinnavit, luci exposuit: 1.) *Templum Triunitatis*, i. e. Sollemnitatem Consecrationis Templi Fagarasensis, ex Hagg. 2 : 4, 5. lingvâ nativâ peractam. *Szebenben*, 1759. 4. plag. 5. 2.) *Conciones Funebres*, quibus Proceribus nonnullis parentavit.

40. STEPH. MÁTYVS, *de Kibéd*, absoluto, in Collegio Agropolitano, Studiorum curriculo; Vindobonæ & Trajecti ad Rhenum, Scientiis sublimioribus, & cumprimis Artis Salutaris præceptis, se addixit, nullamque sibi horam frustra abire passus est. Dissertationes suas Trajecti A. 1756. edidit. Vnam *De Melancholia Universali & Hypochondriaca*. Plag. 9. Alteram, *De Irritabilitate*; qua gradum Med. Doctoris meruit.

Redux in Patriam, Opus in lingvâ hungarica, quæ tali theſauro hactenùs carebat, maximè neceſſarium, & omnibus numeris abſolutum, i. e. *Diæteticam* condidit, inſcripſitque: *Diætetica*, az az, *a' jó egéſſég meg-tartásának môdját fundamentomoſon elö-adó Könyv.* 1762. és 1766. 8. *Tom. II.* Auctor Eruditiſſimus & Experientiſſimus, ad Inclitam Tabulam Regiam Judiciariam *Phyſici Ordinarii*, & in Incl. Tabula Continua Sedis Siculicalis Marus *Actualis Adſeſſoris* munere fungitur.

41. BENJ. NÁDVDVARI, Eccleſiaſtes Abrud-Bányenſis, à Nobili Viro *Stephano Borſai*, Dominii Cæſareo-Regii Zalathnenſis Proviſore, ejusque Fratre Nob. *Georgio Borſai* ſolicitatus, eximium concinnavit Libellum precatorium, qui inſcriptus eſt: *Mennyei Udvarral való Szent Társalkodás.* Szebenben. 12. Recus. Claudiopoli 1761; vt & Cibinii.

42. PETR. NÁDVDVARI, pio ære Illuſtr. Herois D. Samuelis Bethlen adjutus, An. 1698. Batavas Academias adiit; unde dum rediit, primum memorato ſuo Patronò fuit à Sacris; poſt Agropoli & demùm Saxopoli (*Száſz-Város*) Cathedram ſingulari eloquio ornavit. Articulos Fidei 84. Sermonibus Sacris complexus eſt; quos prælo ſubjiciendos Auctor decreverat: ſed morte præventus, Scriptum totum, quod inſcribebatur: *Idveſség Útja*, i. e. *Via Salutis*, quievit in manibus *Samuelis Köleséri*, (*n.* 35.) latuitque inter ejus Libros diutiùs, quàm collectæ vndique Conciones, excuſæ ſunt. Cæleſtiſſima Herois *Catharina* Comitiſſa *Bethlen*, (*n.* 66.) *Samuelis* Filia, tanti Præconis Verbi, cujus ſermones mellitiſſimi avidiſſimos auditores formabant, Homilias vitâ donatu-

ra

+ vid. p. 616.

ra; conquiſitis iis undique ab illis, qui ab Auctore diverſis temporibus ſeorſim deſcripſerant; *Michaëli Udvarhelyi* Profeſſori Claudiopolitano (§.259. *n.* 2.) credidit digerendas, at dum decem Homiliæ priores lucem vidiſſent, operi inmortuus eſt Udvarhelyius. Venerando dein Viro D. *Sigismundo Pap Szathmári* (§. 233. *n.* 3.) totum opus editionis commendatum eſt. Ille proinde Conciones ſequentes reddidit politiores, mancasque ſupplevit, pro & aliquot deperditis, juxta ordinem argumentorum, de ſuo adpoſuit, Præfatione clariſſimâ inſtruxit, ſicque ornatum emiſit, ſub titulo: *Nádudvari Péter Prédikátzioi.* Koloſv. 1741. 4. Edito hunc in modum Opere, & elapſis aliquot annis, primum Auctoris Scriptum è Bibliotheca Köleſériana provolavit. Scilicet, Scriptum hoc, ab Auctore ſibi traditum, Köleſerius, qui inſtigator Auctori fuerat, miſit in Bataviam edendum; ſed & Scriptore, & inſtinctore fato cedentibus, Opus ineditum remiſſum ac inter Köleſérii Libros repoſitum fuerat.

43. ADAMVS NEMES, Illuſtriſſimus ac Excellentiſſimus *Comes de Hidvég*, nuper admodum Sacræ Cæſ. Reg. & Apoſt. Majeſtatis Magiſter Protonotarius; & poſt Inclitæ Tabulæ Regiæ Judiciariæ ab A. 1762. Præſes & Statûs Gubernilisque Conſiliarius, ex antiquiſſima & Ill. Familia NEMESIANA *de Hidvég* (quæ Natales à Siculo, Comite *Vincentio accepit. §.* 152. *n.* 1. *c.*) oriundus, meritò inter eos Eruditos cenſetur, qui Scripta Poſterorum uſibus reliquerunt. Tametſi enim nihil publicæ luci typorum beneficio expoſuerit: plurima tamen Magni Herois Scripta, quæ præcipuis in Commiſſionibus Regiis, qua-

rum

§.260. [illegible]

rum inſigne Membrum fuit, ſociatis laboribus exaravit, Eruditorum in Statu Politico Virorum manibus verſantur. An. 1765. 27. Jan. ætatis ſuæ 54, terram Cœlo commutavit, Juſtaque funeri ſoluta Hidvegini adeptus eſt.

44. FRANÇ. P. PÁPAI, Vir inmortalis memoriæ, natus in Oppido Dés, An. 1649, ortum ſuum Rev. *Emerico Pápai* (§. 275. *n.* 45.) & *Chriſtinæ Kávási* acceptum ferens. Infantilibus annis ſuis Albæ Juliæ exactis, An. 1658. ob motus à barbaris concitatos, cum Parentibus ſuis, *Claudiopolim* & mox *Biſtricium*, ad aſylum tutius quærendum dimotus, *Agropoli*, providâ Parentum curâ, ponenda Literarum tyrocinia ſuſcepit. Patrem optimum equidem ſubitâ morte, in ætate adhuc tenerâ amiſit An. 1666. Nihilominus tamen cœpto acriter inſiſtens, Studiorum ampliùs augendorum cauſa Collegium Enyedenſe ſalutavit, ibidemque ſupra æquævos enituit, & non modò *Poëſeos Præceptoratu* honoratus, ſed anno ætatis 19. *Contraſcriba Collegii* (Officium primarium eſt, quod Civem Collegii in Catalogo ſecundum concernit) quoque creatus eſt. Nativa quadam inclinatione in rem Medicam propenſus, iter ad exteros An. 1670. ſuſcepit. *Lipſiæ* primùm experientiæ cauſa ſubſtitit; peragratisque præcipuis Saxoniæ Academiis, *Francofurti ad Viadrum* commoratus eſt; hinc *Marpurgum* & *Heidelbergam* viſitans, Viris in Academiis iſtis Celeberrimis adeo acceptus fuit, vt in Academia Heidelbergenſi de Cathedra Philoſophica, ſi id rationes Noſtri permiſſent, obtinenda, certa eidem ſpes facta fuerit. Placuit tamen ei Academias quoque Helveticas ſalutare, & primùm quidem *Baſileenſem*;

vbi,

J.260. ...

vbi, poſt duorum, & quod excurrit, annorum moram, Doctor Medicinæ creari, & Ampliſſimæ Facultatis ibidem Medicæ Adſeſſor renunciari meruit. Hinc venit *Tigurum*, ubi Viris Doctiſſimis innotuit. Inſignium ubique Virorum amicitiam ambiens, omnibus gratiſſimam ſui memoriam reliquit. Donec tandem A. 1675, limites Patriæ attingeret, ſummo ubique applauſu acceptus, & & à Senatu Debrecinenſi in tranſitu, luculento ſatis Salario annuo pro Medico ordinario, diverſis vicibus invitatus. Ingreſſus Transſilvaniam A. 1675, in Oppido *Földvár* Sedis Aranyas ſubſtitit, privatam domi ſuæ agens vitam, & à Praxi medica innoteſcere Optimatibus pergens. Vertente ſpatio annuo, magno olim Præceptore & Fautore ſuo, D. *Paulo Tsernatoni*, Profeſſore Literatiſſimo, ex forti apoplexia ſubito è vivis excedente, eidem in Pædagogiarchatu perpetuo, & profeſſione Lingvæ Græcæ, Phyſicæ & Logicæ, Principis *Apafii* & communi Curatorum Collegii ſuffragio An. 1676. ſufficitur. §. 258. *n*. 5. Quam quidem Provinciam, continuis 40. annis indefeſſo ſtudio variè ornavit. Subſecivis verò ab ordinariis negotiis temporibus, vel inter continuas patriæ ſtrages, hoſtium irruptiones, Urbiumque mortes, ipſamque etiam Oppidi Enyedenſis motu Hungariæ ultimo lanienam; in qua omnia, etiam ipſa Templa & Collegium, ferro & flammis vaſtata & in cinerem redacta, ipſe etiam fortunis omnibus prædæ militari relictis An. 1704. vix cum Collegis ſuis vivus evaſit; Operibus plurimis bono publico edendis infractâ & mirandâ in hac temporum acerbitate patientia inſudavit. Et primo quidem ſtatim in Profeſſoratum ingreſſu

ſuo:

d. 260.

ſuo: 1.) Hiſtoriam, quam *Rudus Redivivum* adpellare voluit, à nemine unquam tentatam, edidit Cibinii 1684. 12. Recuſ. eſt Tiguri A. 1723. 8. inter *Miſcellanea Tigurina*, cum Vitæ Auctoris brevi deſcriptione. Ex hac *Deſcriptione*, nec non Monumento funebri Auctori poſito, quod inſcribitur: *Juſtiſſima Adorea* &c. Claudiop. 1717. 4. vt &, *Succinctâ Medicor. Hung. & Transſilvaniæ Biographia* Exc. Med. Dris D. Stephani Veſzpremi, nos quoque hæc decerpſimus. 2.) *Ars Heraldica* 12. 3.) *Triſtium Levamina.* Claudiop. 1694. 4. plag. 4. Complectitur doctiſſima Carmiua, in Conſolationem Michaëlis II. Apafi. Hæc ejus ſunt Latina Opera. Eſt verò Latino-Hungaricum: 4.) *Dictionarium* Leuſchoviæ 1708. 4. min. *Vid. not.* 7. Hungarica Opera, Latinis licet titulis inſcripta: 5.) *Pax Animæ.* Koloſv. 1680. Ex Opere Gallico *Petri Molinei* converſa. 6.) *Pax Corporis.* 1687. 8. aliquoties recuſa. Curationem Morborum docet eruditiſſimè. 7.) *Pax Aulæ.* Koloſv. 1696. 12. Aliquot Regulas Sapientiſſimas à Salomone traditas exhibet. 8.) *Pax Sepulchri.* Kolosv. 1698. 12. Recus. ibid. 1760. 8. 9.) *Pax Crucis.* Kolosv. 1710. 12. Continet Preces è CL. Pſalmis, juxta eorum ſcopos concinnatas. Scilicet, prævalente in Transſilvania An. 1707. Cæſareano Milite Rákótzianis, novi Conſilii quid hi ſuſcipere coacti, Nobilitatem omnem citeriorem in proximam Hungariam ſuæ adhuc poteſtatis coëgêre, quo ſibi obnoxios in fide tenerent. Cujus Conſilii exſecutores, importuni milites, ipſos quoque Eccleſiaſticos, ſub minis deprædationis Bonorum exegerunt. Quo ab exilio, permiſſu Rákótzii An. 1709. M. Febr. ſunt

ſtatio-

§. 260. .501.

ſtationi ſuæ reſtituti. Franciſcus quoque noſter, cum Familia, & adhærentibus paucis Studioſis, in exſilium concedens, in eodem, plusquam annuo, *Pacem Crucis* adornavit. 10.) Varia Epitaphia, & Carmina Funebria Latino juxta & populari ſermone exarata; quale erat Tótfaluſianum §. 268. *n.* 3. Vide plura iu Tymbaule Hungarico. Manu ſcripta: 11.) *Romlott Fal fel-épüléſe.* Nihil aliud eſt, quàm *Rudus Redivivum* hungarico idiomate donatum & auctum, Senatuique Debrecinenſi dedicatum An. 1685: manſit ineditum, ob Carafæ exactiones, quibus tum Debrecinum adfligebatur. 12.) Variæ ad Eruditos Europæ Epiſtolæ; quibus vitam prelo donare intenderat. Summis hiſce ejus in Rem Literariam meritis accedit, præter Beneficia, quibus ipſius auſpiciis Studioſi Enyedenſes, aut fruiti ſunt, aut hodie etiam fruuntur, Beneficium illud Sereniſſimi Regis Boruſſiæ, *Francofurti ad Viadrum* binis ſucceſſivè Alumnis, nec non *Leidenſe* totidem Theologiæ Candidatis uſurpatum, (§. 263. *n.* 2.) in quibus impetrandis ſummâ curâ & ſtudio functus eſt. Beneficium quoque Eccleſiarum Anglicanarum, (§. 258. *n.* 7.) ſociatis hujus conſiliis & curis (qui & filium *Franciſcum*, hunc cumprimis in finem ad Britannos diſcendum miſerat) debetur. Tantus Vir, raræ admodum eruditionis, Latinus terſiſſimus, Græcæ Hebraicæque LL. peritiſſimus, Gallus & Germanus ſic ſatis curatus, philoſophus per omnes Scientiæ partes Verſatiſſimus, Theologus fundatiſſimus, Hiſtoricus promtiſſimus, Medicus experientiſſimus, feliciſſimus & alter Æſculapius, indefeſſo labori, An. 1714. ſuccumbere cœpit, magìsque ac magìs deficiens, An. 1716.

10.

S. 260. .cr. 5 3.

10. Sept. ex apoplexiâ placide in Domino occubuit. Fuit ſucceſſivè Maritus trium vxorum ex familiis non plebeis oriundarum. Cum prima, *Zöldiana* 7. cum altera *Szeghalmiana* 5. annorum brevia gaudia egit. Cum *Juditha Nyírö*, quam Viduam reliquit, longiori uſus. Ex hac fuit Pater: 1.) *Barbaræ*, Conſortis Rev. ac Clar. *Stephani Veſzprémi*. 2.) *Annæ* demortuæ. 3.) *Franciſci*, cujus meminimus, & qui An. 1714. defendit *Halæ Magd.* Diſſertationem de *Therapia Morborum Morali*. 4.) *Chriſtinæ*, Conjugis, Rev. ac Cl. *Petri Nadudvari* (*n.* 42.) Eccleſiæ Saxopolitanæ Plebani & Venerandi Capituli ibidem Decani. 5.) *Emerici*, poſt curriculum Academicum Hollandicum & Tigurinum, facti Profeſſoris Enyedenſis. 6.) *Andreæ*, qui poſtmodùm, An. 1732. 15. Oct. in Academia Viadrina, Diſſertationem Inauguralem Medicam, *De Vero & Neceſſario Medicorum Arcano*, defendit. 7. 8. 9.) Trium Filiarum demortuarum.

45. JOANNES Kováts PELSÖTZI, patre Stephano Kováts in Hungaria An. 1672. natus, Rima-Szombatini ab An. 1681. ad An. 1686; & poſt Debrecini, Litteris operam navavit, usque An. 1691, quo in Gymnaſium Alba-Julianum Transſilvaniæ veniens, talia diligentiæ & virtutum dedit ſpecimina, vt tribus anni quadrantibus, juſſu Profeſſorum, in Aula Principis Michaëlis II. Apafi, Capellani perſonam egregiè ſuſtinuerit, & ad Paſtoratum Ebesfalvenſem (ubi caſtrum erat, & hodieque ſuperat, Apafianum) vocaretur, diſsvadentibus Profeſſòribus, ſibi minus acceptum. An. 1697, ſumptum itineris in ducentis & aliquot aureis ſuppeditante Ill. Samuele Kereſztesio, in

cujus

§.280. .ads.s.

cujus aula, Profeſſorum voluntate, functus antea fuerat, inviſendis exterarum Academiis ſe adcinxit, venitque primùm Francofortum ad Viadrum, deinde Trajectum Rheni, ubi diſſeruit: *De mirabili Ananiæ & Sapphiræ morte*; Lugduni tandem Batavorum: *De Votivo Pauli anathemate, ad Rom. 10. ℣. 3. An.* 1699. Reliquit *Itinerarium* quoque *Manuſcriptum*, quo plurima memorabilia ſibi viſa complexus eſt, docente Cl. Bodio in Libro: *Szent Polikárpus*; *p.* 193-195. Reverſus in patriam, Patrono ſuo, ill. Samueli Kereſzteſio, anno uno & ferme dimidio fuit à Sacris, unde An. 1702, 29. Mart. in Eccleſiam Szent-Mihályfalvenſem, hinc 1704, 21. Mart. in Magyar-Igenenſem ductus. Factus eſt tandem An. 1717. Senior Eccleſiarum Vener. Diœceſeos Alba-Carolinenſis, An. 1740. Notarius Eccleſiarum Transſilvanicarum Generalis, An. 1748, 27. Nov. Superintendens, ubique Dexterrimus. Mortuus A. 1749. 18. Jan. ætatis ſuæ A. 77. *Conf.* §. 233. *n.* 3.

46. JOAN. SIMON, *Nobilis de Bibartzfalva*, Incl. Comitatuum Albenſis & Húnyadenſis Juratus Adſeſſor; & Cauſidicus ſeu Procurator ad Tabulam Regiam Judiciariam famigeratiſſimus, cumulatâ eruditione ornatiſſimus; cujus ingenium & eruditionem teſtantur Opera Variarum Commiſſionum, quarum pars præcipua fuit; & cumprimis *Codex Thereſianus*, non quidem luci publicæ adhuc expoſitus, ſed Eruditis in Ordine Politico Viris ſic ſatis notus; quem ſociatus *Simonii* labor concinnavit. An. 1764, ſi probè memini, finivit.

47. JOSEPHUS SÓFALVI, à Muſis Transſilvano-Claudiopolitanis ad Hollandicas peregrinatus, poſt-

§. 260. ...

quam inde profectu clarissimo rediit; Illustr. Supremo in Magno Principatu Transsilvaniæ Reformatorum Consistorio à Sacris fungi cepit. Hungarica Civitate donavit Cl. Schulzeri Opus elegantissimum, quod germanicè innotuit, sub titulo: Die Schönheit der Natur. Sub prelo est Claudiopoli.

48. FRANC. SOOS, Antistes Claudiopolitanus & Superintendens. *Vid.* §. 233. *n.* 3.

49. MICHAEL P. SZATHMÁRI, Theol. Professor Agropolitanus. *Vid.* 260. *n.* 4.

50. SIG. P. SZATHMÁRI, Ecclesiastes Claudiop & Superintendens, (§. 233. *n.* 3.) Filius *Joannis P. Szathmári*, quem equidem in ordine Eruditorum Scriptorum commemorare §pho 275to nobis excidit, sed §. 261. *n.* 3. laudavimus, Scriptaque ejus (præter *Uj Esztendö Ajándéka.* 1699. 8.) recensuimus. Sigismundus verò noster, *Chrysostomus Transsilvanus* vocitatus, Præco Verbi Divini Disertissimus, & inter Doctissimos Eruditissimus, totidem Volumina usibus vel Eruditorum reliquisse nobis videtur, quoties editos ejus in lucem Sermones Sacros revolvimus, quos tam alias, quàm, & cumprimis, in funeribus Optimatum compluriu m præclarissimè eloquutus est. Tales sunt ex: Psal. 100: 4. quo An. 1735. 13. Febr. in Antistitem Claudiopolitanum inauguratus est; 1. Mos. 5: 24. 5. Mos. 34: 5, 6. Job. 9: 25, 56. Hebr. 11: 24, 25, 26. Apoc. 3: 7, 17. Psal. 73: 25, 26. Atque plures. Noster insuper Concionatori *Nádudvario* & vitam & decorem dedit. (*n.* 42.) Noster, haud dissimiliter, Conciones Funebres Kamarasianas, recensuit, easque politulas edidit. *Vid. n.* 28. *Conf.* §. 259. *n.* 2. ×

×. vid p. 617.

51.

5.260

51. ADAMUS SZÉKELY *de Boros-Jenö*, Comes Illuſtriſſimus, Sacr. Cæſ. Régiæ ac Apoſtolicæ Majeſtatis Camerarius, Piarum Fundationum in Transſilvania Eccleſiarum ac Collegiorum Helveticæ Confeſſioni addictorum Curator Duum-Viralis Vigilantiſſimus, & Litterata Peregrinatione, quam Scientiarum & Experientiæ cauſâ ſuſcepit; & per plures annos in Germania, Belgio, Anglia, Gallia & Italia, continuavit ac perfecit, Clariſſimus; Tractatum *Joannis Lockii de Educatione Prolium*, è Gallico in Hungaricum convertit & edidit, Claudiopoli 1771. 8. Sic ſanè, ſi quid videam, eruditus ac Magnif. Comes, improlis ſecùs ac innubus, multorum Parentum bonorum oculos ad educationem puerorum aperuit; adeòque Moralem ſe Genitorem complurium adoleſcentium docuit. Genealogiam Ill. Comitis ſi quæras: Habuit *Genitorem* ADAMUM quondàm Comitem Székely, Genitricem Catharinam de Kis Réde. *Avum* LADISLAUM Com. Székely, Aviam Saram Bulceſt. Ladislaus fuit primùm Michaëlis I. Apafi Legatus ad Portam Ottomanicam frequenter miſſus; deinde Cubicularius Intimus ac Curſorum Aulicorum Magiſter Supremus; tum Conſiliarius Intimus ac Præſidens, ſimulque Incliti Comitatûs Kolos Comes ac Civitatis Claudiopolitanæ Capitaneus, utrobique Supremus. Poſt deceſſum Principis Apafii Senioris, à Divo Imperatore Leopoldo in iisdem dignitatibus confirmatus. A Glorioſo Cæſare Carolo VI. de prudentia & fidelitate laudatus, ac Titulo *Comitis* per omnes Lineas utriusque Sexûs deſcendentes, hæreditario jure condecoratus. *Proavum* Spect. ac Generóſum JOANNEM *Székely*

de Boros-Jenö, ex Comitatu Zárand Incliti Regni Hungariæ oriundum, & dominum hæreditarium in pagis: Szamos-Közi, Bán-Hodos, Kelmigy, Tivadarſalva, K. Csernel, Rekettyefalva, Tolmáts, Szénás, *cet.* Vid. Dedicat. *Jurisprud. Hung. Tranſ. Andr. Huſzti.* p. 617.

52. FRANC. SZENT-PÁLI, Judex Regius Viz-Aknenſis, ex Inclita antiquaque Proſapia SZENT-PÁLIANA *de Homoród-Szent-Pál*, quæ hæreditario jure, Judicatum Regium, in Oppido Vizakna tenet, oriundus; manu in ſcribendo elegantiſſimâ, venâ in Poëſi, Hungaricâ cumprimis, alacri polluit. Complexus eſt metris Hungaricis Decretum Tripartitum, & emiſit inſcriptum: *Verbötzi Iſtván Törvény Könyvének Compendiuma.* Kolosv. 1701. 8. Varia, præterea, ejus Carmina fuêrunt manu exarata, quorum famoſium illud eſt, quod in *Joannem Zabanium*, dum is obtrunearetur, cecinit, (§. 264. *n.* 2.) ſic orſus: *Kriva Havaſſának keſerü gombája* &c.

53. SAM. SZILÁGYI, Liber Baro, Filius *Petri Szilágyi*, Profeſſoris Enyedenſis (§. 258. *n.* 5.) Doctiſſimi; cujus Librum Memorialem, inſcriptis multorum Magnorumque Virorum Eruditorum, Exterorum ac Patriorum, nominibus eximium, poſſidemus. Samuel noſter, e Collegio Enyedenſi, ubi Litteris ſolidè excultus fuerat, Francofurtum ad Viadrum ſalutavit, & transactis ibidem aliquot annis, Scientiarum dives Viennam Auſtriæ rediit. Iſtìc, per plures annos, Juratum ad Auguſtiſſimam Aulam *Agentem* ſe præſtans, Gratiam Cæſareo Regiam adeptus eſt: Titulo enim Liberi Baronis ornatus, & Incl. Tabulæ Regiæ in Tranſſilvania Judiciariæ Actualis Adſeſſor

renun-

§.260 ...

renunciatus eſt. Et functus eo munere judicioſiſſimè, ad An. 1771, qui illi ultimus fuit. Vir Solidiſſimus, dum Viennæ adhuc ageret, edidit flores Chriſtianos è Scriptis Senecæ decerptos, ſub titulo: *Kereſztyén Seneka.* Bétsben 1740. 8. Monetas, quibus Res Hungaricæ & Transſilvanicæ illuſtrantur, habuit rariſſimas. Suppellectilem Librariam, quam poſſedit ſelectiſſimam, Collegio Agropolitano legavit. Idem fecit etiam Illuſtr. ac Magnif. Dominus ADAMVS *Comes* SZÉKELY de Boros-Jenö. (*n.* 51.) Sic igitur Bibliothecam Agropolitanam dixerim eleganter ſatis inſtructam; vtpote quæ & ſingulari munificentiâ Excellentiſſimi Domini Tabulæ Præſidis (§. 191. *n.* 5.) quotannis augetur.

54. STEPH. GY. SZIGETI, Profeſſor Theol. Enyedenſis & Superintendens, (§. 233. *n.* 2. & §. 258. *n.* 5.) ortum duxit Nobili è Stirpe, An. 1678. 2. Mart. Patre editus Clar. *Georgio Gy. Szigeti*, Stephani Filio, Nicolai Nepote, Viro Doctiſſimo, variarum in Hungaria Eccleſiarum, demum *Szigetenſis* per decennium Paſtore Primario, ſimulque Seniore Ven. Fratrum; Matre *Sara Nánáſi*, Stephani Nánáſi Eccleſiaſtæ Nagy-Bányenſis Venerandi Filiâ. In Gymnaſio *Szathmârenſi* & Collegio *Nagy-Enyedenſi* curriculum ſtudiorum inſtitit. Poſt triſtem & nunquam ſatis elugendam Collegii deſolationem, quæ in An. 1704. incidit (*n.* 44. & §. 258. *n.* 5.) dum ipſe cædi mirabiliter ereptus, aſylum Nagy-Bányæ quærit, continuò florentis inibi *Scholæ* Regimini admovetur; eamque ſpartam magnò cunctorum adplauſu ornavit. Exacto ibidem anno, Academiam Viadrinam ſe contulit; poſt Academias: Gronin-

§.260.

genſem, Trajectinam, Leidenſem & Franequeranam frequentavit, & Franequeræ Diſſertationem Theologico-Philoſophicam, *De Operationibus Spirituum* defendit, in Actis Eruditorum Lipſienſibus recenſitam. In Patriam redux, Rectorem primum Scholæ N. Bányenſis, poſt Paſtorem *Szinér-Váralyenſem*, *Szathmár-Németenſem* & *Nagy-Bányenſem* egit; hinc in Profeſſorem Enyedenſem deductus An 1713, Cathedram Theologicam, magno Reipublicæ Literariæ & Eccleſiæ emolumento, integris 24. annis præclarè ſuſtinuit. Nec modò Theologiam, ſed etiam alias Scientias, Vir diffuſiſſimæ Eruditionis, lætis incrementis propagavit. Rem Literariam à barbarie, Mores à corruptione, Diſciplinam à neglectu, Collegii ſtructuram à ruinis vindicavit. Ingenium ejus Cœleſte ornabat ſolida Doctrina, Pietas in Deum ſincera. Ornabant eum, Judicium, Conſilium & Prudentia in formanda ac regenda Juventute. Gravitas & Decentia Morum, Moderatio ſumma. Erat Theologus eximius, Philoſophus & Geometra inſignis, Doctor in Cathedra didacticus, in Suggeſtu Sacro efficax & mirè potens. Lingvarum Hebrææ & Græcæ callentiſſimus; Germanicæ etiam non ignarus. Latinus terſiſſimus ac ſublimis. Orator diſertiſſimus. An. 1737, conſtituitur Superintendens, ſed mox hanc Honoris novi acceſſionem, ſors excipit triſtior: nam An. 1738. 29. Mart. in captivitatem adſeritur à manu militari, cum Profeſſore Theol. Enyedenſi Cl. *Sig. N. Borosnyai*, & Proceribus Helv. Conf. addictis: *Samuele* Comite de *Bethlen*, *Joanne* Lib. B. *Lázár*, *Michaële Tóldalagi*, *Sigismundo Torotzkai*, *Franciſco Rhédei* & *Ladislao*

Rhedei,

S. 260. ...

Rhedei, Heroibus Illustrissimis. Conspirationis enim in Augustissimam Aulam Imperatoriam fuerant adcusati. At postquam eorum innocentiam Augustissima Majestas perspexit benignè, & ne color quidem criminis in his fuit repertus; anno sequente innocentes declarati Literis undique Patentibus, & salvi dimissi sunt. Denique Magnus Antistes An. 1740. 1. Jul. ætat. 62. vitam cum placida morte, ex hemiplexia, commutavit. Quæsitus ab Amicis, cur non Libros publici faceret juris: respondit, malle se vivos Tomos, i. e. Eruditos Discipulos, ac chartaceos, emittere. Quod ad rem domesticam: Ex Nobili *Elisabetha Gálfi*, Senatoris Nagy-Bányensis Filia, cum qua 23. annos suavissimè convixit, sex sibi superstites reliquerat Liberos. Tres Masculos: *Stephanum*, *Josephum* & *Samuelem*. (hunc quidem Virum Rev. ac Clar. nunc Pastorem Primarium Saxopolitanum) Tres itidem Feminas: *Mariam*, commod. Rev. ac Clar. Viri *Joannis Lukáts Borosnyai* Consortem, (*Vid. n.* 9.) *Elizabetam* & *Susannam* in capillis nubiles. Ex alterâ, *Clara Enyedi*, quam secundis nuptiis duxerat, nullos hæredes reliquisse memoratur. Vide plura de Nostro in Monumento Funebri, quod inscribitur: *Piissimi Manes* &c. vid. p. 617.

55. JOSEPHVS TELEKI, Illustrissimus ac Magnificus Dominus Sacri Romani Imp. Comes de Szék, Filius Excell. Dom. S. R. I. Comitis *Ladislai Teleki* de Szék Consiliarii &c. (*Vid.* §. 275. *n.* 68. *c.*) Incl. Tab. Regiæ Judiciariæ Adsessor Actualis, & Illustris Collegii Agropolitani Curator Supremus &c. nostro encomio longè major. Cujus dum Eruditionem altissimam,

Litterati Orbis Príncipes, in Academiis & Vniverſitatibus, *Baſileenſi*, *Trajectina*, *Leidenſi* & *Pariſina*, quas, inita An. 1759. peregrinatione doctificâ, perluſtravit, loquantur; Tribunal Daciæ teſtetur; & ipſamet Comitis Magnifici Curia, Collegii Litterarii æmula, veluti in ſpeculo exprimat: nobis ſilendi otium faciunt. Libellus, quem Lingvâ Gallicâ, Sibi familiari, Doctiſſimus Comes concinnavit, inſcribitur: *Eſſai ſur la foibleſſe des Eſprits-Fors.* vid. p. 618.

56. SAM. TELEKI *de Szék*, S. Rom. Imp. Comes Illuſtriſſimus, Magni *Alexandri* S. R. I. Comitis *Teleki de Szék* Natus (§. 275. *n.* 68. *c.*) S. C. R. & Ap. Majeſtatis Camerarius, & Incl. Comitatûs de Küküllo Supremus Comes, in Eruditione locupletiſſima, & itineribus Academicis, laudati proximè S. R. I. Comitis D. *Joſephi Teleki*, conſors individuus; Scripta *Jani Pannonii*, Præſulis olim Quinque-Eccleſienſis, ſedulò digerit, omniaque, in hoc quæ facere poſſunt argumentum, ex Viennenſi, Hollandicis & Gallicis Italicisque Bibliothecis celebratiſſimis, conquiſivit per quàm diligentiſſimè. Sperandum proinde, vt noſtra ætate, tantus Poëta reviviſcat, ſurgatque habitu comtiore. De Bibliotheca inſtructiſſima Ill. Comitis aliàs. vid. p. 618.

57. ADAMUS TELEKI, S. R. I. Comitis *Adami*, Camerarii, Conſiliarii, & Generalis Campi Vigiliarum Præfecti Filius (§. 275. *n.* 68. *c.*) & S. R. I. Comitis Pauli (§. 259. *n.* 1.) curſu Academico Celeberrimi Nepos, nuper Incliti Diſtrictûs Kövárenſis Supr. Capitaneus, nunc Incl. Comitatûs Dobocenſis Comes Supremus, & S. C. R. Ap. Majeſtatis Camerarius, iisdem Experientiis

Aca-

Academicis, quibus Ill. S. R. I. Comites *Josephus* & *Samuel* (*n. 55, & 56.*) Clarissimus; Comœdie Gallicæ *Petri Corneille*, Metaphrasta Hungaro-Metricus. Titulum Libri fecit. CZID. *Szomoru Játék.* Kolosváratt, 1773. 8. plag. 6½.

58. SAMVEL TORDAI, filius *Georgii*, Parochi Nagy-Faluensis in Comitatu Krasznensi, ex Susanna Cserépi, natus in Nagy-Falu An. 1731, 12. Augusti, præter Collegium Claudiopolitanum, adiit Academias, Bernensem Helvetiorum, Trajectinam Hollandorum, è quibus redux, Pastor Ecclesiæ Kendi-Lonensis in Comitatu Doboka A. 1762, & Notarius Vener. Tractûs Désensis An. 1772, constitutus est: quibus muneribus fungitur fidelissimè. Vir industrius, è germanica in Hungaricam convertit lingvam, sequentia Opera: 1.) *A' Meg-térés halogatásának veszedelmes vóltáról való Elmélkedések.* Claudiopoli 1767. 8. E Tomo I. Sacr. Sermonum *Cl. Jacobi Saurin*, Ecclesiastæ Gallici Hagensis. 2.) *A' Svecziai Grofné*, i. e. *Svetica Comitissa*, Claudiop. in 8. Ex Opere Cl. *Christiani Furchte-gott* Gellert. 3.) *Historiolam Universalem*, ex Opere quodam Berlinensi, inscripto: Kinder-Lehr. Nec alia erudita ejus molimina desunt.

59. STEPH. TÖKE *Maros Vásárhelyi*, Professor Enyedensis (§. 258. *n.* 5.) recitavit Orationem Inauguralem A. 1725. 7. Dec. *in Laudem Philosophiæ.* Edidit (quas & publicè prælegit) *Institutiones Philosophiæ Naturalis DogmaticoExperimentalis.* Cibinii, 1746. 8. Non desunt alia quoque ejus Opuscula; Scripta inprimis in Philosophiam. Genitor Nostri, itidem Stephanus Töke, quem Professorem Areapolitanum commemoravimus, §. 261. *n.* 3. duas edidit Disputationes Theologi-

cas; Vnam *De Signis præambulis Regni Christi Gloriosi.* Alteram, *De Regno Christi Glorioso.* Franequeræ 1692. vid. p. 618.

60. FRANC. TVRKOVITS TSEPREGI, Filius Michaëlis, Professor Claudiopolitanus, Auctor Celebris Dissertationis, quæ inscribitur: *Dissertatio Philologico Theologica de Authentia Selectiorum Chetibim.* Edit. Franequeræ 1725. 4. Reperitur hæc Dissertatio, etiam in *Thesauro novo Theologico-Philologico Hassæi & Ikenii*, Part. I. p. 68 - 84. (*Vid.* §. 259. *n.* 2. & §. 275. *n.* 73.) Erat Vir doctissimâ quidem, sed quæsitâ Latinitate; unde ejus Orationes Funebres, quas vidit, *Runckenius* parvi pendit, licet Viri eruditionem fassus fuerit multigenam. Magnifico Comiti *Joanni Lázár*, Lipsius Hungarus audiebat. Viri amplissimæ eruditionis, superant in typis aliquot Orationes exsequiales prolixæ, quibus Justa persolvit: Ill. GEORGIO *Comiti* BÁNFFI *de Losontz* Camerario Aulico & Comiti Supremo Dobocensi, 1735. Illustrissimo S. R. I. Comiti PAVLO TELEKI de Szék, Illustris Collegii Claudiopolitani Curatori Supremo, 1731. Illustrissimo SAMVELI *Lib. B.* KEMÉNY Comiti Supremo Dobocensi, & Collegii Enyedensis Curatori, 1744. Illustrissimo Lib. B. GEORGIO VITÉZ *de Magyar Bikal* 1733. Et aliis Daciæ Columinibus. Sunt hæ totidem Dissertationes variarum Doctrinarum plenæ, simulque Tabulæ Genealogicæ. vid. p. 619

61. GABRIEL WASS Siculus de Albis in Sede Kézdi, Venerabilis *Communitatis* Ecclesiasticæ Sedium Siculicalium Sepsi, Kézdi, Orbai, Miklósvár & Bardotz *Præses* canâ senectute, & Ecclesiastes Márkusfalvensis, aliarum antehac Ecclesia-

rum

.$.ebo.

rum celebrium, Dálnokensis, videlicet, Kézdi-Vásárhelyensis & Bere-Keresztúrensis Pastor Dexterrimus; Francofurti cis Viadrum, ubi, post cursum Scholasticum Enyedensem, Scientiis operam navabat, elucubravit, publici juris fecit, & Moderatore conflictûs academici Celeb. *Paulo Ern. Jablonski* defendit, erud. Dissertationem, *De non confundendis Fossione Aurium Divinitùs facta, cum Perforatione Auris Herili.* Francof. 1727, 4to,

62. GEORG. VERESTÓI, Professor Claudiopolitanus ac Superintendens, (§. 233. *n.* 2. §. 259. *n.* 2.) cujus originem sic accipe: Erat in agro Hungariæ, Lacui Balaton adjacente, *Stephanus Verestói* (Nostri Proavus) de Tser, in Oppido *Veres-tó* Bonis Nobilitaribus locupletatus, Genitor *Pauli* V. D. Ministri in Ecclesiis *Veres-Tó, Csaszár & Farkasd.* Suscepit Paulus ex Conjuge Nob. *Elizabetha Török, Samuelem, Stephanum & Joannem* (Hujus Nepos Rev. ac Clar. *Georg. Verestói* in Oppido Egerbegy Gregem Domini pascit) Filios. Horum natu maximus *Samuel*, studiis Albæ-Juliæ absolutis, in Ecclesia *Szent-Erfébetensi*, mox aliis, & novissimè *Bonyhæ* Sacro operatus Ministerio, simulque Ven. Diœceseos de Küküllö muneri Notariali, ex Consorte thalami *Elizabetha Móses*, inter Decem Liberos, sexto partu suscepit, Bonyhæ, An. 1698. 25. Jun. *Georgium* Nostrum. Qui in umbraculo Scholæ Bonyhensis & Gymnasii Agropolitani, in primo ætatis flore, Studiis Humanitatis se addixit, insigni quidem cum profectu. Venit inde Claudiopolim, ubi An. 1716. in Civium Togatorum Tabulas relatus fuit, ac An. 1718. Classi Rhetorices præfectus. Vbi Magistrorum suorum, Diligentiam exhausisset, An.

1721,

1721, ope Evergetæ ſui, beat. memor. Ill. ac Magnifici D. WOLFFGANGI *Lib. B.* BÁNFFI *de Loſontz*, Academias Belgicas ſalutavit, & Franequeræ, velut hoſpitio Contribulibus noſtris familiari, ſtudiis ſe mancipavit. Sub Magnis igitur Scientiarum Præſidibus, dies noctesque Sapientiæ operatus, Materiam Nobiliſſimam, nec ab aliis tactam, vt ſummo cum judicio ſelegit, ita quoque pertractavit, nihil vt aliorum induſtriæ reliquum feciſſe videatur. Hoc, quod dico eſt Ejus *Diſſertatio Theologico-Philologica de Palma Ardente*, in Exod. 3: 2. Poſt hæc, perluſtratis majoribus Belgii Federati Vrbibus & Academiis, patrios reviſit Lares, primùmque in Aula Magnifici D. *Wolffgangi* L. B. *Bánffi*, mox in Eccleſia Bontzhídenſi Sacra procuravit, anno verò 1728, Philoſophiæ & Matheſeos Profeſſor in Lyceo Claudiopolitano renuntiari cummaximè meruit. Poſt vigilatas annis 30, & ad lucem perductas in Philoſophia & Matheſi noctes, An. 1758, in divinius deductus eſt munus Theologiam tradendi. An. 1760. 15. Jun. in Synodo Generali Magyar-Igenini celebrata, Superintendens renuntiatus, mox An. 1764. 1. Jul. Procerum indultu, ſponte ſua, Profeſſoratu abiit. An. 1765. 6. Mart. 3. inter & 4tam mat. rebus humanis intereſſe deſiit. Magnum eum fuiſſe Virum Dei, dixiſſe ſufficiat. *Conf.* §. 233. *n.* 2. Ex vitæ Socia abſolutiſſimi decoris & morum, *Suſanna Intze*, Filia Rev. ac *Cl. Matthæi Intze Batzoni* (§. 280. *n.* 5.) ſuſceperat quinque genialis ſui thalami Pignora: 1.) *Elizabetham*. 2. *Georgium* 4. *Samuelem* (*Vid. l. c.*) 4. *Suſannam*, & 5. *Stephanum*. Vide plura de tanto Myſta in Carmine Exſequiali, quod ſub titulo:

Phæ-

Phœnix in Palmis nidulans, prodiit Claudiopoli, 1765. 4. De Actionibus Funebribus Nostri variis siluimus. vid. p. 619.

63. GABRIEL ZÁGONI Transsilvano-Hungarus, cum aliis multis, tum præcipuè Theologicis præceptis Vir eruditus, *Dissertationem ad Ill. Vaticinium Psal. II. vs 6, de Rege Salutis in Sionem Vncto*, in Academia Trajectina, sub Præsidio Celeb. *Hieron. Sim. van Alphen*, publicæ disquisitioni Subjecit, & in lucem dedit *Traj. ad Rhenum* 1726, 4to. Reducem, Ecclesia Oppidana Udvarhelyensis Pastorem facundissimum amavit; sed annus 1741mus, quo Diœceseos Udvarhelyensis Senior creatus erat, rebus humanis exemit. Filius, Sp. D. GABRIEL itidem ZÁGONI Med. Dr. artis suæ & variarum Disciplinarum, calculo omnium, scientissimus, quem merito etiam commendat pererudita Dissertatio, quam edidit: *De inventis hujus Sæculi in arte salutari novis*. Trajecti ad Rhenum, A. 1764. 4. Aulam Ill. Dom. Comitis SIGISMVNDI TOROTZKAI *de Torotzkó-Szent-György*, S. C. R. & Ap. Majestatis Camerarii, nunc ornat.

64. GEORGIVS *Aranka* ZÁGONI, Superintendens, (§. 233. *n.* 21.) curriculo Scholastico in Collegio Enyedensi absoluto, diversas exterarum Gentium Academias felici profectu invisit. Patriæ redditus, Cathedram Pastorolem exornavit in Oppido populoso *Szék*. Hinc Agropolim, summis Civium votis expetitus, ad implendum, omnibus sui muneris partibus, Ecclesiæ Civilis Auditorium frequentissimum traductus est. Sed elapsis nescio quot annis, dum amorem & desiderium relictæ Ecclesiæ Székensis suo ex animo excutere non potest, in eandem remigrat. An. 1760. Generalis

Nota-

§. 260.

Notarius, & mox An. 1765. Superintendens creatur; dumque hanc Personam, pro dignitate tanti muneris, aptè & pulcrè sustinet, An. 1767. terram Cœlo commutat. Eruditissimi Antistitis *Metaphrases Drelincourtianas* (Conf. §. 233. n. 2.) edidit posthumas, An. 1768. 8. Auctoris Filius natu maximus D. *Georgius Aranka de Zágon*, Protocollista Tabularis (§. 191. n. 5.) suo & Fratrum D. *Danielis* itidem Protocollistæ, & *Francisci Arankarum* nominibus, Magnificis quibusdam Heroinis dedicatas.

65. PETRVS ZALÁNYI, absolutis in Collegio Nagy-Enyedensi Scholasticis studiis, Ephorum se præstitit Ill. Comiti D. JOANNI LÁZÁR, Lib. Baroni de Gyalakúta, Nato Excell. Dom. Joannis Lázár, Consiliarii, Præsidentis, &c. cum Dignitatum titulis alibi memorati. Lugduni Batavorum tandem altioribus se Scientiis imbuit. Patriam repetens, Ecclesiæ Oppidanæ Fel-Vintzensis in Sede Siculicali Arannyas Pastor factus est, eamdemque hodie Parochiam tenet. Librum, qui inscribitur: *Belisarius*; ex gallico in hungaricum transtulit, & Claudiopoli excusum publici juris fecit.

66. CATHARINA *Comitissa* BETHLEN, Magnifici quondàm *Samuelis Bethlen* Filia, (§. 275. n. 9. b. BB.) Comitis *Ladislai Haller* primò, secundis verò nuptiis Sacri R. I. Comitis *Josephi Teleki* Consors, eruditæ laudis decore condigna. Hæc enim Herois, conquisitis undique ex Hungaria & Transsilvania Libris idiomate Hungarico exaratis, *Bibliothecam* erexit *Hungaricam*, cui vix unquam par in Transsilvania exstiterit; eamque continuis lectionibus volutam & contra tineas defensam,

in

S. 260.

in vivis adhuc agens Collegio Enyedensi donavit ac tradidit; ubi in peculiarem domunculam reposita conservatur. Imitatrices in Bonorum Librorum Hungaricorum adquisitione, si quas alias, habet certè hodiè Magnas Heroinas: Illustr. Dominam RACHELEM KENDEFFI *de Malomviz*, Conjugem Dilectissimam nuper admodùm D. MICHAELIS S.R.I. *Comitis* TELEKI; (IV[ti] §. 275. *n.* 68. *d.*) nunc verò Ill. Dom. GREGORII *Comitis de* BETHLEN Vice-Colonelli &c. (§. 275. *n.* 9. *b. BB.*) Vitæ Sociam, Quæ meis quoque obsequiis in emtionibus Auctorum usa est. Et Ill. Dominam JVLIANAM *Lib. Baronissam* NEMES *de Hidvég*, Relictam Illustrissimi quondàm SIGISMVNDI L. B. KORDA *de Borós-Jenö*, quæ Librariam Suam supellectilem Bibliothecæ Gymnasii Areapolitani usibus pio jam zelo destinavit. Hanc verò Heroidem commendat insuper de meliori beneficium, quod binis Ministrorum Verbi Divini pupillis in Gymnasio Areapolitano studiis continuè vacaturis erexit intertenendis; ad imitationem Illust. p. m. Comitis EMERICI *de* BETHLEN (§. 275. *n.* 9. *g. AA.*) aliquot Orphanis Nobilium similia Beneficia fundantis. Commendat denique munificentia, qua ferebatur in Studiosos discendæ Lingvæ Germanicæ Schæsburgi vacantes, quibus victum aliaque media promtè suppeditavit: beneficiarius ibidem ego ipse quoque An. 1764, sanctissimè testor. Sed revertamur ad Illustr. Comitissam *Catharinam Bethlen*. Hæc à teneris sciendi cupida, toto vitæ curriculo, maximè verò post An. 1732, quo secundò viduata est, Librorum lectioni incubuit. Volvit Theologos, Moralistas, Historicos aliosque quàm diligen-

3. 280. ...

ligentiſſimè. Præterea, nativâ quadam inclinatione in rem medicam propenſa, auſpiciis *Samuelis Köleſérii*, *Martini Simoni* & *Mart. Borosnyai*, Celeberr. Medicinæ Doctorum, plurimum in ea profecit, ægrosque complurimos cum egeſtate confligentes medicaminibus, ſimulque piis offis, curavit, ex omni latè vicinia ad ſe adfluentes. Herbarum medicatarum vires & uſus perſpicuos ſibi fecerat, Hortulumque ſiccum, quod in Collegio Enyedenſi adſervatur, conſtruxerat. Aulam ſuam ad inſtar Monaſterii Virginum Deo dicatarum tenuit. Vitam, quam vixit exemplarem, An. 1759. in his terris abſolvit, annum ætatis agens 59num. Bona Malaque Vitæ ſuæ deſcripſit, & edidit, ſub titulo: 1.) *Gróf Bethleni Bethlen Kata Életének maga által való rövid Leiráſa.* 2.) *Védelmezö erös Pais, melyel a' Kisérteteknek tüzes nyilai ellen óltalmazhatja magát a' Kereſztyén ember.* 8. Confer, quæ de Noſtra habet, Celeb. D. *Veſzprémi* in *Biographia Medicorum.*

67. POLIXENA DANIEL, *Lib. Baroniſſa de Vargyas*, Nata Magnifici *Stephani Daniel* (*n.* 15.) & Conjux Illuſtriſſimi Lib. Baronis *Stephani Veſſelényi de Hadad*; altera quaſi *Maria Schurman*, Scientiarum cultrix rariſſima, in ipſo ætatis flore Lingvam Latinam, immò etiam Græcam, addidicit, Avamque *Catharinam Petrötzi* imitatura, (§. 275. *n.* 80.) Ethicen Celeb. *Benedicti Picteti*, Antiſtitis & Profeſſoris Genevenſis, è Latino in Hungaricum convertit, bellèque edidit, ſub titulo: *A' Kereſztyén Ethikának ſummás veleje.* Kolosv. 1752. 8. Reddidit etiam Hungaricè, at non edidit Genitoris ſui Venerandi *Monita Paterna.* Vid. *n.* 15.

aviam

68.

.3.260.

68. ESTHERA RÁDAI, ex Incluta ac in Regno Hungariæ florente Proſapiâ Radaianâ oriunda, Conjux, donec vixit, Exc. ac Magnifici Domini S. R. I. Comitis LADISLAI TELEKI *de Szék*, Statûs & Gubern. Conſiliarii, plenis Officiorum ac Honorum titulis ſalutati; Opera quidem à ſe concinnata (licet potuiſſet, ut non feliciùs in hoc Sexu apud nos ulla) non vulgavit: quieſcat tamen livor, dum huic loco nomen tantæ Heroinæ inferimus, quæ & exquiſitiſſimam ſupellectilem Librorum hungaricorum comparaverat, & fundum pium ad edendos Libros, hungarica lingvâ adornatos, concordi Illuſtriſſimi ſui Mariti voluntate, legavit.

69. ANNA WESSELÉNYI, Baroniſſa *de Hadad*, laudatæ Ill. Heroidis *Polixenæ de Daniel* gnata, Ill. Ludovico juniori Comiti de Bethlen in matrimonium nuperrimè collocata, maternæ induſtriæ hæres, nondum in manum viro convenerat, quum Manuductionem ad Religionem Chriſtianam *Fr. Joh. Stapferi* V. D. M. Diesbachenſis celeberrimi ex Germanico in Hungaricum vertit, & ſub titulo: *A' Keresztyén Vallásra való ut mutatás.* Claudiopoli, typis Collegii Reformati 1774. edi juſſit.

Nata eſt Virago lectiſſima ſummo, honoratiſſimoque Genere *Weſſelényiorum de Hadad*; cujus originem Baro *Lad. Mikola Hiſt. Geneal. pag.* 13, videtur repetere e Bohemiæ loco Veſſelinth dicto, ego, niſi luculentiore teſtimonio convincar, apud Hungaros potius nobiliſſimæ hujus Hungaricæ Stirpis quærenda fuiſſe incunabula, & longe facilius in Weſſelény, quod Hungaricum ſapit, quàm in peregrino illo vocabulo deprehendi ſive nativitatis, ſive incrementorum gloriam potuiſſe

§. 260. .003.

existimo. Denique magna in Hungaria, & Transsilvania fuisse nomina Wesselényios, præter Annales, publica etiam Acta testantur. Pace, & bello parta eorum decora recensere, longum esset, virtutem certe tam antiquissimus liberi Baronatus Honor, quam amplissima latifundia, quibus Regum, & Principum liberalitate cumulati fuerunt, satis loquuntur. Ex eorum numero est Castrum *Hadad*, unde & prædicantur, cum Oppidis ejusdem nominis, & *Sibo*, pluribusque appertinentibus integris Possessionibus, & portionibus, in Comitatu Szolnok Mediocri ad dominium illorum pro perpetua Hæreditate per defectum Familiæ *Jaksi de Kusaly* devolutum. Pro Insigni Gentilitio portat Illustrissima hæc Familia Delphinum in Diademate Regio constitutum.

Non possum hæc ita commemorare, ut non aliquos etiam nominem Inclytæ Gentis Heroës: Magnificus *Franciscus de Wesselény* Capitaneus Sirmensis & Meteliensis (cujus frater *Nicolaus* sub Joanne II. Regni Prætor erat,) Stephano Bathoreo Regni Poloniæ, & Transilvaniæ gubernacula tractante Thesaurarii dignitate, plæclarisque Toga, & Sago partis meritis enituit; duo illi fuere filii, *Stephanus*, & *Paulus*, ille sub Principe Gabriele Bathoreo Consiliarii actualis Intimi, & Comitatûs Szolnok mediocris supremi Comitis, hic Thesaurarii Honore præfulserunt; Stephano nati sunt *Franciscus*, & *Stephanus*. Franciscus hic sub Ferdinando III. militarem superioris Hungariæ Præfecturam Octennio summa fortitudine gessit, Arcem Muranyam, quum bellicis vincere machinis difficile esset, ingenio expugnavit, & Familiæ suæ unà cum municipiis jure perpetuo adquisivit,

titu-

3.260. .053.

titulo etiam Comitis condecoratus. Poſt multa præclarè geſta in Comitiis anni 1655. pari omnium Statuum, & Ordinum conſenſu, ac voto in Regni Palatinum eligi, & ſublimari meruit eo plane tempore, quo Hungari Sereniſſimum Principem Leopoldum futurum ſuum Regem feliciter coronarunt, per quem ſubinde, anno videlicet 1662. ob præclaram comparando, proſequendi belli Turcici nervo impenſam operam, coram frequentiſſima Regni Nobilitate, Aureo Vellere ornatus, inque peregrinam Nobiliſſimorum Equitum Gloriam translatus fuit, mortem tandem An. 1667. Teuto-Lipcsæ oppetiit. Frater ejus Stephanus e Conjuge Anna Lonyai, nepte Stephani Lonyai, & Catharinæ, Báthori ſuſcepit *Paulum*, virtute & dignitate militari ſub Principe Apafio I. illuſtrem; hic e Suſanna Béldi de Uzon genuit *Stephanum* ſub Carolo Sexto Imperatore, & Rege Hungariæ Statûs, & Gubernii Transſilvanici Conſiliarium actualem Intimum, Statuum Tranſilvaniæ & Tabulæ Regiæ Judiciariæ Præſidem, Comitatûsque Szolnok mediocris Comitem Supremum; duos ille e Catharina, Comitis Georgii Bánffi de Loſoncz Transſilvaniæ Gubernatoris, & Claræ Comitis de Bethlen filia reliquit filios *Franciſcum*, & *Stephanum*; Franciſcus An. 1705. 6. Septembris Cibinii natus, ab An. 1725. ad A. 1730. militiam coluit, An. 1734. in locum Patris vita functi Comitatûs Szolnok mediocris Supremus Comes renunciari, An. 1736. Camerarii Honore, quo jam ante 400. Annos Domus Weſſelényiana ſub Apoſtolicis Hungariæ Regibus inclaruerat, An. 1760. Statûs intimi Conſiliarii dignitate ornari meruit, ne vir ut opibus, & au-

S. 260.

ctoritate, ita probitate præpollens ad ampliores pervenire Gradus poſſet, mors interceſſit, & An. 1770. 25. Martii humanis exemit; è Conſorte ſua, Matrona præſtantiſſima Comite Suſanna Rhedei præter quinque morte præreptos, genuit tres illuſtres liberos, *Wolffgangum* Camerarium, & ejusdem, cui Pater præerat, Comitatûs Supremum Comitem, *Catharinam* Ill. Comiti Sigismundo Rhédei de Kis Rhéde, & *Mariam* Ill. Comiti Dominico Bethlen de Iktar nuptas.

Stephanus, qui & ipſe florem ætatis Marti conſecraverat, è præmemorata Ill. conjuge, Fœminarum, ſive ingenium, ſive prudentiam, ſive alias animi, corporisque dotes ad conſummatam magnæ fortisque mulieris laudem requiras, ſpectatiſſima Polixena Baroniſſa de Daniel, poſt ſe reliquit Majorum veſtigiis, inſiſtentem Martis alumnum *Nicolaum*, in Legione Equeſtri Hungarica Barcoana Equitum Magiſtrum, Virgini genere, moribus, & forma Illuſtri Helenæ Cserei de Nagy-Ajta, laudati Conſiliarii filiæ, hiſce diebus fœdere conjugali ſociatum, & quatuor ejus ſorores, non minus animo, quàm gratia, & decore vultus eximias, *Polixenam* Baroni Simoni Kemény de Magyar Gyerö Monoſtor, *Suſannam* Baroni Georgio Bánffi de Loſoncz, *Mariam* Adamo S. R. I. Comiti Teleki de Szék, Viris ſummo loco natis connubio junctas, & *Annam*, cujus mentio occaſionem fecerat inſtituendæ huic narrationi. +

70. *Ladislaus* Vak *Fejérvári*; quem dum memoro, Anglorum *Saunderſonis* memoria animum ſubit; menſes 4. natus, morbo variolarum oculos amiſit, ideoque Cæci (*Vak*) nomen nactus eſt. Cavam manum per omnem vitam, quam termina-

vit

+ vid. p. 620.

§. 280. 281.

vit non ita pridem, præbuit, Sacraque Biblia comitem individuum habuit, è quorum lectione obviorum ore facta, tam præſenti Locorum ſcientiâ imbutus erat, ut numerum Capitum & Commatum exactè noverit, & lectore, tentationis ergo, voculam ſaltem ubilibet omittente, actutùm correxerit. In Arithmeticis quoque mirâ pollebat promtitudine &c. Has, pluresque ingenii ejus vires, nubes teſtium prædicat, nosque à commenti ſuſpicione liberat.

§. CCLXXXI.

3. AVGVSTANAE CONFESSIONIS: Mich. Gottlieb *Agnethler*, Joan. *Albrichius*, Joan. *Artz*, Stephanus *Avner*, Paulus *Benckner*, Stephanus *Cloſius*, Martinus *Felmer*, Joannes *Filſtich*, Georgius Jeremias *Haner*, Andreas *Heltmannus*, Andreas *Guneſch*, Martinus *Kelpius*, Adamus *Molnár*, Georgius *Reiſzner*, Paulus *Roth*, Andreas *Scharſius*, Martinus *Schmeitzel*, Joannes *Seivert*, Joſephus *Szeli*, Joſephus *Teutſch*, Daniel *Wolff*.

1. MICH. GOTTLIEB AGNETHLER, Saxo-Transſilvanus, Cibinii natus eſt 1719. Studio liberalium Artium, in Germania Supremos in Philoſophica & Medica Facultate conſequutus honores, Helmſtadii Profeſſor Eloquentiæ, atque Antiquitatum conſtitutus eſt. Varia ejus ingenii Monumen-

numenta Cl. Horányi, in Opere, quod inscripsit: *Memoria Hungarorum scriptis editis notorum*, consignavit.

2. JOAN. ALBRICHIVS Coronensis, Med. Dr, & sub nomine *Chrysippi III.* Academiæ Naturæ Curiosorum Collegio 1740. membrum adscriptus, cui editis præclaris ingenii monumentis, novum decus adtulit, quæ juvat indicare: 1.) *De Hæmorrhagiis in genere Trajecti ad Rhenum* 1709. 4. 2.) *Observationes de Peste Barcensi, præsertim Coronæ An.* 1618 & 1719, *in Transsilvania grassante.* 3.) *Epistolæ ad Cl. Virum Schulzium.* vid p. 620.

3. JOAN. ARTZ Saxo Transsilvanus, vulgavit: *Dissertationem Physicam, de experimento ab Hugenio, pro caussa gravitatis explicanda, invento*; consensu Facultatis Philosophicæ, pro loco in eadem obtinendo.

4. STEPHANVS AVNER Mediensis, Med. Dr, Lipsiæ arti salutari operam dedit, dein Vittembergæ, ubi etiam summos ea in arte honores ac privilegia est consequutus. Huic adtribuitur: 1.) *Dissert. Inauguralis Medica de vulneribus, eorundemque symptomatis,* 1712. Vittembergæ 4. 2.) *Dissertatio Anatomica de Pulmone.* ibid. 1710. 4.

5. PAVL. BENKNER Coronensis, in patria ac Academiis exteris Scientias hausit, factusque fuit Theologiæ Candidatus: at Suggestui non natus, ivit ad Principem Valachiæ, cui fuit à manibus. Descripsit, idiomate Germanico, Historiam Principum Valachiæ. Opus ineditum.

6. STEPHANVS CLOSIVS Med. Dr. Saxo Coronensis, & patria in Vrbe Senator hodie Consultissimus, juris publici fecit *Dissertationem Inaugura-*

§. 261.

guralem Medicam de juvenum dispositione ad morbos pulmonum. Halæ, 1740. 4.

7. MARTINVS FELMER, Rector Gymnasii Cibiniensis, postmodùm Pastor Heltensis, & ad extremùm Cibiniensis; varia reliquit Opera manu exarata, quibus vix aliquid ad illustrandas Res Transsilvaniæ doctius scribi posset. Eorum mihi illud videre datum est, cui titulum præfixit: *Primæ Lineæ Historiæ Transsilvanicæ.* Item, hoc, quod inscribitur: **Anleitung zur nöthigen Kenntniß des Fürstenthums Siebenbürgen.** Scripta An. 1760.

8. JOANNES FILSTICH Coronensis, Gymnasii patrii Rector, edidit: *Schediasma Historicum de Valachorum Historia.* In Manuscripto verò alia quoque ejus Opera circumferuntur. (§. 264. *n.* 1.) Tale est: **Geographisch-Historische Anmerkungen von Siebenbürgen.** Item *Ecclesiastica Historia Transsilvaniæ.* vid. p. 623.

9. GEORG. JER. HANER, Filius *Georgii Haneri*, & Superintendens (§. 240. *n. 6.* & 276. *n.* 18.) emisit Opus exactissimum: **Das Königliche Siebenbürgen.** Erlangæ 1763. 4. Varia autem Doctissimi Antistitis numerantur Manuscripta, vti sunt: *Assertiones de Privilegio Saxonum Transsilvanorum Nationali, deque decimis eorundem Historico-Politicæ. Adversaria de Scriptoribus Rerum Hungaricarum & Transsilvanicarum Antiquioribus. Adversaria de Script. Rer. Hung. & Transs. Recentioribus.* Hæc, ordine chronologico disposita, teste *Felmero*, omnem superant commendationem. *Chartophylax Tom II.* Item **Der Siebenbürgische Fürst Gabriel Bathori aus unverwerflichen Urkunden und glaubwürdigen Nachrichten historisch beschrieben in 4^to^.**

vid. p. 624

10. ANDR. HELTMANNVS, Studioſus Gymnaſii Cibinienſis, & poſtmodùm Profeſſor Lingvæ Germanicæ Upſaliæ, publici juris fecit *Diſſertationem de Origine Septem Caſtrenſium Germanorum.* Upſaliæ, 1726.

11. ANDR. GVNESCHII, Paſtoris Kelnekenſis 1701, hinc Sabeſienſis & Decani Anteſilvani, Viri mihi ignoti, non ignotum exſtat Manuſcriptum, ſub titulo: Sachſen Treu in Siebenbürgen.

12. MARTINVS KELPIVS; quem magis adpoſitè forſan §. 276. commemoraſſemus; Paſtor Muſchnenſis, Patriâ verò Holdvilágenſis, dum in curſu fuit Academico, concinnavit: *Natales Saxonum Tranſylvaniæ.* Lipſiæ 1684. 4. plag. $2\frac{1}{2}$.

13. ADAMVS MÓLNÁR *de Kapos*, M. Dr, natus in vico Hungariæ *Jákfalva* ad fluvium Raba, in Comitatu Caſtriferrei An. 1713, d. 23. Dec. Fundamenta ſtudiorum poſuit in Gymnaſio Auguſtanæ Confeſſioni Addictorum Sopronienſi. Inde 1733. tranſiit ad Muſas Poſonienſes. Hinc 1738. Academiam Halenſem, An. 1740. Lycea majora Belgii Fœderati, petiit. An. 1744. Göttingam venit, indeque 1745to ad finem vergente Lipſiam adiit. Vnde 1747. Halam redux, ſub finem Auguſti, pro gradu Doctoris, ſub Præſidio Ill. & Exc. Viri, Andr. Eliæ Büchneri editam ſuam Diſſertationem celebrem, inauguralem, ſub titulo: *Diſquiſitio Cauſſarum Sterilitatis Hominum utriusque Sexus*, defendit. Sumtis ſummis in Medicina honoribus, ingruentè autumno, Claudiopolim Transſilvanorum advenit; ubi eodem anno à memorato D. Büchnero, Illuſtris Academiæ Imperialis Naturæ Curioſorum Præſide,

diplo-

§. 261. N. 13. 14.

Diploma, quo Inclytæ huic Societati adſcriptus eſt accepit. An. 1749, ſvaſu Amicorum Coronenſium, in Valachiam Transalpinam, ibique ejus metropolim, Bucureſtinum, ſe contulit, ubi, fuſiſſimam & lautam praxin medicam inter Illuſtres ejus Principatus nactus ſubſtitit, domicilioque proprio erecto, usque ad An. 1769, Medicum Provincialem egit; tum demùm belli Turcico-Ruſſici tumultu excitus, Corônam Transſilvanorum venit, ubi hactenus quiete quidem Senectutis fruitur, non tamen, Vir multijugâ eruditione Clariſſimus, petentibus frequentiſſimis conſilio auxilioque deeſt.

14. GEORG. REISZNER de Reiſzenfels, Nobilis Saxo Cibinio-Transſilvanus, & patriæ Civitatis Senator, concinnavit: *Commentationem ſuccinctam ad Jus Statutarium ſeu Municipale Saxonum in Transſilvania*; una cum textu originali latino, locis debitis inſerto, ut & verſione eiusdem germanicâ in fine Commentationis annexa. Opus poſthumum, curâ filii Joh. Georgii Reiſzner, Civitatis Cibinienſis Senatoris, in lucem traditum ſuæque Nationi conſecratum. Lipſiæ 1744. 4. plag. 109.

15. PAVLVS ROTH, Rector Gymnaſii Coronenſis, (§. 264. *n.* 2.) natus Coronæ, ibidemque & in Academia Jenenſi variis Scientiis excultus; *Grammaticam Ajtaianam* (§. 258. *n.* 5.) Scholis Coronenſibus cum Lingvâ Germanicâ adcommodavit, & Præfatione inſtructam, emiſit Coronæ 1759. 8. plag. 9. ſub titulo: *Mich. A. Ajtai Illuſtr. Colleg. Enyed. Prof. Cel. Grammatica Latina* &c.

16. ANDREAS SCHARSIVS Bonesdorffenſis, Paſtor Muſchnenſis, & Syndicus Vniverſitatis Ec-

8.2bi. 1053.

clesiasticæ Saxonum, 1708, 2. Febr. Cathedram Birthalmensem & gradum Superintendentis adeptus est; in vivis verò esse desiit 1710, 2. Nov. Reliquit ingenii sui fœtus, quales sunt: 1.) *Ordinata Digestio Status Saxo-Ecclesiastici in Transsilvania, inde à tempore Reformationis*, &c. Cum Appendice Censuum Cathedraticorum, Inventariorum, Testamentorum, &c. Vid. *Schmeitzel Dissert. Epist.* p. 88. Opus hoc, à *Georgio Hanero*, semel atque iterùm laudato, circa An. 1706, interpolatum est. *MS.* 2.) *Duo Volumina Privilegiorum & Actorum Publicorum Ecclesiasticorum*; quæ in Sede Superintendentiali adservata memorat *Schmeitzel l. c.* 3.) *Congeries Privilegiorum*, à Divis quondàm Hungariæ Regibus, & Transsilvaniæ Principibus; Pastoribus Saxonicis in Transsilvania super variis Libertatibus, Immunitatibus, Juribus & Emolumentis eorum, clementissimè concessorum. v. p. 624.

17. MART. SCHMEITZEL, Coronæ in Transsilvania An. 1679. patre Michaële V. D. Ministro in lucem editus, emenso in Patria Studiorum Classicorum curriculo; amplioris eruditionis consequendæ causa, exotica Scientiarum emporia salutavit, An. 1699 Patriæ suæ ultimum Vale dicens. In Academia Halensi Professoris honore & munere mactatus, Studiosis Hungaris ac Transsilvanis, qui Nostrum in cursu Academico audiverunt, oculos ad Res patrias aperuit, animosque accendit. Historiam enim Hungaricam & seorsim Transsilvanicam, singulari adparatu & ordine decentissimo iis tradidit; Catologumque Auctorum Res Patriæ tractantium, unde quid discendum esset indicando, contexuit ac exhibuit. Complura Posterorum usibus consecravit Opera,

sum-

S. ebi. ·A63.

ſummam ejus diligentiam olentia, quæ partim ſunt excuſa typis, partim inedita Doctorum manibus verſantur. Ex iis ſunt edita: 1.) *Epiſtola Lutheri ad Jo. Honterum, Reformatorem Coronenſem, primo ex autographo publicata*, *An.* 1712. 4. 2) *Commentatio de Coronis*, tam antiquis quam modernis, 1712. 4. 3.) *Schediasma de Clenodiis Regni Hungariæ, & ritu inaugurandi Reges Hungariæ, Anno* 1713. 4. 4.) *Diſſertatio, an Joannes Conſtans Elector Saxoniæ, ante mortem in Caſtra Pontificum tranſierit? An.* 1714. 4. 5.) *Præcognita Hiſtoriæ Civilis An.* 1720. 4. 6.) *Præcognita Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. An.* 1720. 4. 7.) *Diſſertatio de natura & indolæ artis Heraldicæ*, Jenæ An. 1721. 4. 8) *Diſſertatio Epiſtolica de ſtatu Eccleſiæ Lutheranæ in Transſilvania*, An. 1722. 4. 9.) *Programma de uno eruditionis impedimento, quod ab ignorantia Oeconomiæ totius eruditionis ſuam ducit originem*, An. 1723. 4. 10.) *Oratio inauguralis de titulo Imperatoris, quem Czaarus Ruſſorum ſibi dari prætendit.* An. 1723. 8. 11.) *Allocutio I. II. III. ad Studioſos in Fridericiana*, Halæ An. 1732, 1733. 12.) Hiſtoriſcher Beweis wider den Jesuiten P. Joſ. Krauß, 1717. 8. 13.) Anweiſung für einen Lehrer und Hofmeiſter, 1721. 8. 14.) Einleitung zur Wappenlehre, An. 1723. 8. 15.) Einleitung zur neueſten Hiſtorie der Welt, Jenæ, 1723, --25. Tom. III. 16.) Hiſtoriſche Nachricht von dem Thorniſchen Tumulte, 1725. 4. 17.) Abriß eines Collegii über die Hiſtorie der Stadt und Univerſität. Jenæ 1727. 18.) Verſuch zu einer Hiſtorie der Gelahrheit, Jenæ, 1728. 8. 19.) Abriß zu einer vollſtändigen Reichshiſtorie An. eod. ibid. 4. 20.) Einleitung zur

Staats-

J. 2bi. No. 3.

Staatswissenschaft überhaupt, und zur Kenntniß der vornehmsten Staaten von Europa insonderheit, Halæ 1732. 8. 21.) Klugheit zu leben und zu conversiren, zu Hause, auf Universitäten, und auf Reisen, Halæ An. 1737. 8. 22.) Rechtschaffener Academicus, oder gründliche Anleitung, wie ein Student seine Studien und Leben gehörig einzurichten habe. Halæ, An. 1738. 8. 23.) Vom Gebrauch und Mißbrauch der Wappen. 24.) Erläuterung der Gold- und Silbermünzen des Fürstenthums Siebenbürgen, welche zugleich auch die merkwürdigsten Begebenheiten des 16, 17 und 18. Jahrhunderts in selbigem Fürstenthum zu erkennen giebt, herausgegeben, und mit einer Vorrede begleitet, von Michael Gottlieb Agnethler. Halæ, An. 1748. 4.

Scripta inedita: 1.) *Bibliotheca Hungarica, ſive de Scriptoribus rerum Hungaricarum, Transſilvanicarum vicinarumque Provinciarum Commentatio litterario Critica.* 2.) *Anecdota ad Hungariæ, & Transſilvaniæ Statum interiorem ſpectantia, ipſamque Hiſtoriam Sæculi XIII --- XVIII. egregie illuſtrata.* 3.) *Notitia Principatus Transſilvaniæ geographice, hiſtorice & politice adornata.* 4.) *Antiquitates Transſilvanicæ, ex lapidum inſcriptionibus, numisque antiquis Romanorum erutæ, variisque obſervationibus Hiſtorico-Criticis, explanatæ.* 5.) Entwurf der vornehmsten Begebenheiten, die sich in Siebenbürgen von 1700. bis 1706. zugetragen. Obiit Noſter Halæ An. 1747. Profeſſoria in dignitate. Scripſit non multo ante obitum tempore: *Ego exemplo præivi, alii veſtigia mea premant, & conferant, quantum ego in exteris licet oris conſtitutus pro virili Patriæ Noſtræ bono, non ſine labore ſumptibus & vigiliis, contuli.*

Hanc

S. 261. .103.3.

Hanc recenſionem Operum Mart. Scmeizel ex Cl. *Horányi* accepi, cujus laudabile in hanc materiam opus, quod *Memoria Hungarorum & Provincialium Scriptis editis notorum*, inſcripſit, & 3. Tom. An. 1775, --76, --77 edidit, nunc primò in meas incidit manus.

18. JOAN. SEIVERT Cibinio-Tranſſilvanus, vulgavit: *Inſcriptiones Monumentorum Romanorum in Dacia Mediterranea.* Viennæ 1773. 4. plag. 25. Liber eſt Antiquitatum Dacicarum inveſtigatoribus utilis atque neceſſarius.

19. JOSEPHVS SZELI, Hungarus † è Familiâ antiquâ Szelianâ, ſeculo 16^to^, in Tranſſilvaniam ex Hungaria, propagatâ, filius *Georgii*, dum vixit, Paſtoris Eccleſiæ Hungaricæ Lutheranæ Halmagyenſis in Sede Rupenſi Saxonum; natus An. 1710, 2. Dec. Studiis liberalibus quàm diligentiſſimè operatus eſt, primùm apud Helveticæ Confeſſioni Addictos in Gymnaſio Udvarhelyenſi Siculorum; deinde apud Auguſt. Conf. Addictos, Cibinii Tranſſilvanorum, & in Hungaria Jaurini, ac (circa An. 1731; Pædagogum ſimul agens apud Nob. Dominum Paulum Jeſzenák ſeniorem) Poſonii. Tandem, ad Academias Germanicas iter parare volentem, mors Genitoris ſui revocavit in Tranſſilvaniam; ubi, ad Cathedram hungaricam Eccleſiæ civicæ *Coronenſis* An. 1735. retentus eſt. Inde, An. 1757, ductus in Eccleſiam *Hoſzſzufalu*, (germ. Langendorff) Diſtrictûs Barcenſis, officio ibi Paſtoris, ſimul & Senioris Eccleſiarum Hungaricarum Barcenſium, functus eſt, ad An. 1763, quo Paſtor *'Somborenſis* in Sede Rupenſi, tumque Adſeſſor Capituli Kysdenſis (al. Schæsburgenſis) factus, vegetus hodieque vivit.

† aut forsitan Saxo Hungarizatus

S. 281.

vivit. Vir Venerand. ac Erud. dum Coronæ munere fungeretur Paſtorali, Catechesin Lutheri minorem, in hungaricam convertit lingvam, & adæquatâ interpretatione adornatam: edidit Coronæ, ſub titulo: *B. E. D. Luther Márton Kis Kátékismuſſa, és ennek rövid fontos Magyarázatja. Braſſóban* 1748. 12mo. Plurima, præter hoc opus, in Libraria Ejus, *Manuſcripta*, magna ſedulitate Noſtri concinnata, preloque apta, adſervantur, ut ſunt, lingvâ quidem hungaricâ: 1.) *Evangyéliomi Fejtegetéſek*; S. Sermones in Evangelia, methodo analyticâ concinnati, pro 4. annis, Tom. II. 2.) *Epiſtolai Fejtegetéſek*; S. Sermones in Epiſtolas Apoſtolicas, methodo analyticâ, pro 4. pariter annis. 3.) *Aug. Herman. Franken* Conciones Dominicales & Feſtales, lingvâ hungaricâ donatæ. 4.) *Liliomok Völgye*; Conciones Morales pro uno anno. 5.) *Evangyéliomi Szent-Elmelkedéſek*, Conciones methodo ſyntheticâ elaboratæ, Theologiamque Dogmaticam & Moralem complectentes, pro 4. annis, Tom. IV. 6.) *Penitentziának tartására ſerkentő Trombita ſzó*; Conciones pro uno anno, in Loca V. Teſt. 7.) *Három Hetekre való Imádságok*; Precationes 3. Hebdom. è Joannis Avenarii & Caſparis Neumann Operibus. 8.) *Heyfalusi György Száz Levelü Róſájának két Hetekre ujonnan ki dolgozott Imádságai.* 9.) *Kátékismuſi Olvasások*, *i. e.* Lectiones Catecheticæ, ex opere germanico *Mſcr.* Rev. ac Clariſſ. D. MICHAELIS ALBRICH Decani Ven. Capituli Kozdenſis, converſæ. 10.) *Aug. Pfeiffer Evangeliomi Nyúgaſztalo Órái.* 11.) *Parallelismus Evangelicus Sacer*; Conciones pro uno anno. Lingvâ latinâ: 1.) *Cellarii Primitiva Vocabula*, cum exacta & harmonica

8. 2bi. ...

monica Interpretatione Germanica & Hungarica. 2.) Historica Declaratio Ecclesiæ Hungaricæ Coronensis. 3.) Historica Delineatio Ecclar. & Templor. Hungaricor. in Barcia. 4.) Διχοτομια τȣ Κανόνος ἁγίȣ, in qua editiones S. Bibliorum, Tótfalusiana & Komaromiana, conferuntur, & variationes connotantur. Hujus filius CAROLVS, paternæ industriæ sequax, absolutis in Patria Studiis Classicis, Viennæ, ubi modo Medicinæ incumbit, è Latino in Hungaricum transtulit & typis evulgavit 1.) *Antonii de Haen tractatum de optima methodo variolas naturales curandi*, sub titulo: *Haen Antalnak oktatása, miképpen lehessen a' holyagos fejér himlöket leg-könyebben és szerentséschbben meg-gyogyittani.* An. 1775. 2.) *Joannis Steidele artem Obstetriciam* è Germanico in Ungaricum transposuit sermonem, & sub titulo: *Bába mesterség*, publici usus facit.

20. JOSEPHVS TEVTSCH, Ecclesiastes Melimontanus (Germ. Honigberg; Hung. *Szász-Hérmány*) in Districtu Barcensi, conscripsit: & Typis edidit: 1.) Kurzer Auszug der nöthigsten Stücke in der Rechenkunst. von 1. T. p. 1. Col. C. Teuton. Kronstadt 1739. 8. 2.) Besondere Nachricht von Burzenland in Siebenbürgen. Opus quod Manuscriptum, obtinuimus, prelo dignum est. 3.) Kurzgefaßte Jahrgeschichte von Ungarn und Siebenbürgen. A nato Christo ad An. 1748. in Folio. 4.) Der christliche Jahrmarkt. in 8vo 1730. 5) Christus der andere Adam. in 8vo 1731. 6.) Wohlgemeinte Vorschläge. in 4to: Mortuus est Vir Doctus An. 1770. 13. Mart. æt. 68. vid. p. 624.

22.

S. 261. 262.

21. DANIEL WOLFF de Fületelke, Paſtor Ecclesiæ Nádaſchenſis, deſcripſit Revolutiones hujus Seculi initio à Franciſco Rákoczio excitatas, Operisque prelo haud ſubjecti titulum fecit: *Hydra Tranſylvanica.*

NB. Fuerunt profectò longè plures, ac nos recenſuimus, præſenti æquè ac ſuperiori Seculo, inter Lutheranos Saxonicæ Nationis Viri Eruditi variarum Rerum Scriptores, ſed quia Illi nobis non ſatis ſint noti; ſilentio, nunc ſaltem, tranſire duximus conſultiùs. Hoc è numero forent: THOMAS SCHARSIVS Mediâ-Transſilvanus, Auctor *Ordinatæ Digeſtionis de Rebus Transſilvaniæ Eccleſiaſticis.* Item: *Compendii Privilegiorum Clero Tranſilvanico indultorum.* GEORG. SOTERIVS, cujus memorantur: *Deſcriptio Transſilvaniæ. Duces Valachiæ. Cibinium*, &c. MICH. WEIS, cujus ſuperat, *Diarium Rerum ſua ætate in Transſilvania geſtarum.* ANDREÆ HEDGYES Chronik. ANDREÆ TEVTSCHII Politiſche Beſchreibung von Siebenbürgen. LAVRENTII WEIDENFELDERI *Particula Hiſtorica in Vrbem Sabeſum*: STEPHANI GVNDHARDI *Annales Eccleſiaſtici.* Hæc omnia in Manuſcripto latent. JACOBI SCHNITZLERI Paſtoris Cibinienſis Concio de Cometa Germanicè recitata 1681. 21. Jan. ex Luc. 21: 25. Excuſ. in 4to.

§. CCLXXXII.

4. VNITARII: Stephanus *Aagh*, Michaël *Almáſi*, Stephanus G. *Derſi*, Franciſcus *Horvát*, Paulus Dimién *Kolosvari*, Mi-

§.262.

Michaël Lombárd *Szent Ábrahámi*, Georgius *Nagy*, Michaël *Váró*, Stephanus Foſztó *Uzoni*.

1. STEPH. AAGH Superintendens, §. 245. *n* 1: cujus inter Opera manu exarata, notior reliquis eſt *Geographia Vniverſalis*, idiomate Latino condita.
2. MICH. ALMÁSI, Superintendens, §. 245. *n*. 1. 2, edidit Libellum *de Diſciplinâ Eccleſiaſticâ*, Claudiopoli 1694. 12.
3. STEPHANVS Gergely DERSI, V. D. M. in Eccleſiis Ditsö-ſzent-Márton, Széplak, Szökefalva, ac demùm Torda, concinnavit *Diacriſes Theologicas*, quibus Doctrinam Vnitariorum decenti ſerie pertractat ac ſtabilit; Adverſariorum verò ſententias confutatas vult. Opus ſic ſatis eruditum non quidem eſt editum, at à complurimis deſcriptum. Elaboraverat præterea Librum, *Theſaurum S. ſcripturæ* nominatum, aliosque; qualium exempla nonnulla, Conſanguineus ejus, Rever. ac Eruditiſſ. D. Georgius Derſi, Paſtor Eccleſiæ Városfalvenſis, & Tractus Udvarhelyenſis Unitariorum Notarius, adſervat.
4. FRANCISCVS HORVÁT, originem duxit ex Inclyta & non paucis meritis conſpicua Familia HORVÁT, *de Petrityevit*, ac jam *de Széplak* (pago videlicet Comitatûs de Küküllö, ubi, ut aliis paſſim Transſilvaniæ provinciis, Gens Nobiliſſima eſt luculenter poſſeſſionata) ſcripta: quæ è Croatia, cum perplurimis Nobilium Familiis, poſtquam Turcarum populationibus regio illa inquieta nimiùm fuiſſet reddita, in Hungaria & Transſilvania tutiora quærentibus, hanc intravit

1.262.

Provinciam, hicque pro vero ſuo ac antiquiſſimo Cognomine *Petrityevit*, nomen Populare *Horvát* quod Croatam notat, pro more eorum temporum, accepit. Plurimos illuſtris hæc Proſapia Viros in commodum Provinciæ produxit. Horum in numero erat *Cosmus Horváth de Petritievith* (ut antiquâ orthographiâ ſcribebatur,) Stephano Báthori Principi Transſilvaniæ, poſteaque Regi Poloniæ acceptus, Arcis Fagaras circa An. 1583. Capitaneus Supremus. Seculo ſuperiore pariter, clavum Reipublicæ tenente Michaële I. Apafi, *Cosmus* itidem *Horvath* de Petrityevith & Széplak, variis maximisque in negotiis Patriæ publicè ac fideliſſimè fungebatur, teſtibus paſſim Articulis Diætalibus, qui lingvâ vernaculâ exarati, eum *Horváth Kozma* nominant. Noſtro ſimiliter ævo, Ill. D. COSMUS HORVÁT *de Petr. & Széplak*, Supremus Vigiliarum Præfectus in Inclita Secunda Legione Ped. Ordinis Siculo Limitanea cum decore fungitur. Franciſcus quoque noſter, vir jurisperitiſſimus, tali Genere natus, *Apologiam Religionis Vnitariæ*, quam profitebatur, initio hujus ſeculi, lingvâ hungaricâ, vulgavit ſub titulo: *Apologia Fratrum Vnitariorum, az az: az Vnitarius Atyafiaknak mentſégére, és egyſzer'smind Kereſztyéni értelmeknek meg-világositatására rendeltetett Irás. Melyben meg-mútogattatik, hogy azok a' dolgok, melyekkel az Unitaria Religio, értelem és Vallás terheltetik, és Világ elött gyülölségeſsé tétetik, méltatlanúl hirdettetnek. Nyomt. Kolosv.* 1700. 4. Ad hæc; interrogatione haud indignâ exquirimus: Nonne Inclita Familia PETRICSEVICS, quæ hodie in Croatiæ Comitatu Criſienſi floret, cum I. Proſapia PETRITYEVIT,

§. 262.

VIT, ejusdem ſit originis? Nos ſanè adfirmamus non levi conjecturâ.

5. PAVL. D. KOLOSVÁRI, Med. Doctor, & complurium decurſu annorum Profeſſor in Collegio Vnitariorum Claudiopolitano variarum Scientiarum, eademque in Eccleſia Paſtor celeberrimus. Viro huic, longâ apud Belgas commoratione Academica & extenſiſſimâ experientiâ Clariſſimo tribuitur *Catecheſis* major lingvâ Latinâ juxta ac Hungaricâ concinnata, quâ Vnitarii in Transſilvania, ab An. 1698, utuntur. Denatus eſt An. 1720, 4. Jan. annum ætatis agens ſexageſimum quintum. Plura de Paulo ſcripſerat Cl. Bod, pag. 107.

6. GEORG. NAGY, Siculus de Nagy-Ajta, Viennæ Lingvæ Germanicæ operam navans, edidit: *Elementa Lingvæ Germanicæ, in gratiam Hungaricæ & Tranſilvanicæ Juventutis, ex Optimis Authoribus collecta.* 1775.

7. MICH. L. SZENT-ÁBRAHÁMI, Superintendens, (§. 245. *n.* 1.) multijugæ eruditionis; qui præter memorata *l. c.* Opera, varia Manuſcripta reliquit. Tale eſt: *Brevis Manuductio ad conſvetum Proceſſum Fori Eccleſiaſtici*, octo Capitibus abſoluta, quâ Vnitarii non parùm in Judicialibus utuntur.

8. MICH. VÁRÓ, ex Nobili Proſapia *Váró de Bágyón*, Sedis Siculicalis Aranyas, ortus, Patriique & Exteri Juris peritiſſimus, ac ad Inclitam Tabulam Regiam Judiciariam *Advocatus* famigeratiſſimus, formavit *Ideam Actionum Juridicarum*; quam Ill. D. Comes *Stephanus Petki*, AA. LL. & Philoſophiæ Baccalaureus &c. dum in Al-

§. 262.

ma Soc. Jeſu Vniverſitate Claudiopolitana, Poſitiones Philoſophiæ Vniverſæ, Præſide R. P. *Ladislao Repſzeli* è S. J. publicè propugnandas ſuſcepiſſet, edidit Claudiopoli 1742. 8. Typis Acad. Societatis Jeſu, per *Michaëlem Betskereki.* Auctoris nomen, qui laudatum Opus circa A. 1736. contexuit, reticetur quidem, at celebratur ab Ill. Editore ejus eruditio.

9. STEPH. UZONI, Paſtor antehac Torotzkó-Szent-Györgyenſis, jam Bágyonenſis, atque Tractûs Aranyaſenſis Notarius; *Hiſtoriam*, quam *de Statu Vnitariorum* in Transſilvania, *Joannes Tol'ſer Kénosi*, Paſtor Eccleſiæ itidem T. Sz. Györgyenſis, & memorati Tractûs Notarius, inchoaverat, ad præſentem diem opere manu exarato deduxit. Ita ſcilicet ab Amicis ejus certò edocti ſumus.

SVPPLEMENTA.

I. *Ad paginam 28. §. CLXXXVII.*

Inter *Perſonalia* illa, ſeu, ut communiter, vocantur, *Commiſſiones*, quæ ex Illuſtribus Membris & Subalternis Excelſi Regii Gubernii, § pho CLXXXVII, in Particularia quædam Dicaſteria, ſubſecivis quaſi horis ac terminis, ſuis defungentia officiis, derivari memoravimus, erat ſuperioribus, haud multis, tamen annis, SOCIETAS PRINCIPALIS AGRICULTURÆ & ARTIUM, conſtans Præſide, qui *Tit.* Comes Joannes Lázár, Conſiliarius Gubernialis *&c*, erat, atque undecim Adſeſſoribus, quorum ultimus Actuarii fungebatur munere. Anno verò 1775. inſtituit AUGUSTISSIMA:

EXCELSAM COMMISSIONEM IN PUBLICO-ECCLESIASTICIS ORDINATAM, quæ ſubinde *Commiſſio Catholica* vocari conſvevit; in Hac ſunt: Præſes, Conſiliarii tres, Actuarius, Protocolliſta, Concipiſta, tresque Cancelliſtæ. Merentur hic inſeri, ſuper hocce Inſtituto, Guberniales, ad Inclitas Continuas tabulas & Magiſtratus hoc verborum nexu exaratæ; *Præmiſſis præmittendis*: „SA-„CRATISSIMA MAJESTAS, medio Benigni „ſub 24ta M. Auguſti Anni currentis emanati Re-„ſcripti Cæſareo-Regii, *Commiſſionem in Publico* „*Eccleſiaſticis*, ſub Præſidio Excellentiſſimi Dom. „Comitis *Nicolai Bethlen*, tanquam inter Conſilia-

 „rios

„ rios Guberniales ex Statu Seculari primùm locum „ obtinentis, dignata eſt clementer reſolvere & de„ nominare, eandemque Commiſſionem ſpeciali Si„ gillo, cum hac Inſcriptione: *Sigillum Regiæ Com„ miſſionis in Publico Eccleſiaſticis*, munire. Hæc ve„ rò Commiſſio, in exarandis Expeditionibus ob„ ſervabit hanc formalitatem, in exordio Expedi„ tionis: *Per Commiſſionem Regiam in Publico-Eccleſia„ ſticis ordinatam, Magiſtratui N. vel Tabulæ Continuæ „ N. intimandum*; per Magiſtratus verò, vel Tabu„ las Continuas, involucra Relationum ad præmiſ„ ſas Ordinationes ſubmittendarum: *Ad Excelſam „ Commiſſionem in Publico Eccleſiaſticis Ordinatam*, in„ dorſandum.

„ In hujus Altiſſimæ Ordinationis conformitate „ ordinandum vigore præſentium Dominationibus „ Veſtris duxit Regium Gubernium, ut in Obje„ ctis ſphæram prælaudatæ Commiſſionis concer„ nentibus, Juſſis ejusdem non ſecus, ac Regii Gu„ bernii, parere, ac debitum obſequium præbere „ ſuæ ducant obligationis; in Circulis verò, ubi „ Primarius Officialis Religioni Catholicæ addictus „ non eſſet, alter Officialis vel Vice-Officialis Ca„ tholicus, primum locum ab ordinario Præſide, „ inter Catholicos tenens, principaliter effectui ha„ rum Ordinationum invigilare, ſuper impedimen„ tis fors occurrentibus, de tempore in tempus, „ ad Magiſtratum referre, & ſi præter ſpem con„ grua ad procurandum effectum media non ad„ hiberentur, etiam ſuo nomine pluries laudatam „ Commiſſionem in Publico Eccleſiaſticis ordinatam „ deſuper informare debebit. Sic facturis Alteſa„ ta Sua Majeſtas Sacratiſſima benignè propenſa ma-

„ net

„ net. E Regio M. Transſilvaniæ Principatus Gu-
„ bernio, Cibinii d. 26ta 7bris An. 1775.

„ Baro Samuel de Bruckenthal
m. pr.

„ Joſephus Molnár
„ Secretarius. m. pr.

II. *Ad pag.* 101 — 116. *§. CCVIII. ſequ.*

Quæ de Inſtitutione ſeu ERECTIONE MILITIÆ SICVLICÆ diximus, conciſa adeo Amicis, quibus ea jam legiſſe contigit, omnino videntur, ut ſuis me monitionibus, ad pertractandum uberiùs tempus, modum & acta compendioſa *Erectionis*, induxerint. Sequentia idcircò adnectenda cenſuimus:

Intentione Cæſareo-Regia, de inſtauranda Sic. Militiæ ſe manifeſtante, *Opiniones* Virorum Illuſtrium, quæ multorum manibus hodie in Transſilvania verſantur, ex Articulis Diætalibus, aliisque Actis Publicis, ſuper eâ concinnatæ ſunt, tandemque auctumneſcente An. 1762do Officiales Militares miſſi, & Arma militaria compluribus Siculis dictarum Sedium diſtributa, Milesque ſervitia, & vigilias ad confinia, agere juſſus. Quamvis verò Sacratiſſ. Princeps inſtituendam hanc, Militiam, *non coactam, ſed ſpontaneam eſſe* voluerit: mox tamen relatum Sua Majeſtas accepit, repertos aliquos, qui ſiculos ſponte ſua ſemet Militiæ addicentes, avocare ab ea conarentur. Quamobrem anno 1762. d. 1. Dec. dedit Viennâ Reſcriptum, in quo legimus, ad Excelſum Regium Gubernium, hæc exarata:

„ MARIA THERESIA *&c.* Ex ſubmiſſa per
„ Conſilii Veſtri Præſidem, medio Pro-Tribuni
„ Ernſt, de progreſſu erectionis Militiæ Limitro-

„ pheæ Informatione, Veſtrum in ſervitii Noſtri
„ promotionem impenſum zelum & promptitudi-
„ nem complacentes admodùm intelleximus. Re-
„ bus itaque, prout in prædeclarata Informatione
„ exponitur, ſe habentibus; quemadmodum vobis
„ benignè mandamus, ut ulterius quoque taliter
„ procedendo, quidquid ad operis iſthujus valdè
„ proficui incrementa factturum exiſtimabitis, ad-
„ hibeatis; ita volumus etiam, ut nullis parcendo
„ fatigiis, eos, qui altiſſimæ huic Intentioni No-
„ ſtræ refragarentur, aut alios ſponte ſua ſemet ei-
„ dem accommodantes, jamque conſcriptos, fa-
„ ctis, conſiliis & verbis ſeditioſis à ſcopo defle-
„ cterent, ſtudioſè exquiratis, & in comperiendos,
„ absque eo, quin ſimilium intuitu ulteriora Man-
„ data Noſtra exſpectaretis, ad Juris rigorem pro-
„ cedatis, pro demerito juxta Leges pœnas ab eis-
„ dem ſumpturi, omnes Sedium Officiales in hu-
„ jusmodi Circumſtantiis reos inveniendos, ſive Su-
„ premi ſive Vice Judices Regii ſint, illico ab offi-
„ ciis ſuis ſuſpendetis. Supremo Judici Regio Se-
„ dis Siculicalis Háromſzék (*Comiti Antonio Mikes*
„ *de Zabola*,) nec abſimiliter Vice Judici Regio
„ Antos (*Stephano, qui vi hujus Reſcripti, ducentos
florenos Rhenenſes annuatim e Caſſa Provinciali, ab eo
tempore, habet, unà cum promiſſa Suæ Majeſtatis Be-
nignâ Reflexione, in præmium fidelitatis*) Regiam no-
„ ſtram Complacentiam ſuper teſtata in negotii iſt-
„ hujus promotione, fide & induſtria ſua ſignifi-
„ cabitis, — — — — Cæterùm, jubemus per
„ quàm benignè, ut ad univerſorum notitiam in
„ illo Principatu noſtro Transſilvaniæ publicetur,
„ quòd Nos eorundem, qui in Militia iſta Confi-
„ niaria ſerviendo, ſibi merita comparaverint, cæ-

„ teris

„ teris paribus, in reſtaurandis tam Civilibus, quàm „ Cameralibus, & aliis Officiis, diſtinctam habituræ ſimus reflexionem, &c.

Iteravit porrò Clementiſſima Sua Majeſtas Benignam Voluntatem Regiam, per. Reſcriptum An. 1763. d. 6. Januar. datum, quo juſſit, neminem vi & invitum ad aſſumenda arma trahendum, *niſi qui ſe* militiæ *ſpontè addicerent.* Hoc rerum ſtatu cœpit in multis amor militiæ tepere, & retribuendi arma voluntas creſcere; unde Exc. Reg. Gubernium, in Reſolutione ſua, An. 1763, d. 24. Mart. edixit: „Vi neminem ad militiam ſequendam cogere „ licuit; qui verò præſtito fidelitatis juramento ſe „ ſpontè obſtrinxerunt, ſine prævia Suæ Majeſtatis indulgentia dimitti nequeunt. „ Interea autem querelas quoque ſuas nonnullarum incolæ Sedium AUGUSTISSIMÆ ſubmiſêre; atque Sua Majeſtas, benigno Mandato An. 1763, d. 31. Mart. ad Exc. Reg. Gubernium dato, hæc juſſit: „ Qualia in Sedibus Siculicis, Csik, Gyergyó & „ Káſzon, occaſione erectionis ibi Confiniariæ Militiæ emerſerint, & ſucceſſivè continuata, cumulataque ſint, gravamina, perſpeximus, è Nobis „ relatâ & hìc cum ſuis allegatis advolutâ remonſtratione; commiſſaque præter mentem & intentionem Noſtram patrata illa, injuriatisque & læſis illata quia fuiſſent, ſeriò Vobis & poſitivè injungimus, ut non modò benignum hocce Reſcriptum noſtrum ſtatim in Conſilio Veſtro publicetis; verùm ita ſimul exequendum ſuſcipiatis, ut „ iisdem in hac remonſtratione contentis gravaminibus illicò effectivè remedium ponatis, de effectu Nobis genuinè relaturi. „ Seneſcente tandem hujus anni Vere, pars major Siculorum ar-

ma Officialibus suis retribuit, militiæque renunciavit. Subinde verò, secunda videlicet die Junii, relatum est ad Exc. Reg. Gubernium, ab officialibus Provincialibus Terræ Csik, è Provincia Csikensi 270. propemodùm Patresfamilias solum vertisse.

Hæ igitur similesque rerum vices svaserunt, ut summis auspiciis, ad evitandas turbas, universi tributarii, alioqui tamen liberi Siculi, Sedium Csik Superioris & Inferioris, Gyergyó, Kászon, Kézdi, Orbai, Sepsi, Miklósvár & Bardotz, armis cingantur. Quo proinde modo opus Erectionis inchoatum sit, ACTA DIURNA *I. Commissionis Cæsareo-Regiæ ad erigendam Nationalem Militiam ordinatæ*, his tradunt: „ A. 1763, d. 1. Nov. Excellentissimi „ ac „ Illust. Dom. Commissarii Regii: JOANNES „ *Comes* LÁZÁR L. Baro de Gyalakuta *cet*, NICO„ LAUS *Comes de* BETHLEN *cet*, & JOSEPHUS „ *Baro* SISKOVICS de Ontopa, Pro-Campi Mar„ schallus, Actuario Spectabili ac Magnifico Dom. „ STEPHANO HALMÁGYI de Szilágy-Somlyó, „ Secretario Guberniali, *Cibinii* indicta Sessione, „ convenêre in Hospitio præfati Excell. Dom. Co„ mitis Lázár; ubi

„ Lectum est Rescriptum Cæsareo-Regium d. „ d. 8va 8bris, prætit. Commissariis Regiis ad In„ formationes Eorundem inscriptum, quo resol„ vitur: ut juxta secundarium Excell. Baronis à „ Buccow, Generalis Commendantis *cet* Planum, „ illa militiæ Limitaneæ manus, quæ adhuc arma „ retinet, *duobus*, uno Desultoriorum è Valachis, „ altero Hussaronum è Siculis legendorum, octo „ singillatim Compagnias, capita verò 1500, ha„ bituris; *quatuor* item aliis, duobus nempe è Sicu„ lis, totidemque è Valachis erigendis, singillatim

„ cohor-

„ Cohortes tres, Capita 3000 habituris, Regimi„ nibus compleatur; consequenter Pedestres uni„ versim 12000, Equites 3000, in toto 15000 „ Hominum, Militiam eandem constituant.

„ Instructio deinde annectitur, in cujus con„ formitate Commissio procedere jubetur quidem; „ indulgetur tamen, ut si fors aliquæ semet exeste„ rent circumstantiæ, quæ prævideri non potue„ runt, eas, antequam Operationibus suis manum „ admoveat Commissio, adjecta Opinione sua, „ qualiter meliùs citiùsque superari possent, absque „ ulla mora remonstrare valeat — — — Lectum „ est item Rescripti Cæsareo-Regii, sub præfato „ Dato, ad Exc. Reg. Gubernium directi exemplar, „ quo jubetur Officialibus Sedium, Csik (*huc perti„ nent Gyergyó & Kászon*,) Háromszék (*sive Sepsi*, „ *Kézdi*, *Orbai*, *ut & Miklósvár*,) & Bardotz in„ jungi, ut Commissioni omnem præbeant assisten„ tiam, quove per illam vocati fuerint, compare„ ant, & jussa exequantur — — — Lectum de„ nique aliud Rescripti de eodem Dato exemplum „ quo significatur, Leges & Statuta Principatûs pro „ basi hujus Regiæ Resolutionis haberi, Commis„ sariique ad Sedes Siculicas inviantur, ac Incolis „ Sedium Csik, Háromszék & Bardotz, nomine „ Regio publicari jubetur: Suam Majestatem, quan„ tum ad præteritum, omnibus & singulis equi„ dem, qui præstito jurejurando, ad amplectendum „ statum militarem sese adstrinxerunt, ab hoc au„ tem iterum recesserunt, generalem amnestiam, „ hac tamen sub conditione, elargitam esse, ut „ intra spatium unius mensis ad obligationem trans„ gressam revertantur, depositum juramentum, „ reiterent, & illos, qui mala ipsis consilia sugge-

„ rere

„ rere præſumſerunt, detegant: quorum punitio„ nem ſibi reſervat Sua Majeſtas. Arma retinen„ tes in ſignum Clementiæ, hoc anno ab omni „ Contributionis onere immunes declarantur. Mag„ nates porro & Nobiles adhortari jubentur, ne „ ulla ratione, ſub indignatione Regia, & graviſſi„ ma pœna, contrarium quid moliri præſumant. „ Patentes denique accluduntur ſtatum & futuram „ conditionem Siculorum ad arma vocatorum ube„ riùs explicantes.

„ *Concluſum*: Requiratur Gubernium, ut expe„ ditiones in negotio Militiæ hujus fiendas pro no„ titia & directione Commiſſioni in Copiis commu„ nicare haud gravetur. Præterea, ad formandum „ Regulamentum Militare, Belli quoque Supremus „ Commiſſarius à Zauner in Seſſionem ſubſequen„ tem invitetur.

„ *Die 2da Novembris Anni* 1763. Lecta Inſtru„ ctione Commiſſioni præſcriptâ, concluſum eſt, „ ut impoſterum, Conſcriptio facultatum milita„ rium, ideo, ut citra omnem favoris & conniven„ tiæ ſuſpicionem deduci poſſit, per Militares Of„ ficiales, adjuncto illis Confrontatore Provinciali, „ in duobus exemplaribus, ſub amborum ſubſcri„ ptione, peragatur, quorum alterum Officialis „ Militaris apud ſe retineat, alterum Confrontator „ Commiſſioni Directivæ, pro inferendo in Libel„ los Tributarios, & referendo in ſummam con„ tributionalem univerſalem, cum reliquis Libellis „ ſubmittat: Contributionis verò collectio Officia„ libus Militaribus committatur, eandem rectà ad „ Caſſam Provincialem adminiſtraturis. — — —.

„ *Die 3tia Novembris*. Lectum eſt Projectum „ de numero Equorum quod paſcuationem liberam,

„ &

„ & quantitatem Lignornm Officialibus Limitaneæ „ Militiæ competentium, approbatumque.

„ Cum ex submittenda ad Augustam Aulam „ Quartieriorum Militarium specificatione appare- „ ret, exclusivè Vexilliferorum 44, inclusivè verò „ 56, adhuc Quartieria, in Sedibus Csik, Három- „ szék & Bardotz (*Quartiria enim Militaria pro Offi-* „ *cialibus in Transsilvania, circa medium hujus seculi* „ *ædificari cœpta sunt*) desiderari, quæ quidem pro „ ratione sitûs locorum & numeri militum designa- „ buntur; quia nihilominus hæc ædificia præter „ competentiam præmissarum Sedium exstruenda „ forent, præterea Incolæ quoque earundem in „ duas Classes Militum & Provincialium distinguen- „ di veniant; visum est Commissioni, repræsen- „ tandum Suæ Majestati, ut 1mo, in comportan- „ dis materialibus Incolæ cum Militaribus promis- „ cuè concurrere debeant. 2do, prætia materialium, „ si quæ parato ære comparari deberent, prout & „ Operariorum mercedes, è fundo Provinciali ex- „ solvantur. 3tio, conservatio quoque horum ex „ prædicto fundo fiat. 4to, ut vecturæ etiam mo- „ deratum aliquod pretium ex eodem fundo solva- „ tur; cumprimis, quòd novum hoc onus supra „ competentiam accedat, Militia verò ad commu- „ nem totius Provinciæ Limitum defensionem eri- „ gatur.

„ Ad exigentiam puncti Instructionis 31mi for- „ matum Regulamentum submitti dilatum eo us- „ que est, dum haustâ cum initio operationis ube- „ riori informatione perfectum fuerit. Relatum „ interea, Commissionem pro 22da Nov. ad Csik „ properare, &c.

„ *Die*

„ *Die 5. Novemb.* Præter cætera, de necessa-
„ ria Commissionis Membrorum, necessariique Per-
„ sonalis promotione ordinanda tractatum est.

„ *Diebus* 17 & 18. *Nov.* Commissariis Regiis,
„ sine Actuario suprafato Halmágyi, in *Gyalakuta*
„ convenientibus, Sessio Commissionis celebrata
„ est; in qua, lectæ sunt Patentales Cæsareo-Re-
„ giæ in ipsis originalibus, tribus item exemplari-
„ bus latinis authenticis, & aliis tribus in hungari-
„ cam lingvam translatis, quæ quia latino origina-
„ li non adæquatè responderent, corrigi cœpta sunt.

„ *Die* 20. *Novembr.* Dictis Commissariis Re-
„ giis ad *Udvarhely* pervenientibus, Actuario quo-
„ que ibi præsente, Sessio celebratur; ibi, legitur
„ Copia Rescripti Cæsareo-Regii per Guber...um
„ communicati, 8va Octobris emanati, &c.

„ *Die* 23. *Nov.* Commissione *Csik-Somlyovium*
„ adveniente, altera die, 24ta videlicet Nov. Ses-
„ sio celebratur, Projectumque Regulamenti pro
„ Nationali Militia formatum è germanico in hun-
„ garicum translatum, æquè ut Patentales mendosum,
„ emendari incipitur; fiunt tandem Dispositiones
„ de promotione Commissionis pro 26ta ad Dán-
„ falva, & inde pro 27ma ad Gyergyó-Szent-
„ Miklós. Porrò, initis mutuò consiliis;
„ quæ nempe ad auspicandum promovendumque
„ summum in erectione hujusmodi Militiæ Limita-
„ neæ servitium necessaria fore viderentur; *Conclu-*
„ *sum* est; ut tam Vice Colonello *à* CARATTO
„ respectu Armatorum, quàm Supremo Judici
„ Regio *Baroni* PAULO BORNEMISZA respectu
„ non-Militarium (*Non-Militares atque Provinciales*
„ *vocantur his in Sedibus Magnates & Nobiles Immu-*
„ *nes, eorumque Subditi:*) scriptotenus significaretur

„ quo

„ quo fine Commiſſio hæc conſtituta ſit? & qui-
„ bus membris conſtet? quas Reſolutiones Regias
„ obtinuerit? &c.

„ *Diebus* 24 & 25, celebrata Seſſione, cor-
„ rectio Regulamenti translati continuatur.

„ *Die* 26, Commiſſione ad *Dánfalva* appel-
„ lente, habitaque Seſſione, correctio continuatur
„ ad pag. 40. usque.

„ *Die* 28, in *Gyergyó-Szent-Miklós* celebra-
„ tur Commiſſio — — — — — —.

„ *Die* 29, Incolæ Gyergyó-Szent-Miklo-
„ ſienſes, Liberi utpote Siculi, convocati ſunt ad
„ Domum Stabalem, hoſpitium nempe alterius
„ Commiſſarii Regii, Excell. Baronis à SISKOVICS,
„ quibus, Exc. D. Comes LÁZÁR, qua de cau-
„ ſa Commiſſio Regia in medium Siculorum à
„ Sua Majeſtate Sacratiſſima ablegata ſit, nonnihil
„ præfatus, ut Intentionem & Juſſa Regia uberius
„ intellecturi, non modò Patentales prælegendas
„ pacatè audiant, verùm maternam Suæ Majeſta-
„ tis Sacratiſſimæ Clementiam debitè venerentur,
„ adhortatus eſt. Lectæ igitur ſunt Patentales in
„ idioma hungaricum translatæ, eæque ſub Sigillis
„ & ſubſcriptionibus Commiſſariorum, ut & Actua-
„ rii, iisdemque Incolis petentibus extradatæ. Ori-
„ ginale præterea latinum, per Actuarium elevatum,
„ propriaque Sacratiſſimæ manûs ſubſcriptio, uni-
„ verſis ſerietim (ne vel minimum dubii, ſuperſit)
„ oſtenſum eſt: excepta eſt lectio Patentalium, à
„ ſingulis pacatè, & nemine quidquam reponente
„ (ſiquidem id ipſum ſeriò interdictum prævìè fuiſ-
„ ſet, & quæſtiones, ſi quis de iis privatim &
„ non nomine totius populi interponendis me-
„ ditaretur, ad tempus futuræ Conſcriptionis

„ reſer-

„ reſervari juſſæ exſtitiſſent,) Populus dimiſſus
„ eſt.

„ *Die* 30. *Nov.* Commiſſioni ad Pagum *Teke-*
„ *röpatak* prævio fine ire viſum eſt, ubi, convo-
„ catis tam Tekeröpatakenſibus, quàm etiam Ki-
„ lyénfalvenſibus, eâ, quæ in Szent-Miklós ob-
„ ſervata eſt, modalitate, Patentales perlectæ, ex-
„ tradatæ, Originales cum ſacra ſubſcriptione &
„ ſigillo authentico oſtenſæ, iis quoque debita tran-
„ quillitate audientibus.

„ *Die* 1ma *Decembris* 1763. Ad *Csomafalva*,
„ pagis *Al-*& *Uj-falu* etiam ibi exſiſtentibus. *Die* 2.
„ *Dec.* ad *Szárhegy*, pago quoque *Gyitro* eo con-
„ vocato. *Die* 3tia, *Remeteienſibus* ad Szent-Miklós
„ vocatis, modo ut ſupra, præleguntur Patentales,
„ ſubſcriptioque oſtenditur.

„ *Die* 5. *Dec.* Manum Conſcriptionis Operi
„ admovit Commiſſio, Conſcribente Belli Commiſ-
„ ſario à Rehm, nomina, ætatem, ſtatum, an ſit
„ Nobilis vel Primipilus? Religionem, profeſſio-
„ nem, domum & agros, ſi habeat, filios item
„ &c. Militum Limitaneorum — — — Conti-
„ nuatur Conſcriptio *Diebus*, 6ta, 7, 8, 9, 10,
„ 11, 12, 13, 14, 15, & 16, quo die abſol-
„ vitur *Die* 17ma fiunt Ordinationes, qualiter ad
„ Vexillorum Benedictionem, & deponendum jura-
„ mentum procedatur, edunturque hìc annexæ Con-
„ ſtitutiones — — — —.

„ *Die* 18. *Decembris*, *Anni* 1763. Eductis præ-
„ viè in patentem campum juxta Poſſeſſionem (*Op-*
„ *pidum*) Szent-Miklós longè porrectum univerſis
„ 9 Pagorum Sedi Gyergyó adjacentium accolis in
„ Militiam Limitaneam aſſumptis, qui præter nu-
„ merum eorum haud exiguum, quibus arma nec-
„ dum

„ dum obvenerant, ſexaginta & unum ſupra mille
„ Capita Armatorum (*præter Armatos, tribus Claſ-*
„ *ſibus erant*: Supernumerarii, Succedentes *ſeu Ado-*
„ *leſcentes & Inhabiles ſive Invalidi*) conſtituebant;
„ iisque militarem in modum, inter binas Okellia-
„ næ Legionis alas, in ordines digeſtis & diſpoſi-
„ tis, inque dextrum cornu unâ, in ſiniſtrum alte-
„ râ, Huſſarorum Nationalium Centuriâ collocatâ,
„ quas utrinque regulata Huſſarorum è Legione
„ Kálnokiana lecta manus claudebat. His ita ordi-
„ natis, Excell. Dom. Commiſſarii Regii, è Do-
„ mo Stabali, Conſeſſibus Inclytæ Commiſſionis
„ deſtinata, Seſſione ſolutâ egreſſi, ad viſendum
„ Militem præſcripto ordine excubantem, comitan-
„ te eosdem Supremo cumprimis & Vice-Officia-
„ libus Sedis, compluribusque militares honores te-
„ nentibus, conceſſêre; unde vicinum ſubinde Ar-
„ menorum Templum, Honori Deiparæ Virginis
„ dicatum, quod in prædicta planitie ſecùs Pagum
„ Szent-Miklós poſitum, explicatiore & magis pro-
„ pinquo, adeoque pro hac ſollemnitate commo-
„ diore, ac Parochiale Templum eſt, loco jacet,
„ ingreſſi ſunt, eoque adducta duo nova Vexilla,
„ & in medium Templi ad menſam eo fine para-
„ tam collocata, adſtantibus uti moris eſt, duobus
„ Vexilliferis, & quatuor minoris ſortis Officialibus,
„ V. Colonellus autem à Caratto cum 4. Officiali-
„ bus ad dextrum Altaris latus atque ad ſiniſtrum
„ totidem, ordine circumſtabant, Loci Plebano &
„ Archi-Diacono Gyergyaienſi Joſepho Siko (*qui*
„ *fidelitate in hoc inſtitutum, Numisma ſymbolicum,*
„ *à Sacr. Majeſtate, accepit*) Miſſam canente. De-
„ cantatâ Miſſâ, Vexilliferi Vexilla explicuêre, ea-
„ que ad pedes Altaris benedicenti Sacerdoti levata

„ tenuêre, dum cærimoniæ peragerentur; tandem
„ accepta à Sacrificante, nonnihil ad humeros eo-
„ rum inclinante, Benedictione *Pax Tecum*, recef-
„ ferunt. Poft hæc Templo univerfi egreffi funt,
„ & Milites in orbem coacti, in quorum, ut &
„ aliorum, qui ex vario hominum genere fre-
„ quentes aderant, confpectu, Vexillis tæniæ cla-
„ viculis affixæ exftitêre; earum primas tres *in Ho-*
„ *norem SS. Trinitatis* Loci Plebanus, 4tam Ill. B.
„ Generalis à Siskovics Contoralis Barbara Haruk-
„ ker, 5tam certi cujusdam Locumtenentis Huffa-
„ ri uxor; demum Excel. D. Comes Lázár duas,
„ alteram *in Gloriam Gentis Siculicæ*, alteram cum
„ emblemate: *Pietas Auguftæ.* Exc. D. Comes de
„ Bethlen duas *in Gloriam totius Principatus Transfil-*
„ *vaniæ.* Ill. D. B. Generalis à Siskovics æquè duas,
„ *in Gloriam Ordinis Militaris Therefiani Crucis Mi-*
„ *noris, Præfidentis, & Confilii Bellici.* Ill. D. B.
„ Paulus Bornemifza *in Honorem Sedium Siculicalium,*
„ *Csik utriusque, Gyergyó & Káfzon.* Spectabilis
„ Dominus Secretarius Gubernialis Halmágyi unam
„ *in Honorem Excelfi Regii Gubernii Transfilvanici, al-*
„ teram cum lemmate: *Terror Hoftium.* D. Com-
„ miffarius Bellicus à Réhm, in Gloriam Suæ Ma-
„ jeftatis. D. V. Colonellus à Caratto *in Ejusdem*
„ *Excellentiffimique D. Commendantis Generalis.* D. V.
„ Colonellus Ernft *in Gloriam Gentis Hungaræ.* D. V.
„ Judex Regius Stephanus Túri & Notarius Ste-
„ phanus Baló, *in Gloriam Nationis Siculicæ*; alii-
„ que multi tum Officiales Militares, tum etiam
„ Gregariorum è qualibet Centuria unus, varia præ-
„ fati, Vexillis claviculas ligneô malleolo incuffêre.
„ Tandem Capitaneus Szent-Miklofienfis, Winter
„ cognominatus, qui Ordines ductabat, juffus eft

„ Vexil-

„ Vexilla Vexilliferis tradere, quibus in medio Mi-
„ litum coronâ circumſtantium erectis, Loci Peba-
„ nus ad eos concionem habuit; in qua de ſaluta-
„ ri iſthoc Inſtituto Militari nonihil præfatus, quid
„ ſibi Vexilla velint, ad quæ fidem juraturi eſſent?
„ quave reverentiâ, fidelitate & conſtantiâ ſub iis
„ militare & deceat, & oporteat? qua denique in-
„ tegritate Fidem ſervare expediat? gravi oratione
„ explicuit. Dein Articuli Militares perlecti publi-
„ catique ſunt per Ill. B. Grâlem à Siskovics, &
„ actutùm univerſi erectis tribus digitis ſollemne
„ Juramentum depoſuêre, prælegente illud I. Com-
„ miſſionis Actuario. Porro, Exc. D. Com. Lá-
„ zár ad Milites converſus, ut depoſiti Juramenti
„ memores ſint, illud quemadmodùm ſingulos ob-
„ liget? violatores denique & Juramenti transgreſ-
„ ſores quàm enormiter peccent? quàmque gravis
„ eos pœna maneat? virili & aperta oratione ex-
„ poſuit. His peractis, ad præfatum Templum
„ reverſi, Hymni Ambroſiani decantationi inter-
„ fuêre; unde rurſùm cum Venerabili Sacramento,
„ in medium Militiæ crebro fatus Plebanus ſe con-
„ tulit, comitantibus ubique Excell. Dominis Com-
„ miſſariis, non contemnendaque Hominum utrius-
„ que Sexûs multitudine, & ſollemnem neo-arma-
„ to Populo Benedictionem impertitus eſt. Finitis
„ prævio modo Sollemniis, Milites ad propria di-
„ miſſi; Exc. Dom. Commiſſarii verò ad Domum
„ Stabalem, hoſpitium videlicet Ill. D. B. Grâlis à
„ Siskovics, ubi prandere ſoliti erant, reverſi ſunt,
„ ac 40 propè perſonas, quà Militares, quà Pro-
„ vinciales Officiales, ut & Eccleſiaſticos nonnul-
„ los, prandio excepêre.

Sic Sede Gyergyó totâ quanta est armis feliciter instructâ, Excell. Dom. Commissarii, trajectis, quæ interjacent, alpibus, in Sedem Csik Superiorem, quâ transierant, reversi sunt; ubi, conscriptis quinque pari successu Pagis in fronte locatis, mox omnino anxiè hæsierunt, inaudientes, ceteros Provinciæ Csik Pagos à compluribus desertos incolis, qui arma sibi distribuenda fugientes, exceptis militiam professis, in silvas secesserint. Scilicet, inquieta quædam ingenia, Tractûs hujus incolas, quorum præcipua ab omni tempore obligatio in ferendis armis constitit, adeo persvaserant ac veluti fascinaverant; ut universalem hanc Liberorum his oris Siculorum conscriptionem & Militiæ erectionem, citra Summam Intentionem attentari vix dubitarent, Suæque Majestatis Sacratissimæ Patentes, propria manûs Regiæ subscriptione roboratas, in dubium vocantes, militiam evitare conarentur. Imo ultima Decembris die anni 1763, Incl. Commissioni Regiæ in *Dánfalva* süa negotia tractanti, ex alpibus supra *Szépviz* sitis, interposuêre Protestationem, per quemdam, ebrium se aut mente captum simulantem, transmissam, qua I. Commissionem violenter contraque Intentionem Regiam agere querebantur. Alteram triduo post Protestationem iidem dedêre. Subinde verò, 4ta videlicet. Ianuarii 1764, multi Siculorum ex Háromszék quoque & Kászon in Sedem Csik euntes, Commissioni Regiæ in *Taplotza* (quo 2da Jan. ex Dánfalva venerat) agenti Memoriales porrexêre, quibus exponebant, mæstos se audivisse I. Commissionem militari adversus se robore venturam, *&c.*

Dum hæc fieri videt Incl. Commissio, simulque intelligit plures etiam mox adfuturos Siculos non sine armis, imò incolas quoque Sedis Udvarhely

hely pro auxilio Csikenſibus properare audit: ſeditionem populi paratam non ampliùs ambigit; ideòque, omnem in eventum. quatuor tormenta militaria, ad Capellam pagi *Taplocza*, quæ Somlyoviam verſus ſita eſt, diſponi jubet 5ta Januarii. Die tandem ſexta ejusdem menſis, dum non Háromſzékenſes modò, ſed Csikenſes quoque è ſilvis prodeuntes, *Madefalvam* intrepidè ſalutare obſervati ſunt: monentur Háromſzékenſes, ad ſua ut redeant, monentur & Madefalvenſes, ne hoſpitio extraneos excipiant, niſi perniciei objicere ſemet velint. Dum nihil his profectum fuiſſet, fato quodam trahente Siculos alienis conſiliis confuſos: fecit I. Commiſſio Regia, quod in ſui tutamen, promovendamque operationem, cenſuit conſultum. Sole enim ad diem 7mum Januarii ortum parante, quadripartito Cataphractorum, Kálnokianorumque & Okellianorum Militum agmine circumcluſus eſt pagus, tormentaque duo, alterum quà Rákos verſùs itur, alterum quà alpes Sedem Udvarhely excludentes conſpiciuntur, ad primariam plateam diſpoſita; tum Miles Cæſarianus, qui inordinatum populum ad ſua repelleret diſſiparetque; pagum ingreſſus: actutùm ergo qui in pago noctem transegerant, partim perterriti, partim è domibus, globis nonnulli jaculati in Cæſarianos, non leviter eos exacerbarunt. Hi igitur, pro rebellibus illos reputantes, tormentis ſclopetisque adgreſſi ſunt, ac fugientes ſtrictò enſe proſecuti; pago interea incenſo. Miles Cæſareus manſit incolumis, at ex Siculis 186 (ut accepi) cæſi, 34 vulnerati, 400 circiter capti & in arcem Csik-Szereda ducti, mox tamen dimiſſi. Hæc eſt famoſa *Clades Madefalvenſis*, quam prolixiùs percenſendam duxi, quòd non ſim ignarus, multo-

rum judiciis I. Commissionem gravari, nec paucorum calculis ex adverso Siculos ad Madefalvam progressos *rebellionis* argui.

Ast I. Regiam Commissionem, Cui profectò non de nihilo metuendum erat pulcrè excusarunt Litteræ ejusdem, cum Protestationibus Siculorum, Excelso Regio Gubernio transmissæ. Excusant pariter, rationesque rei reddunt, Litteræ Exc. Com. *Joannis Lazár*, ad Excel. Episcopum Bar. *Bajtay* 9na Januarii 1764 ex Taplocza datæ, ubi legas: „Dum
„ hæc interim agerentur, obstupuimus relatu Of-
„ ficialium Centuriæ Okellianæ huc adventantis,
„ offendisse illos in itinere non contemnendam ple-
„ bis Háromszékensis ad octingentos circiter Eque-
„ strium Peditumque manum, armis (qualia rusti-
„ corum sunt) igniferis, gladiis, lanceis, furcis-
„ que ferratis, & fustibus instructam, eamque eo-
„ dem vespere, eo comperimùs audaciæ provectam,
„ ut in pagum Szépvíz, quo se Cataphracti Traut-
„ mansdorffiani die illa illocaverant, concesserit,
„ subque iisdem cum illis pernoctaverit tectis. Die
„ tandem altera, moniti, ne cum tanta turba, pre-
„ cibus ad Commissionem armatis veniant, aliàs
„ enim si intra jactum Tormentorum venerint,
„ repulsos iri; sub conspectu nostro, observanti-
„ bus illos (quod ordinatum erat) iisdem Cataphra-
„ ctis, & longiusculè à latere comitantibus, ut quo
„ tenderent resciant, adverterunt, omnes, adjun-
„ ctis sibi iis etiam, qui secesserant, sylvanis, in
„ pagum Mádéfalva - . . ingressos. Moniti hìc
„ quoque tam per nostros eo missos homines,
„ quàm per proprios, quos in speciem supplicis
„ Libelli ad nos expediverant, ne Mádefalvenses,
„ inter se alienigenas paterentur, neu de armatis

„ pre

„ precibus cogitent, illas enim inermes eſſe conve-
„ nire: in auxilium verò vocati ex Háromſzék,
„ eo ſtatim redeant; audituram quippe Commiſſio-
„ nem, quando illos aceſſerit, quidquid in peti-
„ tis habent; hanc autem Populi conglobationem
„ nullo modo paſſuram. Quia ſurdis hæc omnia
„ narrabantur, nec modò turba non diſſoluta eſt,
„ ſed certis indiciis advertimus, majus, præter hæc,
„ mali in animis volvere, auxiliaque nova è Sede
„ etiam Udvarhely opperiri, ipſamque Commiſſio-
„ nem auctis viribus aggredi & obtruncatam è me-
„ dio tollere adniti; non aliud capi poterat conſi-
„ lium, quàm ut ſummo mane, paucis, qui ade-
„ rant, Militibus, multitudo illa, quæ ad bis mille
„ & ultra excreverat, adorta diſſiparetur. Factum
„ eſt! & unius duntaxat militis jactura, circum-
„ datus quadripartito agmine pagus, duobus tor-
„ mentis in colliculo ſuperimpoſito ad principem
„ plateam directis, & igni tectis ſubdito, confu-
„ ſa illicò multitudo eſt, & inermibus vitæ veniâ
„ datâ, armati, Háromſzékenſes potiſſimùm, cæ-
„ ſi, capti, fuſi, fugatique. Paſſi certè inſontes
„ quoque nonnulli, quod in æſtu pugnæ non aliter
„ fieri poterat à milite furente. Nec niſi incendi
„ pagus poterat; aliàs enim, qui ipſi primùm è
„ domibus in milites noſtros tela emiſerant, glo-
„ bisque jaculabantur, è tectis protrahi, niſi in-
„ ſigni Militum Cæſareorum damno, nequiiſſent,
„ Et hoc eſt ferale inobedientiæ exemplum in re-
„ luctantes, & revera quod facto ipſo probarunt
„ rebelles, ſtatutum. Valuit tantum ſupplicium,
„ ut jam in omnes fermè Pagos publicata venia,
„ diſperſi palantesque redierint, obſequium ſpon-
„ deant, armaque ſe aſſumpturos compromittant.

„ Auſpicabimur craſtina luce, conatus Deo juvan-
„ te, intermiſſam per octiduum expeditionem, ſpe-
„ iterum meliore concepta, illam fore inimpedi-
„ tam — — —. Lugubrem Cataſtrophen in
„ Chronoſtica redactam — — mitto. — — —.
Reſpondit ad has Præſul prolixis, inter quas lege-
re eſt: „ partim voluptatem cœpi è re tam proſpe-
„ rè atque celeriter geſta, partim verò acerbam
„ Civium noſtrorum ſortem miſeratus ſum — —.
„ Cibinii XVIII. Calend. Febr. 1764. „ Ad eun-
dem verò, iterum Comes, An. 1764 Cal. Febr.
datis, ait: „ Eo verò, quòd conſilia noſtra, res-
„ que utut ſeveriùs fortaſſis geſtas non prorſùs im-
„ probari ab Excellentia Veſtra videam, gaudeo &
„ Triumpho. Duro ſane cuneo findendus nodus
„ tam durus erat: nec peccari in hoc poſſe exiſti-
„ mo, ſi obſtacula in promovendis Summæ Prin-
„ cipis commodis qualicumque demùm modo ſub-
„ moveantur. Ego certè, quoties alias atque alias
„ domos injecto igne in flammam erupiſſe conſpe-
„ xi, toties incenſas fumantesque aras videri mihi,
„ adſtanti Illuſtriſſimo Generali, aliisque, edixi,
„ queis non modò crimina circumventorum tunc
„ expiarentur ſeditioſorum *&c.* „ Reſpondit ad
„ hæc Præſul Cibiniô 1764 prid. Id. Febr.

Excuſavit autem Siculos, & à *rebellionis* opinio-
ne purgavit ipſamet Incl. Commiſſio, *Opinione* ſua
An. 1764, 14 Febr. Kézdi-Váſárhelyini concinna-
tâ, hisque clauſâ: „ — — — Cum jam aliunde
„ conſtet, ne ullum quidem Nobilem Poſſeſſiona-
„ tum à Contributione immunem, ſeditioni Made-
„ falvenſi interfuiſſe. Quin utut tumultuoſa & ſe-
„ ditioſa turba Madefalvenſis, pœnâ omninò gravi
„ dignafuerit; apparere nihilominùs, illam, armo-

„ rum

„ rum equidem receptionem, modo indecenti & „ damnabili evitare voluiſſe; Rebellionem tamen „ formalem inde elici non poſſe. Ad extremum: „ non videri Commiſſioni, qualiter Udvarhelyenſes „ vel in numerum ſaltem eorum recenſeri debeant; „ ſiquidem conſtet Commiſſioni, non modò ne „ ullum quidem è Sede Udvarhely inter illos fuiſſe, „ verùm id quoque certum ſit, noluiſſe quoque ſe „ illis conſociare. Et hæc ſunt, quæ ad Intima„ tum Aulicum ſub dato 28 Jan. emanatum, no„ bisque ſub 6 Febr. per Excelſum Reg. Guber„ nium communicatum, Opinionis noſtræ loco „ Auguſtæ Aulæ ſubmittenda cenſemus.„

Poſt ſtragem Madefalvenſem, die eadem, datæ ſunt e Commiſſione *Patentes* ad Sedes Csik utrasque & Káſzon, quibus monebantur ad ſuos Lares redire, arma adſumere, Háromſzékenſes à Penatibus arcere, *&c.* Datæ 8va Jan. ad Háromſzékenſes quoque quibus ad pacata hortabantur. Sic ergo, 10 Jan. ex *Csik-Taplocza* Commiſſio progreſſa eſt in pagum *Rákos* ad continuandas operationes. Ubi, factâ Sedis Csik Superioris conſcriptione, 17ma Januarii Vexilla 4 conſecrata ſunt, R. Joſepho Siko, ſuperiùs memorato, ſollemnitate inſigni, ſonantibus, machinis militaribus *cet.* Milites dixêre Sacramentum, *&c.* Die 18 Jan. factæ ſunt Ordinationes, tribus Scripti punctis, de iis, qui nondum militiam ingreſſi erant. Die 18 Jan. ventum eſt in Sedem *Csik Inferiorem*, pagumque *Szent-Imre*; ubi, congregatis totius Sedis Incolis, 21 Jan. Patentes lectæ, Conſcriptio per aliquot manus diebus ſequentibus peracta, 26ta jusjurandum præſtitum. Antea verò, die vlt 22 Jan. Exc. Dom. Commiſſarii, cæſorum in Made-

ſalva ſpecificationem, 12ma Jan. inſinuatam, demiſſiſſimè repræſentarunt Sacratiſſimæ Majeſtati.

Die 29 Jan. itum in *Sedem Káſzon*, pagumque *Fel-Tiz*; 30 Jan. peractâ Conſcriptione, 31 Juramenti Sacramentum ad Vexillum recitatum. Commiſſione in Csik adhuc agente, Sedis Káſzon Deputati, Mich. Mártonfi, cum ſocio, accedentes, exhibuerant Privilegium univerſis ejusdem Sedis Incolis ab antiquis Principibus indultum (de quo plura aliàs,) eorumque tenore petierant: 1mo, Separatam ſuam Jurisdictionem ultra quoque conſervari, iisdemque peculiare Judicium Continuum adinſtar Sedis Gyergyó conſtitui. 2do, Cum ejus Sedis Incolis, vigore eorumdem Privilegiorum, nonniſi neceſſitas cuſtodiendorum limitum, abſentibus in bello Sedis Csik Incolis impoſita eſſet, in futurum quoque eodem modo haberi. *Reſolutum* eſt: „Eo „ profectura Commiſſio uberiùs & Privilegia eo„ rum in loco conſiderabit, & ad petitionem eorum „ reſpondebit.„ In Sedibus Csik, Gyergyó & Káſzon conſcripti ſunt 4982 Patresfamilias. Inclitæ Primæ Legionis Siculicæ Pedeſtris Ordinis his in Sedibus ſitæ, Commendans ab ipſa erectione eſt, D. EMMANVEL de CARATTO, S. R. I. Eques, S. C. R. & Ap. M. Colonellus, antehac Vice-Colonellus.

Die 3 Febr. proceſſit Commiſſio in Provinciam *Háromſzék*, ibique Oppidum (*Sedis Kézdi* primarium) *Kézdi-Váſárhely*, quo Inc. Secundæ Legionis Pedeſtris Commendantes hoſpitantur, primùm quidem D. Baro Simon de Zinnique Vice-Colonellus, jam I. D. MICH. KISS S. C. R. & Ap. M. Colonellus. Die 6 Feb. Patentes perlectæ. Diebus ſequ. Conſcriptio facta. Die 13tia, plerorumque pagorum Sedis Kézdi Incolæ, ſub Signis, quæ in *Kanta*,

pago

pago Op. K. Váſárhely contiguo, apud Franciſcanos Conventuales conſecrata erant jurarunt. 14ta ſolius Oppidi K-Váſárhely Incolæ conſcripti ſunt, qui 15ta Juramentum depoſuêre. Hoc in Oppido meditatus eſt Exc. Com. Lázár *Preces Philoſophi ad Deum*, lectu & laude dignas.

Die 16 Febr. promovit Commiſſio expeditionem ſuam in Pagum *Zabola Sedis Orbai*, ubi 17ma factæ ſunt diſpoſitiones de congregandis ad publicationem Patentalium Incolis circumjacentium 21 (quorum Dálnok, Létzfalva, nonnullique alii ad Sedem Kézdi pertinebant) Pagorum. Die 20ma lectæ ſunt Patentes. 26ta Jusjurandum præſtitum. Hoc loco, protocollatione factâ, pro Clementia Regia in exemplum aliorum obtinenda, Suæ Majeſtati Sacratiſſimæ commendatus eſt Rev. ac Clar. Samuel Imre de Ethfalva, Parochus Kováſznenſis Helv. Confeſſionis, & Senior Diœceſeos Orbaienſis, qui poſtmodùm pro ſingulari in erigenda Militia ſtudio, à Sua Majeſtate Numo ſymbolico, quem I. Commiſſio Cibinii eidem tradidit, clementer donatus eſt.

Die 28 Febr. ventum eſt in *Sedem Sepſi* Pagumque *Úzon* (in quo Vice-Colonelli, nunc D. Philippi de Reich, hoſpitium eſt,) ubi 1ma Mart. inchoata eſt Conſcriptio; 6ta Sacramentum dictum. 8va movit Commiſſio in Pagum Hidvég, inde 9na Mart. *Nagy-Ajtam Sedis Miklósvár*: iſthic 10ma Patentes publicatæ, 13^{tia} juramentum præſtitum. Die 14 Mart. in *Sedem Bardotz*, Pagum *Olaſztelek*; ubi, 16ta lectæ ſunt Patentes, eademque & ſequenti die Conſcriptio peracta, 18va Juramentô fides data. Hoc igitur die abſoluta eſt erectio Militiæ inter Populares meos *Siculos*; quos ex vernaculo *Székely* aut *Székel*, rectiùs *Székelos* dixeris: hi enim nomencla-

tionem

tionem *Siculus*, genuino ſuo nomine in ſonum latinúm contorto, à Scriptoribus latinis fictam, quamvis ſine ſplendidâ bile, quòd ampliùs abſtergi nequeat, ac etiam in Diplomatibus Gentis compareat, patiantur; pro vero tamen ſuo nomine non agnoſcunt, ſed Siciliæ incolis relinquunt. Nec interim etymon Huſztianum (Vid. *Jurisprudentiæ Hungarico. Tranſilvanicæ* §. CX,) excogitatum illud, nobis placet.

Occaſione Erectionis, conſcripti erant Patresfamilias, in Sede *Kézdi*, Pedeſtres 1273, Equeſtres 395; in Sede *Orbai*, Pedeſtres 726, Equ. 184; in Sede *Sepſi*, Ped. 795, Equ. 320; in Sede *Miklósvár*, Ped. 498, Equ. 124, in Sede *Bardotz* Ped. 359, Equ. 26. Poſtea verò (quod ex Connumeratione Legionis, pro Curioſis adnectere placet,) anno vlt 1773, in ſola Secunda Legione Pedeſtri repertæ ſunt 4851 Domus ſive Patresfamilias; qui pagatim tabellis ligneis, quibus inſcriptum eſt, quoto quisque ſub numero (qui agrorum quoque militarium extremitatibus in palis ligneis circa An. 1770. adhibebatur,) cujusque Capitanei in Centuria ſit, portæ cuilibet adfixis diſtingvuntur; in Sede Kézdi 1883, Orbai 824, Sepſi 1119, Miklósvár 560, Bardotz 465. In his Milites armati ad Stabum 14, in Centuriis 2907, Supernumerarii 190. Succedentes ſive adoleſcentes Habiles 5718, Inhabiles 143, in Servitiis extraneis 459, Eccleſiaſtici 262, Invalidi 873, Semi-Invalidi 1924: adeoque ſumma Maſculorum 12490; quorum Catholici 3560, Acatholici 8757, Græci Ritûs 173. Feminæ verò numerabantur 12110, puta: Mulieres 5332, Viduæ 644, in Capillis 6134. *NB.* His in Sedibus inſtituerat An. 1765, I. Commiſſio, ſummis

Augu-

Augſtæ auſpiciis, Forum Cauſarum (e Militaribus & Provincialibus) mixtarum, vulgò *Forum Mixtum* vocatum, Conſtitutionesque 20 punctis abſolutas eidem pro directione tradiderat: at non diu illud Dicaſterium viguit; Cauſis, ſub finem anni 1769, ad *Continuas* Sedium Siculicalium *Tabulas* relegatis.

Inclitis Siculorum Legionibus, Ill. D. Comes SAMUEL GYULAI de Maros-Németi, S. C. R. & Apoſt. Maj. Camerarius, Inſignis Ordinis Militaris Thereſiani Minoris Crucis Eques, Generalis Campi Vigiliarum Præfectus, ſuprema cum poteſtate militari, ut Catervarum Ductor (Brigaderius) præerat, ad præſentem 1777. annum, quo ab Auguſtis, Supremi Militiæ Præfecti Vicarius (Generalis Campi Mareſchalli Locumtenens) denominatus, &, in locum Baronis de KLEEFELD, Supremi rei tormentariæ Præfecti, propter ingraveſcentem ætatem miſſione donati, *ampliſſimo*, militaris *Provinciæ Cároloſtadienſis*, quæ à mari Adriatico ad fluvium Colapim pertinet, *tractui*, ſumma cum poteſtate præfectus eſt. De Illuſtr. *Proſapia*, imò etiam *eruditione*, tanti Comitis aliàs plura.

Incl. Commiſſio 20 Mart. An. 1764, è terra Siculorum Olaſztelekino diſceſſit, ac in Oppidum Köhalom (Rupem, Germ. Reps) ſemet contulit; quo Inclita quoque *Criminalis* Inquiſitoria *Commiſſio*, Juſſu Sacratiſſimæ Majeſtatis, ad inveſtigationem auctorum in Sedibus Siculicis motuum, infligendamque ex eo capite tam in iisdem Sedibus, (quibus jam An. 1762, in prima armorum diſtributione menſibus Oct. & Nov. præſens in Csik-Szereda, Kezdi-Váſárhely, Uzon, &c, D. Grális de Buccow fuerat,) quàm apud Valachos pœnam, ordinata, 24ta Martii adpulit, exſiſtentibus ejus Commiſſionis

Mem-

Membris, à parte *Militari:* D. Joſepho L. B. Roth Generali, Commiſſionis Præſide, D. Schwartz Vice-Colonello, D. Joanne Szilváſi Capitaneo, & quodam Germano Auditore; à *Provinciali:* D. Carolo S. R. I. Comite Teleki de Szék, D. Mich. L. B. Jóſintzi, D. Adamo Ribitzei de Eadem Vice-Colonello, & quodam Actuario. Criminalis hæc Commiſſio, Inſtructione, ab Incl. Erectionis Commiſſione, in dicto Oppido 26ta Mart. munita, inde in Sedem Csik, Pagumque Taplocza, & ſucceſſivè in Pagum Uzon Sedis Sepſi concedens, provinciæ ſibi commiſſæ partes viriliter exſequuta eſt. Sacratiſſima verò Majeſtas, „ in Benignam (*verba* „ *ſunt Litterarum Gubernialium*, *A.* 1766.) ſumen- „ do conſiderationem, quòd Altiſſimæ Intentiones „ Suæ, ad ſalutem & ſecuritatem Principatûs hu- „ jus directæ, non ſolùm optato procedant ſucceſſu, „ verùm etiam ceſſante, quæ in quibusdam locis ſe- „ met exeruerat, incolarum renitentia, externa non „ minùs tranquillitas, quàm interna animorum quies „ reducta penitùs eſſet, pro jugi & maternâ, quâ „ in ſubditos ſibi Populos fertur teneritudine, quem- „ admodùm recenter omnibus in Inquiſitionem Cri- „ minalem attrahi merentibus, Gratiam Suam Cæ- „ ſareo-Regiam (quam rigori Juſtitiæ præpoſuit,) „ ſparſis jam per univerſam Provinciam Circulari- „ bus, annunciari Benignè juſſit; ita hanc verè ma- „ ternam Benignitatem ſuam, Gratiamque Cæſa- „ reo-Regiam & Amneſtiam, jam antea ſub 14ta „ menſis Decembris anni (1765) proximè evolu- „ ti, ad Stephanum Lázár de Csik-Taplocza (*in* „ *quem*, *An.* 1765, 27 *Febr. Cibinii*, *è Regio* „ *Gubernio*, *Sententia proſcriptionis*, *pronunciata erat*,) „ omnesque cum eodem ex Moldavia reverſuros,

„ ex-

„ extendere dignata eſt, medio Benigni Decreti ſui „ Aulici, &c.

Inclita Erectionis Commiſſio interea, Kôhalminô ulteriùs progreſſa; abſolutâ mox Conſcriptione Militum in Sede Saxonicali Cibinienſi, nec non Diſtrictu Terræ Fagaras Valachorum, arma antea diſtributa habentium, tentatâque Boëronum in Diſtrictu Fagaras amplectendi Statum Militarem inclinatione, Protocollum deſuper ſuum, Fagaraſinô 1764, 19 Dec. Sacratiſſimæ Majeſtati ſubmiſit. Aliquot deinde per Transſilvaniam itinera, hinc & inde in Comitatum Húnyad, Diſtrictum Radnenſem agri Biſtricienſis, &c, Incl. Commiſſio ſuſcepit; dum tandem, datis Cibiniô, 16 Apr. An. 1765, ad AVGVSTISSIMAM Litteris, arduum erigendæ Militiæ Limitaneæ opus abſolviſſe ſignificavit.

III. *Ad pag.* 121. *lin.* 1.

Via Poſtalis non Claudiopolî Agropolim, ſed *Cibiniô Biſtricium* usque, & vice verſâ, tendit, ſuntque Loca Poſtalia: *Cibinium*, *Nagy-Selyk* & *Media* Civitas, *Schæsburgum*, *Balavâſára*, *Agropolis*, *Száſz-Régen*, *Sajo*, *Biſtricium*.

IV. *Ad pag.* 147. *lin.* 20.

Convocatorias Michaëlis, epiſcopi Milkovienſis, integras in pergameno & authenticas obtinuimus; quas, quia cum plurimis aliis monumentis, eundem Epiſcopatum illuſtrantibus, in *Partem Specialem* Operis hujus noſtri referre prolixum nimis eſſet; peculiari de Epiſcopatu Milkovienſi Libro, in lucem edere decrevimus: monentes interea, ut Lector Benevolus, Bullam Leonis X. pag. 141-144. recitatam, cum exemplo componat, quod Celeberrimus Hungarorum Livius, P. GEORGIUS PRAY, in eruditiſſimo *Specimine Hierarchiæ Hungaricæ*, edit.

Poſo-

Posonii & Cassoviæ 1776. 4. Part. I. pag. 426-429, produxit, quodque nobis nunc primùm visum est; exempla utraque ex utrisque nonnihil proficient.

V. *Ad pag.* 163.

De duobus Districtibus *Armenorum*, eorumque ad Fidem Romano Catholicam conversione, sequentia addere placet:

In Districtibus, Armenopolitano & Elisabethopolitano, An. 1766. numerabantur Animæ 5445, quarum 2754 Mares, 2691 Feminæ, erant. Quo verò modo utriusque Districtûs Armeni, qui Orientalis Ecclesiæ placitis addicti fuerant, Religionem Rom-Catholicam amplexi sint? si quæras. Respondemus: Postquam Armeni nostri, primùm ex Armeniâ, tum etiam Moldaviâ, bellantium Barbarorum exciti insolentiâ, sedes in Transsilvaniæ locis, Szent-Miklos Gyergyoensi, Szépviz Csikensi, Ebesfalva, Görgény, Felfalu, Petele, Bátos, Remete, *cet*, Minas verò Armenorum Episcopus, cum Clero & Magistratu profano, Bistricii sedem An. 1670 figentes, cernerent, postea, ceteris in Transsilvania Toleratis Nationibus, publico Religionis usu indulto, sibi duntaxat Templis, Sacrisque ritu Armeno obeundis, esse interdictum: tum unionem cum Romana Ecclesia perpetuò valituram major eorum pars profitetur; & hoc modo à Bartholomæo Szebelébio, qui munus, id temporis, Generalis in Transsilvania Vicarii Episcopalis obtinebat, impetrant bina Sacella suis Sacris servitura, unum in Gyergyó ad S. Nicolaum, alterum in Szépviz. Latebant tamen inter Armenos adductæ ex oriente Religionis semina, donec An. 1684, *Oxendius Verzireski*, Armeno Moldaviensi

Diace-

Diœceno natus, & antecedenter dogmatibus Græcis imbutus, poſt navatam Romæ (quo ſtatim A. 1670 conceſſerat) in Vrbano Collegio ſacris profaniſque ſcientiis per 14 annos operam, ac ejuratum Ritum Græcum, cum poteſtate Apoſtolici Miſſionarii, in Transſilvaniam Sacerdos reverteretur. Ille ergo redux, nihil intermiſit, ut Armenos ad imperium Romanæ Eccleſiæ ex integro revocaret: ſed quadriennio pænè integro, nihil, niſi incommodi multùm reportavit. Armenorum enim potentiores nonnulli, cum Epiſcopo ſuo, Minas Vartabied vocato, atque Clero, à Romana Lege alienis, Oxendium Regni & Religionis turbatorem conclamant, ad tribunalia provocant; & parùm abfuit, quin Biſtricii agentem lapidum vi obruerent. Verùm Minâ, laboribus Oxendii, Romanis accedente, Leopolim in Poloniam ſimul abeunt, ubi Minas, coram Cardinale Pallavicino Nuncio Apoſtolico fidei profeſſionem exhibuit, reverſusque in Transſilvaniam, ex morbo & ætate obiit. Major exinde, operâ Oxendii, Armenorum Religioni Catholicæ facta acceſſio; qui Eliam Sacerdotem (*Sacerdos* illis *Derder* vernaculâ lingvâ, *Armenus* verò *Hâj* vocatur) Armenum, cum 8 Perſonis Leopolim, ad Apoſtolicum Nuncium (quem tum temporis Varſaviæ egiſſe ſcribit Faſching) Card. Cantelmum Pallavicini ſucceſſorem, ablegarunt: ubi coram Cardinale, & Vartano A-Epiſcopo Leopolitano, totius Armenæ Nationis Transſilvaniam incolentis nomine, perennem R. Pontifici ſubjectionem jure jurando promiſerunt. Litteras etiam ad Innocentium XI. Romam exararunt, ut Oxendium Epiſcopali honore inſigniret, orantes: vota eorum P. M. audiens Oxendium Aladienſem Epiſcopum in Hibernia, & Apoſtolicum Ar-

menæ Diœceseos Vicarium pronunciavit. *Andr. Illia Ort. & Progr.* Ille igitur, Sede Bistricii fixâ, munia sua exercuit: sed mox vinctus in Turciam abductus, & barbaricis ibi miseriis conflictatus, post triennium libertatem obtinuit. Laudavit ejus virtutem Imp. Leopoldus, & jus exstruendæ Armenopoleos petenti concessit: Imperatrix autem Eleonora, eum Episcopalibus ornatum indumentis, Viennâ dimisit. Post aliquod tempus Oxendiô Viennæ, quo denuò iverat, vitâ functo, multum turbarum Armenopoli, & ceteris Armenorum Sedibus excitatum est, priscam iis Religionem amplecti occipientibus. Quod ubi Transsilvaniensi Episcopo, Georgio Martonfio, cui ab Oxendii obitu Armenorum cura concredebatur, innotuit: Virum ex eorum numero Catholicis ritè imbutum Sacris, Mich. Theodorovicsium Sacerdotio initiavit. Sed is Armenopoli exactus, temporique cedendum ratus, Romam contendit: unde evoluto nondum biennio, Pontificis instructus litteris, in Transsilvaniam redux, operâ Theodori Danielis & Salomonis Thodorii, in munere successit, brevique totam ferè Armenopolim Rom. Ecclesiæ restituit. Sic paulatim aliis quoque locis degentes ad Vnionem pervenêre. Possideo Litteras *Vartani* in Originali, quibus *Verziresćum*, Vicarium & Administratorem constituerat: quas (P. Martino Pápai Armeno, Districtûs Elisabethopolitani Notario, in tesseram amicitiæ, Elisabethopoli reponendas, promissas) hìc adponere, in gratiam illius Gentis, non piget; sunt verò:

„VARTANVS HVNANIANVS, Dei & Apo„stolicæ Sedis Gratia Archi-Episcopus Leopolien„sis Nationis Armenæ, Episcopus Valachiæ & Mol„daviæ

„ daviæ, omniumque, per totum Poloniæ Regnum,
„ Armenorum.

„ Admodùm Reverendo Domino Oxendio Ver-
„ zirefco Lucæ, Actu. Presbytero, Alumno Ve-
„ nerabilis Collegii Vrbani de propaganda Fide,
„ Ejusdemque Sacræ Congregationis Miſſionario,
„ Armenorum Doctori, nobis in Chriſto dilecto,
„ Salutem in Domino. Cupientes Populo Ritû
„ Noſtri, Statûs & Sexûs utriusque Terræ Molda-
„ viæ & Valachiæ, ad præſens ſtante hoſtilitate
„ Turcica, in Transſilvania degenti, uti & tanquam
„ Jurisdictioni & Regimini Noſtro, ex vi Diploma-
„ tis, Venerabiliſſimi ac Reverendiſſimi diuæ me-
„ moriæ Domini Melchiſethi Armenorum Patriar-
„ chæ, Prædeceſſori noſtro collati, ſubjecto, de
„ Juſtitia ſeu tranquillitate, Saluteque Animarum
„ ipſius, quantum in Domino poſſumus, paternè
„ pro Noſtro Paſtorali officio, poſt obitum Do
„ mini Minas Vartabied, ejusdem Loci Epiſcopi,
„ recenter vitâ functi, providere; Te, cujus pie-
„ tate, vitæ integritate, morum gravitate, & in
„ rebus agendis dexteritate, ac Divini Cultûs pro-
„ movendi zelo, plenam in Domino gerimus fidu-
„ ciam, in Vicarium & Adminiſtratorem genera-
„ lem Loci ejusdem (donec alius à Sacra Sede Apo-
„ ſtolica Epiſcopus conſtituatur,) Noſtra Archi-
„ Epiſcopali & Ordinaria Authoritate, creandum,
„ inſtituendum & ordinandum eſſe duximus; uti
„ quidem præſentibus creamus, inſtituimus & or-
„ dinamus: Dantes & concedentes Tibi plenariam
„ facultatem, Curam Animarum, Adminiſtratio-
„ nem ac Regimen Spiritualium & Temporalium,
„ juxta Ritum & inſtituta Sanctæ Eccleſiæ Catho-
„ licæ Armenæ, ibidem liberè peragendi, tum Bo-

„ norum Monasterii Loci illius indemnitati serio
„ præcavendi, iisdemque diligenter, ne fortè ali-
„ quod subsequatur damnum, attendendi; nec non
„ defuncti Domini Minas Vartabied Substantiam,
„ tam in paratis, quàm in quacunque materia &
„ forma, apud quascunque Personas existentem
„ recuperandi, repetendi, eandemque in integro
„ circa Te ad ulteriorem Nostri declarationem as-
„ servandi. Vtque Tibi dictus Armenorum Molda-
„ viensium & Valachiensium Statûs & Sexûs utrius-
„ que Populus, in omnibus, quæ ad Curam &
„ Salutem Animarum, bonumque Ordinem spe-
„ ctant, in toto pareat & obediat, sub pœnis Jure
„ Canonico descriptis, injungimus. In quorum
„ fidem præsentes Manu Nostra subscriptas, Sigil-
„ lo proprio communiri fecimus. Datum Leopo-
„ li ad Ecclesiam Cathedralem Gloriosissimæ in Cœ-
„ lum Assumtionis Beatissimæ Mariæ Virginis, die
„ decima tertia Mensis Februarii, Anno Domini
„ 1687.

„ VARTANVS HVN. (L.S.) Joannes Albrachtus
„ Archiepūs Leopolien. Murathowicz,
„ Nationis Armenæ. Consistorii Archi-
Epātûs Leop. Nat.
Armenæ Notarius.
m. pr.

VI. *Ad pag.* 169.

Ad descriptionem Religionis R. Catholicæ memorandum censemus ORPHANOTROPHIVM CATHOLICVM, piis auspiciis MARIÆ THERESIÆ Cibinii anno 1770 fundatum, Diplomateque, 20ma die Martii Viennæ emanato, firmatum.

tum. Scilicet, ut ſummam Diplomatis depromamus,) AVGVSTISSIMA, Cujus ſollicitudo, tam in Sacrarum ædium, quàm novarum Parochiarum erectione, &c, nullo tempore ceſſavit, clementer perſpiciens, Proles parentibus orbatas pauperibus, educatione, & ſæpe etiam vivendi mediis deſtitutas, triſte viſu hominum genus formare; fundavit Orphanotrophium, in quo non victu modò & amictu, ſed ſalutaribus etiam inſtitutis illæ providerentur. Locus Orphanotrophio deſignatus eſt in Suburbano Cibinienſi prope fluvium Cibin ſive Szeben in plano ſitus, in quo antea pro nonnullorum ex Auſtria ſupra Anaſum, Carinthia item & Carniolia in Transſilvaniam emigrantium illocatione, amplæ quædam ædes poſitæ, ſed ſubinde incolentibus (vulgò *Svevi*, Hung. *Svábok*, vocabantur, variisque artificiis vacabant) alibi domicilia quærentibus, vacuæ pænè relictæ erant; quæ integræ huic inſtituto devotæ ſunt, cum terreno quodam contiguo. Privilegiis verò & Redditibus dotatum eſt peculiaribus, & quidem 1^mo^: Domus, fundusque illius, & perſonæ ibi degentes, à Jurisdictione Magiſtratûs Cibinienſis penitùs ſunt exemptæ. 2^do^: Inſpectio circa diſciplinam & mores, tum pro dijudicandis cauſis civilibus & criminalibus, tradita eſt Commiſſioni ex Illuſtribus Gubernii Regii Membris Catholicis delegatæ, &c. 3^tio^: Pro Suſtentatione deſtinata ſunt: *a*) Præter id, quod eousque ab AVGVSTISSIMA in rationem Domûs hujus largitum, & curante Patre Delpini, in ſortem elocatum habebatur; ex proventibus Decimarum Fiſco-Saxonicalium bis mille Floreni Rhenenſes annui in parato ære, in natura verò 2500 cubuli frumenti. *b*) Pro capitali fundo Taxæ Diſpenſationum, quas Acatholici ma-

 trimo-

trimonia in gradibus per Leges Patrias prohibitis contrahendi veniam (dante eam jussu Principis Gubernio Regio) obtinentes solvunt. *c.*) Proventus Loteriæ recenter erectæ per 5 annos. *d.*) Proventus novæ impositionis ad Vinum Valachicum per totidem, in decies mille florenis annuis. *e.*) Pecunia quædam ex Hæreditate Græci Ritûs Non-Vnitorum Episcopi Dionysii Novakovits, *cet*, ad augendam capitalem sortem. *f.*) Summa per quendam Ettniger Cibinii sub Militari Jurisdictione degentem, pro Catholicis Orphanis relicta, cum ipsis fructibus ad 10604. Flor. Rhen. exsurgens. *g.*) Vicies mille Floreni, quos *Tit.* Archi Episcopus Colocensis Josephus Comes de Bottyán, per modum fundationis Domui huic, ad intertentionem prolium, consecravit. *NB.* Præter hæc, Sacr. Sua Majestas, medio benigni sub „ 26ta M. 7bris An. 1776 exara-
„ ti Rescripti Regii, Bona immobilia, quæ Patres
„ abolitæ Societatis [*J.*] antea in hoc M. Princi-
„ patu possederunt, nominanter Possessiones: *Ko-*
„ *los-Monostor, Kájántó, Báts, Bogártelke & Jegenye,*
„ Prædium item *Tiburtz* jure perennali, Portiones
„ autem in Possessione Szász-Fenes eodem jure,
„ quo Societas illa possedit, Orphanotrophio Ca-
„ tholico Cibiniensi, pro stabili dotatione, & fun-
„ datione in perpetuum valitura clementer contu-
„ lit. *Ex circularibus Gubernialibus* 10 *Oct.* 1776 *datis.* 4to: De necessariis sumptibus totius structuræ ædificiorum, juxta elaboratum planum à Sua Majestate approbatum ponendorum, ut & Templi (quod elegans structum est) cum Turri, AVG. providit, & ex fundamento erigi indulsit. 5to: Interna Domûs Inspectio & Superioritas R. P. JOHANNIS THEOPHILI DELPINI è S. J. (qui labente 1776

anno

anno, *Abbas* B. M. V. de Kolos-Monostor renunciatus, & non multo post, numero *Canonicorum* Alba-Carolinensium, unà cum P. GEORGIO SZEGEDI, antehac Collegii S. J. Claudiopolitani Rectore, nunc verò in Civitate Maros-Vásárhely Religionis suæ Parocho, adscriptus est) & ejus in hoc munere Successorum fidei zelo, vigilantiæ concredita est, etiam in rebus domesticis non spiritualibus, ita ut, tam Præfectus, quàm Contrarotularius ipsum observent: & tam Præfectus de expensis, quàm Contrar. de emptis & curatis, rationes reddant. 6to: Institutio in rebus Fidei eidem P. Delpini Successoribusque commissa; adjuncto Socio pro sustinenda cura spirituali; qui præter commodam ibi habitationem, subsistentiæ media in 300. annuis flor. habet. 7mo: Proles tum è Receptis Nationibus, tum è Valachis parentibus oriundæ, atque in genere omnes, quàm in matrimonio, quàm extra illud natæ, pauperes & parentibus destitutæ, imò & jam extra Religionem Catholicam natæ, at in ea instituendæ, instituti hujus participes fiunt; ita tamen, ut in Domum ipsam proles solùm 7mum ætatis annum inchoantes recipiantur, infantes verò expositi & alii, extra Domum, apud Catholicos nutriantur, erga congruam, de qua conveniri poterit, solutionem. 8vo: Proles ex illegitimo toro natæ, vel aliâ maculâ laborantes, ipso facto receptionis in Orphanotrophium, pro legitimis habentur. 9no: Non Masculæ tantum proles, sed etiam Femellæ in Orphanotrophium recipiuntur. 10mo: Orphanotrophio hoc exsistens utriusque Sexûs Juventus, in Doctrina Christiana, Lectione item, Scriptura, Lingva Germanica, *cet*, nec non textura, fili ductione, *&c.* informatur. 11mo: Circa victum, amictum, & ordi-

ordinem diei, normam in Orphanotrophio Viennensi vigentem, Sacr. Majeſtas obſervari vult. Deputavit autem pro cujuslibet prolis annua intertentione 50 Flor. Rhen. 12mo: Terminus, ad quem in hac Domo manere poſſunt, 15^{tus} ætatis annus in genere determinatus eſt. 13^{tio}: Egredientes ex Orphanotrophio puellæ, poſtquam vel ſervierint apud Nobiles, &c. vel apud fabricas & manufacturas applicantur, & poſt id temporis honeſtè nupſerint, 50 Fl. Rh. pro Dotatione applacidatos habent. Maſculis verò, qui ad Opificia extra Domum applicabuntur, didactrum & expenſæ pro eorum ſuſceptione ad opificium & dimiſſione neceſſariæ ab Orphanotrophio exſolvuntur, iisque, finitis tirocinii annis, veſtitus novus datur, moxque more apud Opifices recepto ad peregrinationem in Ditiones ſuæ Majeſtatis Hæreditarias Germanicas mittuntur; quibus revertentibus 50 Floreni, in adjumentum pro inſtituenda propria Officina, ita tamen ſubminiſtrabitur, ut pueros deinde ex eodem Orphanotrophio ad Opificia dandos inſtruere teneantur. 14to: Omnes ex hac Domo egredientes, ipſo facto, absque ullis expenſis & formalitatibus receptis, etiam in Natione, ex qua proles oriundæ non eſſent, atque ita etiam inter Saxones, ad Contubernia adſumi debent, Juriumque Civitatis & Poſſeſſionis participes fiunt. 15to: Opifices, qui in hanc Domum ad inſtruendos Tirones recipiuntur, pro ſe etiam ſua ibi Opificia liberè exercent. 16to: Mercator Catholicus, à quo Domus ipſa & Domeſtici univerſim neceſſaria emere poſſint, admiſſus. 17mo: Liber uſus Macelli indultus. 18vo: Tractatori Domûs, ſeu Victûs Miniſtro, pro extraneis æque ac domeſticis educillare liberum eſt. 19no: Braxatorium

rium proprium indultum. 20mo: Nominari voluit Sacr. Majeſtas: *Orphanotrophium Regium Thereſianum Catholicum Cibinienſe*; applacidavitque Sigillum, quod Lauream, pro Inſigni, Regiâ Coronâ Hungaricâ condecoratam exhibet, ipſum verò Laureæ medium, Auguſti olim Rom. Imperatoris FRANCISCI I. (ut ubi Auguſtæ perſiſtet, Auguſti quoque pia memoria conſervetur,) MARIÆ THERESIÆ item Nominis initiales litteræ: F. M. T. occupant, hac perimetri inſcriptione: *Sigillum Orphanotrophii Regii Thereſiani Catholici Cibinienſis*. Hæc ex Diplomate.

VII. *Ad pag.* 182 - 197.

Catalogos *Seniorum* è Diœceſibus Helv. Conf. addictis, nec tamen omnibus, quia per multas curas obtinuimus; ne jam blattarum ac tinearum epulæ fiant, pace Lectorum, in lucem damus.

Seniores *Diœceſeos* DÉVENSIS, aliàs, ab Oppido Vajda Húnyad, dictæ *Hunyadenſis*, fuêre, quos reperimus: 1. *Stephanus Dési*, Paſtor Claudiopolitanus, cum Collega *Lucâ Thraski*, teſtibus Litteris *Joannis Batizii*, Senioris Tractûs Maruſenſis, 1614, 1. Jul. ad eos datis. Factus tandem Paſtor Albenſis; ductus inde Devam, hinc An. 1619. Saxopolim, poſtea, ob motus adverſus eum factos Küküllövarum, ubi annis 1632 & 1633. functum fuiſſe lego. Hæc placuit in memoriam notare Déſii, cujus poſſideo Autographum illud, 22. philyris conſtans, & Collectionem monumentorum complectens, ex quo, XII. *Articulos Chriſtianæ Confeſſionis*, An. 1545, 20 Sept. in Oppido *Erdöd* Hungariæ, Synodaliter concluſos (Vid. *Pápai Rud. Rediviv*; & *Lampe Hiſt. Eccl. Hung.*,) ac fruſtra à quibusdam antehac Eruditis quæſitos, cum Clar. Petro Bod, aliisque, communicaveram. 2. *Steph. Cæſar*, Paſtor

Vaida-Húnyadenſis circa 1620, 1622. 3. *Balthaſar* (aut fortè Blaſius) *Uzoni*, Paſtor primarius Devenſis, ab An. 1634. 4. *Joan. Sóti*, Paſt. Dévenſis ab 1657. 5. *David Szent-Györgyi*, Paſt. Prim. Dévenſis 1663. 6. *Andr. Komáromi*, P. Prim. Dev. 1668. 7. *David Szent-Györgyi*, revocatus Udvarhelyino 1672. 8. *Mich. Szent-Györgyi*, Paſt. Prim. Dévenſis. *Not.* His temporibus bini ſimul Paſtores Devæ fungebantur. 9. *Georg. Körtvélyeſi*, Paſt. Húnyadenſis, poſtea Dévenſis, 1686. 10. *Sam. Jenei*, 1702. Succedit Hunyadino Devam. 11. *Stephanus Váralyai*, P. Hunyadenſis 1712. 12. *Mich. Sólymoſi*, P. Devenſ. 1713. 13. *Petr. Kereſzturi*, Paſt. V-Húnyadenſis 1715. 14. *Joan. Détsi*, Paſt. Al-Peſteſenſis, 1731. 15. *Sigism. Sövényfalvi* P. Dévenſis, mort. 1738. 16. *Paul. Zilahi*, P. Loſádenſis, obiit 13 Apr. 1755. 17. *Franç. Intze de Liſznyó*, Paſt. Dév. ab 1755. *Vid. ſup. pag.* 488. 18. Rev. ac Clar. D. STEPHANVS HEREPEI, Paſtor Al-Peſteſenſis, antea Laſádenſis, Poëtæ Venuſini ſcientiſſimus; ✝ ab An. 1771. Horum 7, 8, 9, & 12mus fuêre Domidocti, ceteri Academici. Notarius: Cl. STEPH. INTZE, *p.* 488.

Diœceſeos ENYEDENSIS Seniores: 1. *Ambroſius Macerius*, Paſtor Nagy-Enyedenſis An. 1557: hic, aut filius ejus factus erat Unitarius. 2. *Matthæus Torounyai*, Paſt. N-Enyedenſis, poſt Superintendens. *Vid. p.* 172. 3. *Mich.* Ruber *Tasnádi*, Paſt. N. Enyed. & Superint. *Vid. pag.* 173. 4. *Georg. Csulai*, Superintendens, *p.* 174. 5. *Petr. Dengelegi*, *pag.* 385. Ab hujus ætate, anno videlicet 1643, reperitur in arca Diœceſeos Protocollum (in quo tamen *Acta* quædam ab An. 1605. continentur,) ex quo jam nomina Seniorum continua ſerie de-

proin-

promta habemus. 6. *Joan. Rozgoni*, alias *Sutoris*, Paſtor ab An. 1640 N-Enyedenſis, Senior Diœceſeos ab An. 1648; mort. 1650. *Notarius* ſub eo fuit *Georgius Gëtzi*, Domidoctus. 7. *Franc. Fagaraſi* ab An. 1657. *Vid. p.* 389. 8. *Matthæus Pathai*, ab An. 1663: hic ex Paſtore Nagy-Enyedenſi, unàque Rectore Scholæ loci ejusdem, fortunâ in deteriora vergente, factus erat An. 1660 Paſtor Marus-Szent-Királyenſis, An. 1661 Betzeenſis. Viſitationem Eccleſiæ N-Enyedenſis, quæ Seniori Diœceſeos hac parte minus paret, fruſtra tentavit. *Notarium* habuit *Stephanum Fagaraſi*. 9. *Steph. K. Csengeri* de Várad, An. 1670. *Vid. p.* 419. 10. *Michaël Debretzeni* 1671. Nomen *Michaëlis* in quodam Manuſcripto *Stephanus* Hentes *Debretzeni* occurrit: unde, Steph. an Michaël vocatus fuerit, ignoro. 11. *Andr. Bajtsi* ex Paſtore Enyedenſi ſimulque Diœceſeos Notario Senior ab An. 1686. *Notarios* habuit *Petrum Sejki* & *Ge. Tornyi*, Academicos. 12. *Ge. Tornyi* Paſtor O-Tordenſis, ab 1705. *Notar. Steph. Debretzeni* Paſtor Balásfalvenſis Acad. 13. *Steph. Vásárhelyi*, qui & Superintendens. *p.* 176. 14. *Martinus* Abats *Hunyadi*, Vir Celeb. & gravis, Paſtor O-Tordenſis, ex Notario factus Senior An. 1728. 15. *Steph. Gy. Szigeti*, qui & Superint. ab A. 1738. 16. *Andr. Kibédi*, Paſtor Betzeenſis, qui penes Szigetium ac Hunyadium Notarii functus erat munere, Senior creatus 1740. *Notarios* habuit *Stephanum Putnoki* Paſtorem Új-Tordenſem & *Sigiſm. Kováts* Paſt. Búzás-Botsárdenſem, Academicos; *Joſephum* Dienes *Hermányi*, pag. 476, & *Geor.* Lázár *Dési* Paſtorem N-Enyedenſem tum Secundarium. 17. *Georg. L. Dési*, Vid. *p.* 473, An. 1758, 1. Febr. Senior creatus, *Notarii* cum eo fuêre: *Martin.*

Abats,

Abats, fil. Martini, Paſtor O-Tordenſis Celeberrimus, *Joſ.* Kakas *Váſárhelyi* Paſtor Fel-Vintzenſis, *Joan. Abats* Paſt. Gerendenſis, Academici. 18. Rever. ac Clariſſ. D. JOANNES ABATS, fil. Martini, boni ſcilicet Patris Filius eximius, ex Notario Senior ab An. 1773. *Notarius*: Rev. ac Clar. D. JOANNES W. CSERNÁTONI, Paſtor N-Enyedenſis plurimùm Venerandus†, Fil. *Samuelis*, Diœceſeos Kézdienſis dum viveret Senioris, & Frater germanus Reverendiſſimi Domini Superintendentis. Omnes hi Seniores, exceptis forſan Fagaraſio atque Pathaio, quos *Domidoctos* accepi, *Academici* (vid. *pag.* 195.) fuêre.

Seniores *Diœceſeos* KOLOS-KALOTENSIS, ab A. 1615: 1. *Lucas Traski*, alias *Maróti*, Paſtor Claudiopolitanus, circa 1615. 2. *Matthias* (vel *Matthæus*) Körmöndi, Paſt. Claudiop. 1617. 3. *Andr. Gyöngyösi*, Paſt. Claud. 1620. 4. *Martinus Szilváſi*, Paſt. Bánfi-Hunyadenſis, 1623. 5. *Thomas Tiſzabétſi*, P. Claud. 1626. 6. *Steph. Jenei*, P. Claud. 1645. 7. *Caſpar Veresmarti*, qui & Superintendens, 1661. 8. *Petr. Kováſznai* 1668, Superint. 9. *Andr. Portshalmi*, Paſt. Claud. 1677. 10. *Mich. Szathmár-Németi*, P. Claud. 1680. 11. *Steph. Tólnai*, P. Claud. 1689. 12. *Steph. Matkó Kézdi-Váſárhelyi*, Paſt. Claud. 1690. 13. *Mich. Sárpataki*, P. Claud. 1693. 14. *Steph. Szathmári*, P. Koloſenſis, 1695. 15. *Franc. Soos*, P. Claud. & Superint. 1710. 16. *Caſpar Boros*, Gyalaienſis Parochus, 1720. 17. *Joſ.* Filep *Deáki*, Paſt. Claud. ac Superintendens, 1741. 18. *Sigism.* Pap *Szathmári*, Paſt. Claud. Senior ab Anno 1748, Anno. 1760. Superintendens denominatus. 19. *Franc. Soos*, fil. Franciſci (numero 15,) Paſt. Claud. ab An. 1760. 20. Rev. ac Clar. D.

D. MICHAEL INTZE *de Nagy-Batzon*, (cujus p. 277 & 461. meminimus,) Pro-Senior ab An. 1774, Senior ab An. 1776. *Notarius* fungens, Rev. ac Clar. D. DANIEL PATAKI Claudiopolitanus, Paſtor antehac Koloſenſis, nunc Száſz-Lónenſis.

Diœceſis de Görgény, aut GÖRGÉNYENSIS, quantum ex antiquis monumentis conjicere pronum eſt, ante ſeculum 16^{tum}, ad *Capitulum de Sajo* Hungarorum & Saxonum pertinuit; ſeculo verò eodem, & initio 17^{mi}, pars Diœceſeos Maruſienſis exſtitit, Diſtrictûsque nomine veniſſe videtur. Protocollum hujus Diœceſeos ab anno ſolùm 1678. ſupereſt; quorundam tamen Seniorum nomina inde ab An. 1616 obtinuimus ex monumentis certiſſimis, quæ ab antiquioribus Protocollis fragmentorum inſtar in publica Diœceſeos arca ſuperant. En ergo Seniorum ſeriem: 1. *Michaël Fagaraſi*, circa An. 1616, quo viſitavit Eccleſias, ſeque ſcripſit Seniorem ſimul & Notarium. Socios in Viſitatione habuit, *Georgium Szent-Györgyi* Brachiumque *Michaëlem Zátai*; & ſcribebant ſe *Capitulares*, Tractum autem Görgényenſem dicebant *Capitulum*: quæ nomenclationes tempore quoque Joannis Batizi, & aliorum, ſubinde valuiſſe leguntur. 2. *Joannes Batizi*, ab An. 1602. Paſtor Maros-Váſárhelyenſis, & circiter annum 1620. Senior Marosſzékenſis. 3, *Paul. Körösi*, Paſt. M-Váſárhelyenſis & Senior Marosſzékenſis 1627. 1631. 4. *Steph. Tiſzabétſi*, Paſt. M-Váſárh. qui annis 1635, 1640, viſitationem inſtituiſſe, ſeque Seniorem Maros-Székienſem ſcripſiſſe legitur. 5. *Steph. Hertzeg-Szöllöſi* An. 1641, viſitavit etiam An. 1647. 6. *Thomas Batzoni*, Paſtor An. 1648. Magyar Bölkényenſis; cujus tempore Diœceſis hæc à Maruſenſi ſeparata fuit. 7. *Steph. Baróthi*, Paſtor jam Anno 1672.

Vajda

Vajda-Szent-Ivánensis. Hujus ætate concinnatum est vetus Protocollum Diœceseos & in formam Libri compactum. Anno 1689 mortuo successit 8 *Joan. Tétsi*, Pastor Görgény-Szent-Imrensis, mort. 1696. 9. *Petrus Tsernátoni* Pastor in Magyaró, mortuo tandem surrogatus An. 1709, 10 *Steph. Enyedi*, Past. Magyar-Péterlakensis; mort. 1729. 11. *Sigism. Ertsei*, Past. Erdö-Tsinádensis; mortuo 1737 successit 12. *Nicol. Vajna*, Minister Aulicus in Gernyeszeg, An. 1738 mort. 13. *Steph. Pataki*, Past. Görgény-Szent-Imrensis, A. 1754 mort. 14. *Sam. Ertsei* Past. Erdö-Tsinádensis. Mortuo successit An. 1761, 15. Admodum Reverendus ac Erud. D. JOANNES SIMON, Pastor Sárpatakensis Dissertissimus, Hujus & Notarii Adm. Rev. D. LADISLAI PÉTERFFI, Past. Sáromberkensis, sociatis laboribus ac indefessa vigilantiâ, insigne emolumentum, Diœcesis accepit.

Diœceseos UDVARHELYENSIS Seniores: 1. *Joan. Galgótzi*, P. Udv. 2. *Georg. Csúlai* Past. Udvarhelyensis, factus Superintendens. 3. *Caspar Veresmarti* Past. Udvarh. tandem Superint. 4 *Petr. Ormányi* P. Patakfalvensis, Nagy Galambfalvæ mortuus. 5. *Joan. Tsernátfalvi*, P. Etédensis. 6. *Steph. Katona Gelei* junior, P. Udvarh. 7. *Colomannus Igaz* Claudiopolitanus, Past. Udv. 8 *David Szentgyörgyi* P. Udv. 9. *Steph. Eszeki* P. Udvarh. 10. *Steph. Veszprémi* P. Udv. ac deinde Superint. 11. *Steph. Was Dállyai* P. Sz. Keresztúrensis, ibidem defunctus. 12. *Caspar Miskóltzi* P. Udv. Electus erat 1696 Ibidem vitam & Officium posuit. 13. *Mich. Nánási*, Past. Etédensis. In exilio quasi, ob turbatam Provinciam A. 1706. Marus-Vásárhelyini mort. 14. *Steph. A. Szokoyai*, Past. Udv. electus 1706, mortuus M. Vásarhe-

ſárhelyini. 15. *Sám. Jenei* Paſt. Udv. el. 1716, denatus ibid. 1719. 16. *Franc. Szathmári* P. Etédenſis, mort. 1741. 17. *Gabr. Zágoni* P. Udv. el. 1741. in lecto doloris, quo & mort. 18. *Petr. K. Váſárhelyi*, Paſt. Udvarh. elect. 1742, mort. ibid: 1746. 19. *Martin. P. Csernátfaluſi*, P. Sófalvenſis, el. 1746, mort. Kis-Galambfalvæ, ubi Paſtor erat, 1762. 20. *Joan. Pálfi* Paſt. Agyagfalvenſis, hoc An. 1777, exeunte Vere, mort. 21. Rev. ac Clar. D. STEPH. KOVÁSZNAI, Paſt. Muſnenſis, menſe Jun. 1777. creatus. *Notarius* Rev. ac Clar. D. MICH. HUSZÁR de Közép-Ajta, Paſtor Hévizenſis.

Diœc. SEPSIENSIS Seniores: 1. *Steph. Sikó*, Paſtor circa An. 1634. Ilyefalvenſis; in Sedibus Siculicalibus Sepſi, Miklósvár & Bárdotz, certaque parte Comitatûs Albenſis Senior circiter An. 1647; qui quos habuerit Deceſſores, non reperimus. 2. *Jacobus Váſárhelyi* Paſt. Gidófalvenſis. 3. *Joan. Váſárhelyi* Paſt. Bodokenſis, qui praxin quoque Medicam feliciter exercuit. 4. *Steph. Intze de Liſznyó* Paſt. Uzonenſis annis 35, Sepſi-Szent-Györgyenſis 2bus. 5. *Mich. Intze de Mártonós*, Paſt. Gidófalvenſis. 6. *Steph. Gyalai* Paſt. Hidvégenſis, Senior circa 1753. 7. *Petr. Deák Márkosfalvi*, Paſt. S. Sz. Györgyenſis, mort. circa 1758. 8. *Joan. Váſárhelyi*, filius (numero 3) Joannis; Paſt. Uzonenſis & S. Sz. Györgyenſis. 9. Admodùm Reverendus ac Erud. D. SAMUEL INTZE, fil. (numero 4) Stephani, Illyefalvenſis, Senior ab ab An. 1775. *Notarius*: Rev. ac Clar. D. DAVID INTZE, fil. (numero 5) Michaëlis, Paſtor Uzonenſis.

Seniorum nonnullorum, in *Diœceſi* Kézdi, nomina reperio in Catalogo Paſtorum Kézdi-Váſárhelyenſium, qui eſt: 1. *Blaſius Dálnoki*, cujus nomen

in

in fornice Templi K-Váſárhelyenſis, tum ſtructo, legitur, Paſtor circa an. 1627 & ſequentibus, Senior Diœceſeos etiam circiter An. 1647. Succeſſor ejus 2 *Clemens Hodor.* 3. *Joan. Enyedi* 1657. Vid. p. 388. 4. *Steph. Tolnai*, 1662. p. 274. 5. *Martin. Déſi* 1670. p. 385. 6. *Matthias Váradi* 1672. p. 420. 7. *Steph. Eſzéki* 1686. p. 389. 8. *Mich. Muſnai* 1697. 9. *Joannes Détſei* 1704. 10. *Ladis. Tsabai* 1710. 11. *Sam. Jenei* 1712. 12. *Sam. W. Csernátoni* 1719, Senior ſimul Diœc. Prædeceſſorem in Senioratu habuit *Michaëlem Szent-Király*, Paſtorem Torjenſem. 13. *Gabr. Was* 1732. p. 506. Senior ſucceſſit *Joanni Krizbai* Paſtori Csernatonenſi. 14. *Sam. Was Csávási* 1743, Notarius Diœc. Kézdi. 15. Rev. ac. Clar. D. MATTHÆUS KERESZTES de Nagy-Batzon, ex Academiis redux factus primùm Paſtor Alſó-Rákoſenſis, poſt Zabolenſis, ac demùm K-Váſárhelyenſis, jamque Coadjutor Senior. *Notarius* Diœceſeos: Adm. Rev. D. MARTINUS KOVÁTS, Paſtor Felsö-Csernátonenſis.

Seniores quidam *Diœceſeos* ORBAIENSIS: 1. *Nicolaus Kövér Beſenyei* Circa An. 1647. Recentiore memoria fuêre: 2. *Steph. Kováſznai*, Paſtor Zágonenſis. 3. *Mich. Szent-Annai*, Paſt. Zabolenſis. 4. *Andreas Barta*, Paſt. Zagonenſis. 5. Rev. ac Clar. D. SÁMUEL IMRE *de Etbfalva*, Paſtor Kováſznenſis. *Notarius*: Rev. ac Erud. D. PAULUS ERDÖS, Paſtor Eccleſiæ *Pákenſis*. Seniores hujus Diœceſeos *Decani* communiter vocantur.

Ad p. 190. *Mich. A. Benkö* 21. Febr. 1777. mortuus

VIII. *Ad pag.* 199. *lin.* 29 & 31.

S. Eucbariſtia Cibinii diebus quoque Jovis obtinet, *Baptiſmus* coram toto Coetu fit quidem diebus Do-

Dominicis: at reliquis diebus, præter Ecclesiasticos, Compatres solùm & Commatres adsunt; et Coronæ quidem, in solis Sacris Vespertinis hora 3 Baptismus peragi, ac puerperæ finito puerperii tempore introduci solent.

IX. *Ad p.* 200 & 201.

Doceor: Birthalbensium Pastoris sui electionem præcedere aliquot diebus solere Superintendentis electionem: cui, si contingat duas electiones non consonare, electus a' Birthalbensibus, illico Pastoratum cedit. De sede Superintendentis Birthalbensi, audio exstare quosdam Articulos Synodales, sedem illam alibi esse vetantes.

X. *Ad p.* 214. *lin.* 22.

Pastores in Capitulo Coronensi seu Bacensi *Stolam* vestem non induunt, sed Diaconi eorum, Funera, Baptismum &c. peragentes: ideo nec *Stolam* (i. e. Stolæ taxam,) Diaconis suis permissam, habent.

XI. *Ad p.* 224 & 225.

De Superintendentibus Vnitariis, & Comitiis Desensibus, sequentia, paucis obvia, adnexa accipias: *Joannes Kösa* de Várfalva, auctor fuit *parvæ Catecheseos*; hic, post adeptum Superint. Officium, brevi defunctus est. *Daniele Beke Szent-Györgyi* de Bordos, Superintendentis officio fungente, religiosa in Oppido Dees Comitia celebrata sunt; ibique, ut prodit *Gabriel Haller* in Diario, die 2 Jul. Princeps Rákocius, per Stephanum Kassai, Consiliarium & Protonotarium, Statibus proposuit Comitiorum processum, quod vlt, primò dissidium inter Vnitarios subortum, discuti debeat; dein adversus eos agatur, qui, ob blasphemias & errores Ju-

daicos, evocati erant. *Prima* igitur Comitiorum *Sessio* facta est 3^tia Julii; „ tum (*verba Halleri*) in-
„ cipiens *Matthias Szörös*, (sic eum vocant Acta
„ Comitiorum, quod Matthiam *Pilosum* valet; qui-
„ busdam Rasoris, aliis Ravius cluit.,) utpote pars
„ accusatrix læsaque, salutationem habet ad illustris-
„ simam Suam Celsitudinem & Magnates Regnico-
„ las, quâ absolutâ, Episcopus, Daniel scilicet,
„ idem facit; quibus Ill. Sua Celsitudo, per Sp.
„ ac Magnif. Dominum Parentem meum (*Steph.*
„ *Haller, Consiliarium & Supr. Comitem Cottûs de Kü-*
„ *küllö*) gratias agit. His demùm factis, Matth.
„ Szörös accusationem incipit — —. Episcopum
„ cum suis sectatoribus avitam & temporibus II. Jo-
„ hannis Regis receptam Vnitariam Religionem nec
„ observare, nec docere; ideoque novatorem il-
„ lum cum suis vocat. Ad quæ Episcopus Con-
„ fessionem suam (idem faciente Matthiâ) delegatis
„ ad istam discussionem Judicibus tradit; leguntur
„ eæ omnibus audientibus, & postquam Matthias
„ excepisset, priori illorum Confessioni hanc mini-
„ mè respondere, tandem in Confessione conve-
„ niunt: protestante tamen Matthiâ, aliter discipli-
„ nam adversariorum se habere, in qua adoratio
„ & confessio Christi, vel prohibeatur omninò,
„ vel reticeatur, vel etiam blasphemetur. Post hæc
„ partes emittuntur, cum omnibus illis, qui dele-
„ gati ad hanc rem non essent, Pastores ipsi etiam,
„ præter aliquot Ill. Suæ Cels. Servitores nobiles,
„ & deliberatio fit, ut, quousque se hoc judicium
„ extendat, appareat, an usque ad puniendos no-
„ vatores, quod concluditur. Reversis injungitur,
„ ut Fassiones suas tradant, Matthiæ quidem sim-
„ pliciter, ut Actori; Danieli, si voluerit. Fa-

„ ciunt;

„ ciunt; ſed quòd illegitimæ & intempeſtivæ ſint Faſ-
„ ſiones, utrique proteſtantur. Deliberatur, ſo-
„ lennitates judiciales in hoc proceſſu non uſurpan-
„ das, extraordinariam rem eſſe. Ita Faſſiones in
„ vigore ſuo permanent; leguntur inprimis pro
„ Matthiæ parte facientes; verùm, cum magna con-
„ fuſio & inordinatio in illis eſſet, certis ex dele-
„ gatis perſonis Ill. Sua Celſ. demandat, ut Faſſio-
„ nes in ordinem redigant, ſeparantes heterogenea,
„ & omnia ritè diſponant. Tandem tradita in ſpe-
„ cie diſciplina ab Epiſcopo, ſurgitur, resque in
„ proximum diem Lunæ differtur. Cum ambæ par-
„ tes peroraſſent, etiam Procerum Unitariorum in
„ perſona, D. Johannes Thóldalagi idem facit, ro-
„ gans Suam Ill. Celſ. ne concertatio certarum per-
„ ſonarum fraudi ſibi ſit & Religioni; affirmant
„ ſe D. Chriſtum adorare & pro Deo vero agnoſ-
„ cere. Quod pronunciatum deinde ab Epiſcopo
„ explicatur more illorum — — — Deum vo-
„ cantes traditâ à Patre Deitate. Hæc fermè Acta
„ diei primi. *Quarta Jul. Princeps Déſini*, 5ta *Sza-
„ mos-Ujvárini egit*; 6ta Compoſitio inter diſſentien-
„ tientes Unitariorum partes tractata, ſi inter ſe con-
„ cordare poſſent, ideoque Deputati non convene-
„ runt. 7ma, agitur *Seſſio ſecunda*, in qua poſtula-
„ ta partis utriusque producuntur, & poſtquam
„ Epiſcopus ob pertinaciam graviter ab Ill. S. C.
„ eſſet objurgatus, facilem ille ſe quoque ad paci-
„ ficationem offert. Tandem, cum præcipua inter
„ ipſos de directa Chriſti adoratione eſſet diſſenſio,
„ accedentibus ad eam etiam Proceribus Religionis
„ Unitariæ, fit conſenſus animorum. Deliberatur,
„ de directa Chriſti invocatione, non tamen ut ſum-
„ mi & æterni Dei, ſed ut qui poteſtatem benefa-

 „ cien-

„ ciendi à Patre in tempore eſſet adeptus. Item de „ baptizatione etiam infantum, idque in nomine „ Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti. De poculo „ Cœnæ Dominicæ in manus Communicantium tri- „ buendo. De blaſphemis Libris & Imaginibus, „ aut etiam jam rectificatæ Unitariæ Religioni con- „ trariis non ſcribendis aut imprimendis, ex aliis „ regionibus inferendis aut ſervandis ſine ſpeciali „ Principis conſenſu; item, ſi qui tales apud quos- „ piam eſſent Libri, de eorum ad Feſt. D. Marti- „ ni proximum in Capitulum Albenſe delatione, „ ſub pœna violationis pacis publicæ, concluditur. „ Item, ut cuncti Unitariæ Religionis Miniſtri [*in* „ *Synodum convocentur, hanc Confeſſionem edocendi*, &] „ à prima eorum concione ſecundùm hanc formam „ doceant, & in Synodo Catechiſmum conſcribant, „ revidendum in termino juridiciali proximo à Do- „ minis Conſiliariis & Aſſeſſoribus. Item, pœnæ „ executio in contravenientes Summo Magiſtratui „ defertur — — —. Matthias priſtino honori „ ac functioni reſtituitur. Hunc ferè in modum, „ in his Comitiis Religio Vnitaria rectificatur, Sua- „ que Ill. Celſitudo de Templo decedit. 8va Jul. „ finitâ Unitariæ Religionis rectificatione, blaſphæ- „ morum in Chriſtum contumeliæ examinantur, „ collata certis perſonis ab Ill. S. C. ad id authori- „ tate, quæ quæſtio habita eſt in Curia Déſienſi. „ 9na ſubſcripſerunt Ill. S. C. & D. Deputati deli- „ berationibus de rectificata Religione Unitaria, iti- „ dem & Epiſcopus ejusdem Religionis cum ſuis, „ & Matthias Szörös, & Primates Sectæ illius. „ Adnectit demùm Hallerus, tale ſe à Principe man- datum 16ta Jul. accepiſſe, ut Judaizantes in Faga- ras ad labores (procul dubio die præſertim Sabba-

thi,

thi, quo ipsi Festum agere solebant hebdomarium) præstandos cogat. De his Comitiis, sententiam quoque Libri, manu exarati, cui titulus est: *Ortûs & Progressûs Religionis Vnitariæ in Transsilvania brevis delineatio*; quin huc adscribam, temperare mihi nequeo: „*Daniel Beke* fit Episcopus 1636, mor. 1661.
„ Sub hoc quidem accusarunt Principi Vnitarios,
„ quasi suspectos Judaizationis; suspicio hæc inde
„ orta videtur, quòd in quibusdam pagis Unitariis
„ fuerint aliqui Judaizantes, qui Unitariorum Tem-
„ pla frequentarunt, at occultè suos habuerunt Pa-
„ stores, qui illis Judaicas quasdam ceremonias in-
„ stillarunt, & nocturnos occultosque conventus
„ instituerunt religionis causa, ac Judaicæ religio-
„ nis quædam capita docuerunt. Fuerunt autem
„ tales maximè in Sede Marus & Keresztur, ac alibi,
„ non solùm Pagi aliqui, sed etiam Magnatum qui-
„ dam, inter quos *Simon Pécsi* Cancellarius Regni,
„ qui etiam Judaismum in Transsilvaniam introdu-
„ xerat. Nostro etiam tempore [*hoc ult seculo* 18vo]
„ in pagis Ernye, Ikland, Ujfalu, qui non ita pridem
„ in Comitiis Regni examinati, confiscatione Bo-
„ norum mulctati sunt: quidam eorum ad R-Ca-
„ tholicam Religionem transiverunt (ad alias enim
„ transire permissum non est,) plurimi verò solum
„ patrium verterunt. Episcopus igitur Daniel Be-
„ ke, nomine Ecclesiarum Unitariarum, Confes-
„ sionem exhibet Principi, in Oppido Dés A. 1638,
„ ut Unitarios à suspicione Judaizationis liberaret.
„ Quæ fuit sequentis tenoris: Vide in *Summa univer-
„ sæ Theologiæ, Part.* 4. *Cap.* 4. — —. Hujus tem-
„ pore fit compositio per Principem Rakocium,
„ inter Saxones [*qui pauci erant*] & Hungaros Uni-

„ tarios Claudiopoli, ut templa alternatim frequentarent „

Mortuo Danieli Beke, Superintendenti Unitariorum, ſucceſſit *Joannes Járai*, quo brevi defuncto, Officium Superintendentiæ, duobus ferè annis, ob bellorum motus, vacavit. Creatus tandem An. 1663. *Balthaſar Kontz* de Nagy-Sólymos. Eum excepit *Dan.* Marcus *Szent-Iványi*. Hunc *Paulus Bedö*, electus An. 1689, 19 Jun. in Synodo Ditſö-Szent-Mártonini celebrata, & confirmatus à Principe Apafio, collato ei (quod habemus) Diplomate, die 25 Jul. ejusdem anni. Succeſſit ei *Mich. Kövendi* ex Paſtore Derſenſi, Senioreque Tractûs Udvarhelyenſis & Generali Notario, An. 1691. *Mich. Almáſi* factus An. 1692, mort. 1721. *Sig. Pálfi*, Paſtor Claudiopolitanus, & Generalis Conſiſtorii Notarius, creat 1721, mort. 1737. *Not.* Valentinus *Radecius*, utpote Nationis exoticæ, lingvam hungaricam, cum venit in Transſilvaniam, penitùs ignoravit, ſtatumque Eccleſiarum minùs perſpectum habuit: unde non ſatis vigilantiæ à ſuis arguebatur, & decernebatur, „ ne unquam Superintendens creetur, *niſi qui ſit Nationis Hungaricæ.*

XII. *Ad pag.* 229. *lin.* 10.

Quando & quam ob cauſam *Poloni* Unitarii in Transſilvaniam venerint, è Scriptoribus Rerum Polonicarum adæquatè cognoſcendum cenſemus. Nos brevem hiſtoriam, ex Tractatu manuſcripto, *Notæ quædam de Fratribus è Polonia exulibus*, inſcripto, exhibemus. Hi proinde, propter Religionem à *Fauſto Socino* acceptam, Poloniâ emigrare (niſi ad Eccleſiam Rom. Catholicam, ſub præfixis terminis, redirent) juſſi, An. 1660, multis eorum in varias Europæ partes dilapſis, Transſilvaniam ſibi deligentes,

tes, "infauſtis auſpiciis curſum terminarunt: vix
„ enim Carpaticos montes trajecerant in Márama-
„ rus Regni Hungarici Comitatum, dum, Comi-
„ tis Franciſci Rhédei protectione in quodam Op-
„ pido hoſpitantes, à militibus miſeri exules de-
„ prædantur, deſpoliantur; & exulum præterpro-
„ pter quingenti, viatico ſimul & omnibus, quæ
„ poterant è flammis Poloniæ eripere (ad divenden-
„ da enim Bona, certus terminus indultus erat: ſed
„ multi nullo modo poſſeſſiones ſuas divendere po-
„ terant, incolis haud ignaris, pro eis has reman-
„ ſuras,) ſuppellectilibus, veſtibusque ad nudita-
„ tem usque ſpoliati ſunt, miſerando modo. Cum
„ verò hi Claudiopolim, è ſede exilii, delegerant;
„ Claudiopolitani Fratres [*Fidei*,] licet ipſi etiam
„ tunc temporis, ob bellum, omni argento & au-
„ ro erant exſaccati & eviſcerati, his exulibus ſuc-
„ currunt, nudos veſtitu, egentes commeatu, in-
„ opes viatico, inſtruunt, vehicula itineri ſubmit-
„ tunt, humaniter in Vrbem ſuam eos deducunt,
„ & non tectis tantùm, ſed mœniis etiam ſuis aman-
„ ter excipiunt, omnibusque fraternæ charitatis of-
„ ficiis humaniſſimè proſequuntur. At aër tunc
„ temporis peſtiferè infectus, novos Hoſpites ſubi-
„ tò corripiens„ *&c.* Corrigendi adeoque ſunt, qui
exiſtimant, Religionem Unitariam, ſeculo 17mo,
per hos Polonos in Transſilvaniam eſſe traductam.

Poloni hi etſi in Articulis Fidei nihil abs Hungaris Unitariis differant, eorum lingvam calleant, parique veſtitu amiciantur: Eccleſiaſticum tamen fundum pecuniarium ſeorſum habent, Cultum Divinum proprio Oratorio in platea Monoſtor (ubi & Hungari Unitarii unum, alterum autem Oratorium in Platea media habent) lingvâ vernacula peragunt,

& quibusdam ritibus externis ab Hungaris discedunt. Morem quemdam eorum, apud Hungaros non obtinentem, memorasse sufficiat: Si contingat aliquem inter eos cum aliquo jurgari aut certare; causam jurgii inferens, publica deprecatione in Ecclesia culpam abstergere tenetur. Fit nonnunquam, reconciliationem reus ut renuat, atque ad Hungarorum Vnitariorum Cœtum transeat, nec Polonorum amplius Oratorium adeat: quod plerisque vix non apostasiæ rationem habere videtur. Fiet tamen brevi, ut ambæ in unam coalescant Parochiæ societatem: quòd jam ex Gente Polonica juvenes ad munus Pastorale parati & instructi haud reperiantur.

XIII. *Ad pag.* 234 — 236.

Episcopus Fagarasiensis, in Arce *Fagaras* domicilium habebat, Pagumque vicinum *Alsó-Szombatfalva*, cum Dominio *Szamos-Ujvárensi*, Cæsareâ donatione possidebat: at postea Oppido Szamos-Ujvár Armenis, Alsó-Szombatfalvâ verò diversis Possessioribus cedente, Dominium Balásfalvense Episcopo & Basilitis donatum est. Hodiernus tamen Episcopus, ne nomen à *Fagaras* nactum citra rem ipsam gereret, domum in Oppido Fagaras emit, propè Valachorum Templum, cui Turris, tribus canora campanis, adjacet.

In pago Balásfalva (Germ. Blasendorff, Valachis *Blas*,) ad angulum à confluente *magni & parvi Küküllö* fluviorum formatum, loco plano sito, Valachisque (quos solos putavit *Szászkius* in Geogr.) & Hungaris Helv. Conf. addictis suamque Parochiam habentibus culto, Domus ipsa Episcopalis, castro aut arce hodie minùs circumclusa, formam habet propugnaculi fermè rotundi (Rondel,) in cujus super-

perliminari leguntur: *Hanc domum fecit edificare Georgius Bagdi fide terminavit eam, post Christi nativitatem Anno M. DXXXV, tempore magne famis, cum agricola suum faciebat unum cubulum tritici florenis quatuor vel citra. Hoc opus fe. Stephanus Lapi de Tasad.* Ex hoc limine inferiore, hoc anno 1777, 18. Jun. cum Reverendiss. D. LADISLAO PHILOTHEO Excellentissimi D. Episcopi Vicario, Theol. ac Philosophiæ Doctore, nec non Rev. D. LADISLAO BENEDICTO FARKAS *de Fagaras* Philosophiæ Doctore, ascendimus in cubiculum Episcopi, ubi conspexi sequentes effigies & earum inscriptiones; litteris majusculis:

Athanasius Episcopus Nationis Valachicæ in Transilvania anno 1701.

Joannes Nemes L. B. de Patak Episc. Fogaras in Transylv. Ritûs Græci Coll. Pazm. Alumn. & Benef. anno 1716.

Joannes Innocentius L. B. Klein de Szad, Episcopus Fagarasiensis anno 1729.

Petrus Paulus Aaron de Bisztra Episcopus Fagarasiensis anno 1752.

Athanasius Rednik Eppus Fogorosiensis, obiit 3*tia* *Maji, anno* 1775, *Episcopatûs* 7*mo*, *ætatis verò suæ* 51.

Leontius Moschonas ex Paranaxia Eppatûs Fogarasiensis Archimandrita 1738. Sunt præter has, simulacra quoque Imperatorum, Imperatricum, ac aliorum.

E cubiculo Episcopi occidentem versus aperitur janua, in privatum Oratorium Episcopi, cujus limini supero adscripta sunt: *Anno Christi MDXXXIII. Georgius Bagdi.* Ex eodem Cubiculo austrum versus itur in aliam domum, ubi Abacus Vestiarius Viennâ non pridem adlatus, ele-

gantiſſimus, Cruces pretioſæ, mitræ &c. adſervantur. Superiùs aſcendentibus, ſub ipſo tecto, viſus eſt locus, quo *Simon Pécſi* (*pag.* 408,) loci poſſeſſor poſt Petrum Bethlen, Principis Stephani filium (ad quem, notam incurrente Pecsio, denuo poſſeſſio loci redieret; ſed An. 1646, 3 Aug. in Bán Hungariæ mortuo, Fiſcus, cum vidua Bethlenii legataria conveniens, adprehendit: ut docet *Stephanus Hegyeſſi*, cujus *p.* 393 meminimus, in quodam Manuſcripto, 5 philyris, An. 1669 hanc in rem concinnato. Poſtea, Collatione Principis Bartsai obtinuerat *Gabr. Haller*, *p.* 390, cui Anna Bornemiſza Principiſſa ſucceſſit,) more Judæorum, Holocauſtum facere conſveverat. In curia Epiſcopali, orientalem extremitatem, qua olim arcis murum ſtetiſſe conjecimus, ſurrexerunt amplæ ædes, & Studentium hypocauſta (Claſſes vulgò vocantur,) quæ ab auſtro terminantur Templo, atque Turri A. 1776 eleganter ſtructâ & tectâ, laminâ ſtanno obductâ.

Epiſcopali è Reſidentia, ortum verſus, per forum, Nundinis, & Foro diebus Jovis hebdomadali, frequentatum, tranſitur in Monaſterium Baſilitarum, quod illis communiter *Capitulum* audit. Numerantur iſthìc PP. Baſilitæ 13; quorum ſunt Theologiæ Profeſſores 4, Philoſophiæ 1, Rhetorices & Poëſeos 1, Syntaxeos & Grammatices 1, Principiorum 1, Elementorum 1. Baſilitæ, qui in hoc Monaſterium parantur, tres continuò ſunt Romæ, Aug. MARIÆ THERESIÆ Alumni. Viennæ pariter, & Tyrnaviæ hunc in finem parantur. In Convictu Balásfalvenſi, Docentes Diſcenteſque, ultra 70 perſonas aluntur.

Bona Epiſcopalia veniunt nomine *Dominii Balásfalvenſis*, ad quod pertinent, integri pagi: *Csifut*

ſeu

ſeu Csufut, *Száſzpatak*, Valachis *Szpatak* Vici Valachici, & his amplior nominatiorque *Monora* coloniæ Saxonicæ. Item, majori ex parte: *Vejſze* ſeu Veze aut Vétzke, *Tür*, *Péterfalva*. Nec non, portiones poſſeſſionariæ in *Pánád*, *Szantsal*, *Iklód*, *Szépmezö*. Quæ omnia loca ſunt in Comitatibus, Albenſi Inferiore & Küküllö. Baláſfalva, demptâ portione Nobilis Familiæ *Keſzei*, Epiſcopo ſimiliter paret. Decimæ horum locorum, cum proventibus duarum molarum, cedunt Baſilitis. Incolæ inſuper Csifudenſes præſtant labores manuarios ad monaſterium, in cujus reſtaurationem & ornationem Aug. D. MAR. THERESIA, 12000 (ut relatum accepimus) florenorum, elargita non pridem eſt.

Primus Epiſcoporum Fagaraſenſium eſt, *Tit.* D. Epiſcopus GREG. MAJER, quem AUGUSTISSIMA *Status Conſiliarium* dixit, adeoque titulo *Excellentiſſimi* ornavit. *Theologus* jam præter Baſilitas, e diverſo Ordine, nullus eſt.

XIV. *Ad pag.* 241.

De *Popis Non-Vnitis*, cognitione quàm maximè ſunt neceſſariæ, *circulares* Excelſi Regii Gubernii, his diebus per Transſilvaniam circumlatæ; *quæ præmiſſis præmittendis* (Vid. *p.* 44,) ſic habent: „Deficiente Græci Ritûs Non-Unitis in M. hocce Principatu exiſtentibus proprio Epiſcopo, ut non tantùm Benigna Suæ Majeſtatis Mandata, quibus ſine Ordinationis ad vicinam Valachiam & Moldaviam egredi interdictum eſt, eo certiorem ſortiantur effectum, verum etiam ſuperflua augmentatio Poparum in præjudicium Dominorum Terreſtrium æquè ac Contribuentium vergens, præpediatur, dignata eſt Sacr. Sua Majeſtas, Gubernio Regio, medio Benigni Sui Reſcripti de

„ 10ma

„ 10ma nuper effluxi M. Julii emanati notum facere, „ potestatem hanc ordinandi Episcopo Non-Vni- „ torum Budensi, SOPHRONIO CYRILLOVICH, „ pro parte M. hujus Principatus, ad tempus, & quo- „ ad è re servitii Regii visum fuerit, sequentibus „ sub conditionibus viâ Deputationis Aulicæ in Illy- „ ricis eidem jam intimatis, clementer collatam „ esse, nimirum, ut 1° Ordinationem Poparum „ gratis peragat; quin secùs, illud, quod hoc ti- „ tulo exegisse, aut acceptasse convinceretur, in „ quadruplo restituendum foret. 2° Sub gravi mul- „ ćta, ad causam piam præstanda, nullum Popam, „ pro M. hoc Principatu, ordinet, nisi Passuales „ per R. Gubernium, viso testimonio Vicarii in „ Transsilvania constituti de examine super sufficien- „ ti doćtrina & capacitate suscepto, nec non edo- „ ćto Domini Terrestris ad Ordinationem Consen- „ su, exarandas exhibuerit. 3° Memoratus Epis- „ copus, quoniam præmissæ dispositiones præcisè „ ad aćtum Ordinationis restringuntur, de reliquo „ nullam Jurisdićtionem sibi in Clerum Non-Vnitum „ Transsilvanicum arroget; verùm illa, quæ aćtu „ observantur, vel, ex parte Politici, in posterum „ quoque statuentur, in suo pleno vigore maneant. „ Vicario Græci Ritûs Non-Vnitorum, JOANNI „ POPOVITSCH, de iis, quæ in effećtum Altissi- „ mæ hujus Ordinationis ad ejus partes pertinent, sub „ hodierno sufficienter instrućto. Committitur Do- „ minationibus Vestris, ut omnibus Græci Ritûs „ Non-Vnitis, in ꝭ[?]ate Circulo degentibus, publi- „ cari curent, quòd illi, qui ad Ordines adspirant, „ Testimonium à Vicario super examine exaratum, „ nec non Attestatum legitimum, quòd Dominus „ Terrestris in Ordinationem consentiat, Officiali- „ bus

„ bus Circulorum producere teneantur; quorum „ subinde erit utrumque Attestatum R. Gubernio, „ penes breves Relationes, submittere, in quibus „ non tantùm locus, ubi Ordinatus dein domicilium figere velit, adjectâ reflexione, an ibidem „ pro numero animarum, constitutio Popæ necessaria sit? indigitandus, verùm præcipuè, an Candidatus è M. hoc Principatu oriundus sit, exprimendum erit; siquidem Sua Majestas non nisi „ tales ad Ordinationes admitti velit. Sic facturis „ Altefata Sua Majestas Sacratissima benignè propensa manet. E Regio Magni Principatûs Transsilvaniæ Gubernio. Cibinii 5ª Aug. 1777.

„ Joan. Com. Nemes.

m. pr.

„ Mich. de Brukenthal. Sec.

XV. *Ad pag.* 248. 249.

Collegium seu Residentia Patrum S. J. Claudiop. ut & Seminarium, Domus Convictûs, & Templum Academicum, atque adeo etiam Universitas Cæsareo-Regia Claudiopolitana (demtis tamen adhuc nonnullis Scientiarum Professionibus; diversis Viris commissis,) indultu Cæsareo-Principali, cessit, PP. Clericis Regularibus Scholarum Piarum, An. 1776, 15 Oct. introductis, qui 19 numerantur; novem eorum Philosophica ac disciplinarum Studia tradentibus, reliquis verò Rectorem, Regentem, Concionatorem, &c. agentibus. Rector I. ac Eruditiss. Patrum recitavit non pridem Orationem, quæ excusa inscribitur: *ORATIO, quam in Cæsareo-Regia Vniversitate Claudiopolitana, dum solemnibus auspiciis, AA. LL. Scientiarum studia instaurarentur, dixit STEPHANVS PÁLLYA, Clericus Regularis è Scho-*

Scholis Piis, *AA. LL. Philoſophiæ ac Mathes. S. Canonum & SS. Theol. Profeſſor emeritus*, *& Collegii Scholarum Piarum Rector. Anno Scholaſtico* 1777. *Menſe Nov.* in 4to. Studentes in Vniverſitate 400 circiter numerantur, quorum 150 in convictu Nob. 150 in Seminario, reliqui conductis in civitate hoſpitiis fruuntur.

Series Profeſſorum Celeberrimorum, qui hoc 1777 anno, tam Eccleſiaſtico, Religioſoque, quàm Sæculari è ſtatu, in *univerſarum Scientiarum Academia Claudiopolitana*, Juventutem erudiunt, hæc eſt: (a) *Facultate Theologica*: 1.) Admodum Rev. D. IOSEPHUS BELA, Protonotarius Apoſtolicus, SS. Theologiæ Dogmatico-Speculativæ & Sacræ Lingvæ Profeſſor Publicus Ordinarius. 2.) A. R. D. MICHAEL BURIAN, SS. Theol. Dogmatico-Practicæ & S. Scripturæ Prof. P. Ord. 3.) A. R. D. PAUL. HORVÁTH, SS. Th. Moralis P. P. O. 4.) A. R. D. JOS. VOJKVL, Hiſtoriæ Eccl. P. P. O. (b) *Ex Facultate Juridica*: 5.) Perilluſtris D. JOAN. FARKAS *de Köd*, Juris Canonici & Criminalis P. P. O. 6.) Perill. D. JOAN. WINKLER, Juris Patriæ P. P. O. 7.) Perill. D. ANTON. CAROL. FORTINI, Jur. Nat. & Inſtitutionum Imperialium P. P. O. (c) *Ex Facultate Philoſophica*: 8.) Rever. Pater IGNATIUS MURÁNYI à Matre DEI, Prof. Phyſicæ, & Decanus Philoſophorum P. O. 9.) R. P. NORBERTUS SCREIER à S. Bernardo, Prof. Logicæ Metaphyſicæ & Ethicæ P. O. 10.) R. P. IGNATIUS MALINOVITS à S. Nepomuceno Prof. Matheſ. P. O. 11.) Perill. D. ANTON. DOBOKAI, Studii Politici P. P. Ord. (d) *Ex Facultate Artium*: 12) R. P. AUGUSTINUS PECK à S. Joanne Nepom. Prof. Rhetoricæ. 13.) R. P. MARTIN. BOLLA à Conceptione B.

M.

M. V, Prof. Poëſeos. 14.) R. P. STANISLAUS IZIKUTZ à Joanne Baptiſta Prof. Syntaxeos. 15.) R. P. JOAN. ROHÁTS ab Aſſumtione B. M. V. Prof. Grammaticæ. 16.) R. P. DOMINICVS LENGYEL à S. Juliana, Prof. Principiorum. 17.) R. P. GABR. SVBÁNYI ab Aſſumtione B. M. V, Profeſſor Majoris Parvæ, & Claſſium Elementarium. 18.) Perill. D. JOS. LAFFER, Chyrurgiæ & Obſtetricæ Magiſter. Horum 4 priores ſunt P . Petrini, ſive è Clero Sæculari; 5, vlt ſub num. 5, 6, 7, 11, 18. Viri Sæculares; 9 è Familia Patrum piarum ſcholarum. Hæc de Vniverſitate Claudiopolitana. De SCHOLA vero NORMALI, quæ, providentiâ Auguſtiſſimæ Principis, Cibinii, non pridem, inſtituta eſt, in deſcriptione Cibinii agemus.

XVI. *Ad pag. 265.*

Mich. A. Ajtai, d. 16. Nov. hora 6ta veſpertina, A. 1776, poſt trium Septimanarum morbum, vitam finivit. Natus erat in pago Száraz-Ajta Sedis Siculicalis Miklósvár, An. 1704, 29 Sept. Patre uſus *Joanne Abod*. Matre *Anna Nagy*. Primis Litterarum elementis in Ludo Litterario loci natalis abſolutis, ſtudia, quibus ætas puerilis ad humanitatem informari ſolet, in *Gymnaſio Areapolitano* didicit, hinc, An. 1719, *Collegium Nagy-Enyedenſe* ſalutavit, ibique (dempto An. 1721mo, quo in *Scholam Saxopolitanam* diverterat) litteris incubuit ad An. 1727, quo, ad regenda ſtudia juvenilia, formandosque mores, *Comitum* trium Fratrum, *Stephani*, *Georgii*, & *Ladislai Bethleniorum*, à Moderatoribus Collegii deſtinatus eſt. Pari deinde ratione, *Sigismundo*, filio S. R. I, Comitis Joſephi *Teleki* de Szék, ſtudiorum Moderator datus. Hic ibique officium ſuum cum

laude implevit. Poſtea, An. 1732, relicto patrio ſolo, *Academiam Francofurtenſem ad Viadrum*, ubi Jo. Ern. Jablonskium biennio coluit, tùm *Franequeranam*, adiit. Patriam tandem repetens, munus *Concionatoris Aulici apud* Comitiſſam *Catharinam Bethlen* Joſepho-Telekianam An. 1735, M. Sept. complexus, tanta commendatione usque exitum anni 1737^{mi} adornavit; ut tum vacua Profeſſoris Philologiæ in Illuſtri Collegio N-Enyedenſi Cathedra eì deferretur. Initium ibi docendi ab Oratione aditiali fecit, quam *de uſu & neceſſitate Philologiæ*, 15 Jan. An. 1738, publicè recitavit. Non autem docendo tantùm, ſed ſubſidium quoque ferendo, Diſcentium ingeniis opitulatus eſt. Decem ſanè ſunt in Collegio Enyedenſi Togati (i. e. Studioſi veſtibus talaribus induti,) qui ultimâ ejus voluntate, ſinguli ſingulos quadragenos florenos annuos, ad juvanda ſtudia ſua percipiunt, & *Alumni Ajtaiani* nuncupantur. Horum Beneficiorum diribitorem extremis verbis voluit eſſe Succeſſorem ſuum, Cl. D. GEORGIUM KÖRÖSI, Eloquentiæ & Hiſtoriarum Profeſſorem Celeberrimum; qui Vitam quoque Deceſſoris, Epiſtolari ſcribendi genere, complexus eſt. Benevolentiæ Ajtaianæ teſtes etiam ſunt, Gymnaſia, Cibinienſe, Schæsburgenſe, & Medienſe, Auguſtanæ Confeſſioni addictorum; Areapolitanum item ac Saxopolitanum, nec non Eccleſiæ Enyedenſis, Fel-Enyedenſis, Miriſzlóënſis, Détsεenſis, & Felſö-Bányenſis, Helv. Conf. addictorum, quæ & quas ducentis (alicubi trecentis) florenis auxit. Laudationibus funebribus quia coli noluit, unus tantùm ſermo ſacer exſequialis à Cl. JOANNE BARITZ recitatus eſt in Templo Enyedenſi, ſepulcro ibidem adſidentibus defuncti Alumnis:

cum

cum aliàs in funeribus magnorum Virorum, duo quoque S. Sermones, & Oratio insuper funebris, recitari soleant sæpiùs.

XVII. *Ad pag.* 278. *lin.* 13. 14.

Dissertatio *Georgii Huszti* prodiit sub titulo: *Diss. Philologica de Lingvæ Hebrææ Synonymis ex origine illustrandis.* Lejdæ 1758. 4. Defendit ibidem Schultensii *Disputationem* 15. 16. & 17^mam^ *ad Origines Hebræas.* 1737.

XVIII. *Ad pag.* 278. *lin.* 25.

Hodiernis Professoribus Celeberrimis Claudiop. accensendus, Cl. D. GEORG. MÉHES, qui post studia academica Gottingana & Ultrajectana, redux, factus erat V. D. M. Ill. Supr. Consistorii, anno verò 1776. M. Nov. Lector Philosophiæ.

XIX. *Ad pag.* 290. *lin.* 26.

Post vocem: *conscendit*, adde: Mense Octobri. 17. Clar. D. SAMUEL SZABÓ, ex Academia Lugduno-Batavâ, quo à Musis Enyedensibus profectus fuerat, redux, Professor Philos. ac Mathes. in locum defuncti Cl. Stephani Intze, die 28. Jun. 1776, inauguratus.

XX. *Ad pag.* 299. *lin.* 26, 27.

Celeb. D. Simeone Borosnyai officio (frustra reluctantibus Ill. Supr. Ecclesiar. Curatoribus) renunciante, An. 1776 Generalis Notarius creatus est Reverendus admodùm ac Clar. D. SIGISMUNDUS EPERJESI, Pastor tum Ecclesiæ Gálfalvensis in Diœcesi Kükülloensi, jam Fel-Vintzensis in Diœcesi Enyedensi.

XXI. *Ad pag.* 321. *lin.* 4.

Immò, Adolescentes Valachi, in Monasterio Balásfalvensi, Lingvam etiam Latinam colunt.

XXII. *Ad pag.* 340. *lin.* 20—22.

Credebamus Cl. *Petro Bod*, docenti e *Czvittingero*; Heltaium latinè & hungaricè Historiam Matthiæ Hunyadi evulgasse: sed rectè Cl. *Jer. Hanerus* contrarium adserit, in *Adversariis de Scriptoribus Rer. Hung. & Transilvanicar. Scriptisque eorundem antiquioribus*, p. 201, ubi docet, Opus hoc, idiomate tantùm latino, An. 1565 Claudiopoli in Transilvania in folio editum, sub titulo: *Historia Inclyti Matthiæ Hunyadis, Regis Hungariæ Augustissimi.* Tenendum etiam putamus, Versionem Decreti Verböcziani à Caspare Heltai 1571. editam non primam esse: sed Versionis *Blasii Veres* An. 1565 Debreczini evulgatæ, tam ratione Versionis, quàm Impressionis, emendationem, teste ipsomet Heltaio; qui tamen à hodierna orthographia & recta vocum ratione procul sæpè discessit. Ex. gr. dum scribit: *Supoliaj Janos, à Scepesi földnek öröcke valo Hispanya, Erdelj Wayda, Szekellyeknec Hispanya, és közönséges Hadnagy.* Pro *Tót*, quod Sclavum significat, habet *Todt*; pro *Gyula Fejérvár*, scribit *Jula Feyruari*, &c.

XXIII. *Ad pag.* 347. *lin.* 9—11.

Prodiit Noribergæ 1651 Grammatica, sub titulo: *Elementa Grammaticæ Latinæ pro recta institutione Juventutis Scholasticæ, ex prolixioribus Grammaticorum Præceptis in breve compendium contracta à GEORGIO MOLNAR. Nunc demo edita opera & impensis GEORGII ENVIDENSIS, Transsylvani. Noribergæ Typis Michaëlis Endteri Anno M. DC. LI.* in 12mo philyr. 6. Pro *Gregorio* ponitur in titulo *Georgius Molnár*; pro *Georgio Enyedi* aut *Enyedensi*, Georg. *Envidensis*, Enyedium vero fuisse editorem, patet

ad

ad calcem Libri. In Dedicatione denique pro Comite de *Nádaſd*, ſcribitur *Medaſd*.

XXIV. *Ad pag.* 348. *lin.* 8.

Titulus Chronici Székeliani eſt hungaricus: *Chronica, ez Világnak yeles dolgairól.* i. e. *Chronicon de hujus Mundi inſignibus rebus.*

XXV. *Ad pag.* 348. *poſt lin.* 10.

ANDREAS *Márk* SZENTGYÖRGYI de Sepſi Szent-György, gnatorum Wolffgangi Kovácsoczi Cancellarii Informator; ad Vota ſecunda Kovácſoczii cum Chriſtina Kendi, ſcripſit Carmen Nuptiale non inelegans, quod impreſſum eſt Claudiopoli 1593. 4. Ejus pariter eſt: *Carmen Nuptiale. In Gratiam Egregii Domini Pauli Benkneri* (coronenſis) *Sponſi, & Annæ Kertſiæ Sponſæ, Conſcriptum ab Andrea Marci Szentgiörgino. Impreſſum Claudiopoli Typis Heltanis, Anno D.* 1593. 4.

XXVI. *Ad pag.* 351.

A *Hontero*, præter illos, quorum meminimus, varii ſanè Libri ad publicam utilitatem editi ſunt, nobis etiam ipſis plerique viſi. 1) *Grammatica Græca & Latina.* Ex hac, *Compendii Grammatices Latinæ Libri duo*, An. 1567, 8^va^ forma, plag. 12, recuſi. 2) *Rudimenta Præceptorum Dialectices ex Ariſtotele & aliis collecta.* Item: *Compendium Rhetorices ex Cicerone & Quintiliano.* Coronæ 1539. 8. Conſtant 30 foliis. 3) *Sententiæ ex Libris Pandectarum.* Coron. 1539. 8. 4) *Divi Aurelii Auguſtini Hipponenſis Epiſcopi Hæreſ. Catalogus.* Coron. 1539. 8. 5) *Sententiæ Publii mimographi, Enchiridionque Xiſti, & Diſticha Catonis, cum aliquot Opuſculis Senecæ.* Coron. 1539. 8. 6) *Nili Monachi Græci Catholicæ Sententiæ.* De his ſcribit Caſpar Peſthienſis, in Præfatione ſtatim memoranda: „Sententias Catholicas Nili

„ Monachi Græci antea nunquam impreſſas, ex ve-
„ tuſto quodam exemplari nobis quaſi denuò pe-
„ perit. „ 7) *Epitome Adagiorum Græcorum & Latinorum juxta ſeriem Alphabeti. Ex Chiliadibus Eraſ. Roterodami.* Coronæ 1541. 8. philyr. 7. Prodiit cum Præfatione Caſparis Peſthienſis, quâ Opera Honteri, ſub numeris 1—6 memorata, recenſet. Præfatio ſic incipit: „ CASPAR PESTHIENSIS STUDIO-
„ SIS CORONENSIBUS SALUTEM. Cum mihi
„ per tempeſtates bellorum, quæ ſtatim poſt obitum
„ Sereniſſ. Principis, quondam Do Joannis Regis Vn-
„ gariæ ſubſecutæ ſunt, in Vngariam exeundi facultas
„ nulla eſſet: — — — inter cogitandum ſubit
„ mihi in mentem vetus illa neceſſitudo, quæ jam
„ inde ab aliquot annis inter me & Coronenſes in-
„ terceſſerat: cujus recordatione permotus, huc
„ me potiùs quàm aliò conferre volui. — — Et
„ certe ſi aliqua civitas, patria excepta, mihi cha-
„ ra fuit, Coronam hanc ſemper amavi pluriinùm:
„ tum propter civium ſummam erga omnes huma-
„ nitatem, tum verò quod bonis diſciplinis diligen-
„ ter exculta nihil prius virtute duceret, eamque
„ non vulgari amore amplecteretur. Cum igitur
„ hic frequens in ædibus amici (*Honteri*) verſarer,
„ compendia quædam ex præſtantiſſimis ſcriptori-
„ bus ad utilitatem ſtudioſorum erudita quadam bre-
„ vitate compilata conſpexi: qua quidem ex re non
„ mediocrem animo percepi voluptatem Nam cum
„ eruditio ſine præſidiis librorum nulli facile contin-
„ gat, locaque illa quæ nobis librorum copiam facere
„ conſueverunt, ita à nobis diſſita eſſent, ut aut
„ raró admodum libri ad nos perferrentur, aut
„ etiam allatorum, propter inopiam rei familiaris

„ mul-

„ multis emendi poteſtas deeſſet, aſſiduitate dili-
„ gentiaque ejusdem (*Honteri*) effectum eſt, ut Ty-
„ pographiam vobis utiliſſimam, & apud nos antea
„ non viſam, ſuis ſumptibus fieri curaret: ut ex
„ bonis authoribus optima quæque ad cultum in-
„ genii veſtri deſumpta (ne multum temporis in
„ ſcribendo amitteretur) typis ſtatim excuſa in lu-
„ cem prodirent. Primùm igitur Grammaticam græ-
„ cam & latinam — — tanta felicitate edidit: *&c.*

8) *Rudimenta Coſmographica. Cum Vocabulis Rerum.* Coronæ 1541. 8. (Iter. 1542.) Liber totus hexametris exaratus, habet *Rudimentorum Coſmographicorum Libros III.* qui foliis 19 comprehenduntur. Tertius ſic incipit: *Hactenus Europæ luſtratis ordine regnis.* Tum, 4[ti] inſtar Libri ſequuntur *Animalium & Membrorum nomina* foliis duobus, totidem deinde *Plantarum & fructuum nomina;* binis poſtea *Rerum artificialium nomina,* binis ad extremum *Officiorum* quoque *& Morborum nomina.* Hæc excipiunt *Inſignia Civitatis Coronenſis* folio uno, *Circuli Sphæræ cum V. Zonis* folio ſimiliter uno, cujus averſa parte, *Ordo Planetarum cum Aſpectibus*, conſpicitur. Poſt hæc, *Regiones & Nomina Ventorum*, *Univerſalis Coſmographia*, & *Tabulæ Geographicæ*, 13 foliis abſolvuntur. Ad calcem denique Libri leguntur: IMPRESSUM IN INCLYTA TRANSYLVANIÆ CORONA. Et hæc quidem verba, pleroſque Codices ab Hontero & Val. Wagnero editos, claudere ſolent. Tabulæ ligneæ Mapparum Geographicarum, hodieque in Typographeo Seuleriano (quod ex Honteriano, crebris reſtaurationibus factis, derivatur) Coronæ ſuperant. 9) *Reformatio Eccleſiæ Coronenſis, ac totius Burcenſis Provinciæ.* Coron. 1543. 8. folia habet 16. Recuſus Li-

ber Vittebergæ eodem anno, 8. 10) *Philippi Melanchthonis de Controversiis Stancari Scripta.* Cor. 1543. 8. fol. 19. 11) *Disticha, N. T. materiam, & ordinem Capitulorum cujusque Libri per literas initiales indicantia.* Cor. 1545. 8. fol. 12. 12) *Agenda*, für die Seelensorger und Kirchendiener in Siebenbürgen. 1547. 8. 13) *Reformatio Ecclesiarum Saxonicarum in Transylvania.* Coronæ 1547. pl. 3. 14) Idem Libellus lingvâ germanica. Cor. 1547. 8. pl. 5½. 15) *Odæ cum Harmoniis ex diversis Poëtis in usum Ludi Literarii Coron. descriptæ.* Coron. 1547. 8. pl. 5. Præter hæc, *Catechismum Lutheri*, *Arati Versionem*, *Augustanam Confessionem*, *Cebetis Tabulam*, *Terentii Comœdias*, sine mentione anni & loci, *Melanchthonis Grammaticam* duobus tomis (quidam Wagnero tribuunt,) edidisse, litteris consignatum reperio: *Epistolas* ad Eruditos, Lutherum, Melanchthonem, Münsterum, ac alios exaravit plurimas, quarum collectio labor esset non ultimus. Ei etiam tribuitur *Apologia* in Comitiis Isabellæ oblata *MS.* Nec non, Scripta quædam super *Luc.* 2. *Marc.* 12.

XXVII. *Ad pag.* 352. *lin.* 19—23.

Bina Opuscula *Pauli Kyr* (non *Kir* scribitur ab ipsomet) sub uno titulo, & continuis 42 foliis, reperiuntur. *Job Kyr* An. 1554, & *Ezechiel Kyr* An. 1559, Studiosi Coronenses memorantur, in Matricula Gymnasii; quos filios Pauli fuisse existimo.

XXVIII. *Ad pag.* 353. *lin.* 9—11.

Valent. Wagner, qui, fatis cedente Hontero, typographiam curabat, variorum Auctorum Opera luce donavit publicâ, qualia sunt: 1.) Lingvâ Græca Αριϛοτελȣς περι αρετων Βιβ. α. Δημητριȣ Φαληρεως των ἑπτα Σοφων αποφθεγματα. Σοσιαδȣ των επτα Σοφων ὑποθηκαι. Coronæ 1555. 8. fol. 16. 2.) *Aristotelis*

telis Libellus de Virtutibus. Sententiæ diversorum autorum de eadem materia. Coronæ 1555. 8. fol. 12. 3.) *Definitiones multarum appellationum, quarum in Ecclesia usus est. Auctore Melanchthone. Accessit D. Augustini Liber de Essentia Divinitatis.* Coron. 1555. 8, fol. 30. 4. *Philonis Judæi de Mercede Meretricis non accipienda in Sacrarium.* Græco-Latinè. Coron. 1555. 8. fol. 12. 5.) *P. Fausti Epistolæ ad Joannem de Ganay Franciæ Cancellarium Novem, & Angeli Politiani 15.* Coron. 1555. 8. 6) *Magni Turcæ Epistolæ per Landinum Equitem Hierosolymitanum latinitati donatæ.* Item: *Aliæ quædam variorum Auctorum Epistolæ lectu dignissimæ.* 7.) *Libellus Sententiarum & Verborum gravitate refertissimus.* Coron. 1555. 8. 8.) *Insignes Sententiæ ex L. Ann. Senecæ Epistolis.* Cor. 12. 9.) *Sententiæ ex Senecæ Lib. de Ira.* Coronæ 1555. 12. 10.) *Sententiæ ex Senecæ Lib. de Beneficiis.* Coronæ 1555. 12. 11.) *Medicina Animæ, & Mortis Imago.* 12.) *Grammatices Græcæ Compendium recusum.* 13.) *Ciceronis Epistolæ Elegantiores.* 14.) *Melanchtonis Epistolæ Responsoriæ.* 15.) *Brentii Catechesis.* 16.) *Odium Calvinianorum* ejusdem. 17.) Gesangbuch. 18.) Der kleine Katechismus Lutheri ꝛc. ꝛc. Wagnerum denique, fuisse Auctorem Grammaticæ Græcæ, disco è titulo: *Valent. Wagneri Coron. Compendii Grammatices Græcæ Libri tres.* Coronæ per Martin. Wolffgangum 1630. 8.

XXIX. *Ad pag.* 371. *lin.* 30.

Annum 1712, lege 1713; & sanè Michaël II. Apafi non An. 1714, ut cum Timone putabam; sed 1713, 1. Febr. defunctus est: id quod jam alibi quoque monui.

XXX. *Ad pag.* 379. *lin.* 25.

Illuſtri *Joanni Bethlen* debetur etiam: *Innocentia Tranſylvaniæ*, edit. in 4. philyr. 3½, ſine mentione Auctoris, loci & anni. Hoc Tractatu excuſantur Status Transſilvanici, omnisque culpa deſolatæ per Barbaros An. 1658 Transſilvaniæ juſtè in Georgium II. Rakoczi transfertur.

XXXI. *Ad pag.* 383. *lin.* 20.

Titulus Scripti, quem auctor præfixit eſt: *Moribunda Tranſilvania ad pedes Sacratiſſimi Imperatoris projecta.*

XXXII. *Ad pag.* 405. *lin.* 17—20.

Neſcio quâ negligentiâ error irrepſit: eſt enim Liber, *Igaz Valláſu Kereſztyén*, opus Benedicti; Diſſertatio verò, *de Infl. Sacrif.* Joſephi Nagyári.

XXXIII. *Ad pag.* 410, 411.

Joannes Szalárdi, cujus Chronicon Manuſcriptum laudavimus, anno 1647, fuit Georgii I. Rákoczi Principis *Vice-Secretarius*, docente Privilegio *Communitatis Eccleſiaſticæ* Sedium Siculicalium Sepſi, Kézdi, Orbai, Miklósvár & Bardotz (*Vid p.* 192,) An. 1614, 10 Aug. à Principe Gabriele Bethlen dato, & à Georgio I. Rákoczio 1647, d. 10 Maji (quo Szalárdi quoque ſubſcripſit,) à Georgio II. Rákoczio autem 1654, d. 13 Julii, confirmato.

XXXIV. *Ad pag.* 412. *lin.* 1.

PETRUS SZILÁGYI, is forſitan, cujus *p.* 263 & 500. *lin.* 21. meminimus, ſtudiorum cauſa commoratus eſt Franequeræ, ibique An. 1696, ſub Præſidio Herm. Alexand. Röel, defendit non ſine adplauſu, ac edidit: *Diſſertationem Theologico-Philoſophicam, de Rerum Creatarum, imprimis Angelorum & Hominum Origine, Fine, Ordine, Eventu,* &c. 4.

XXXV.

XXXV. *Ad pag.* 412. *lin.* 4.

SZOMOSKÖZI al. *Szamosközi*, (malè Czvittingero *Samoscasius*) & ZAMOSIUS cujus *p.* 348. meminimus, unius omnino ejusdemque Viri nomina sunt, teste ipsomet Szamosközio, *Pentadum rerum Transsilvanicarum* scriptore; omni, ut spero, exceptione majore; qui in *Pentadum* fragmentis MSS. An. 1603, historiam persequens, hæc, inter cetera, memoriæ commendavit: Est ad Gradi-
„ stiam Vlpiæ Trajanæ ingens ruina, ubi muro-
„ rum vasta fundamenta, concamerata hypogea;
„ elaboratorum lapidum, antiquarum inscriptio-
„ num, sepulcrorum, idque genus aliarum rerum
„ perantiqua supersunt monumenta. Cujus urbis
„ nomen tam manifesta marmora istic ex antiquis
„ ruderibus residua loquuntur, ut nullus supersit
„ dubitationis locus, id quod latè in *Analectis lapi-*
„ *dum Dacicorum nostris, Patavii editis*, explicuimus „
Verba hæc excerpta sunt è MS. Szamosközio Ill. Domini S. R. I. Comitis SAMUELIS TELEKI *de Szék*, cujus in res Hungaricas & Transsilvanicas ingentes sunt apparatus, cujusque Bibliotheca præstantissimorum omnis generis Librorum, & Manuscriptorum ad res patrias facientium copiâ referta ac instructissima, perennem laudem meretur.

Putaverat Cl. Bod in Athenis Hungaricis, ZAMOSIUM *Analectorum auctorem*, & SZOMOSKÖZIUM scriptorem *Pentadum rer. Trans.* diversos fuisse viros; ideoque pariter ego, sub nominibus duobus duo Scriptores existimabam, tanti scilicet Viri auctoritate adductus: sed quæ in contrarium adlata sunt, dubio omni carent. Quamobrem autem *Szamosközius*, cujus *Pentadibus* Ill. Wolffg. de Bethlen freqventissimè in Historia sua usus est, nomen

ſuum, in *Zamoſium* mutaverit, appoſitè explicare (in Epiſtola ad me data) videtur Cl. ALEXAND. KOVÁSZNAI (*Vid. p.* 483.) dum cenſet, nomenclationem *Szamosközi* apud Italos, ubi agebat, barbaram apparuiſſe, ac ideo, procul dubio, *Zamoſii* nomen, facilioris enunciationis gratia, formaſſe, pro more ejus ætatis, nomina hungarica formâ latinâ græcâque donantis. Fuit denique pagus quidam *Szamosközi* (vid. p. 500.) à quo hoc nomen naſci potuit.

XXXVI. *Ad pag.* 414. *lin.* 12.

Scripſit P. NICOL. SCHMITTH *Imperator. Ottoman. Tom.* 2. *p.* 305, *Caput Telekii*, cum tribus & viginti equeſtribus ſignis Adrianopolim miſſum fuiſſe: at ſi fides, ut par eſt, habenda ſit *Michaëli Cserei* eodem prælio præſenti, ſcribentique, Corpus Telekii induſio & femoralibus Tökölii propriis indutum, conjugique Görgényinum honeſtè transmiſſum fuiſſe; conſequitur caput Telekii Adrianopolim non miſſum, ſed in Gernyeſzeg, celebri pago Telekiano ad Maruſium, in Comitatu Tordenſi, cum reliquis membris ſepultum.

XXXVII. *Ad pag.* 419. *lin.* 29, 30.

Diſputatio hæc Tsengeriana, *Joh. Henr. Biſterfeldium*, anno adhuc 1654, Theologiæ & Philoſophiæ Profeſſorem Albæ Juliæ fuiſſe, luculenter docet; cùm eidem dedicata à Tsengerio legatur.

XXXVIII. *Ad pag.* 425. *lin.* 18.

Add. hæc Manuſcripta: 1.) *Res geſtæ Synodi Vniverſalis Paſtorum Auguſtanæ Confeſſioni per Transſilvaniam addictorum, Megyeſini An.* 1666. 6 *Jul. congregatorum, conſcriptæ per Barthol. Bauſnerum, Requinienſem Paſtorem, Vniverſitatis Notarium.* 2.) *Barth. Bauſneri Eccleſiæ Requ. Paſtoris & Vniverſitatis Eccleſia-*

ſticæ

sticæ Syndici Oratio de Presbyterio Sacro, s. Ordine Ecclesiastico Patriæ, Gentis ac Ecclesiæ nostræ, qualis ille nunc est. Habita Medjesini An. 1666. 8 *Nov. sub elect. Superintendentis.*

XXXIX. *Ad pag.* 425. *lin.* 21.

Petri Besodneri, Scholæ Cibiniensis Rectoris, est etiam Opus Manuscriptum, An. 1609 & 1610 elaboratum, quod inscribitur: *Exegesis Augustanæ Confessionis, primæ illius & invariatæ, exhibitæ Carolo V. Imperatori, Aug. Vindelicorum* 1530.

XL. *Post lin.* 20. *pag.* 429.

JOANNIS FUCHSII Coronensis Opusculis, quæ *Cl.* HORÁNYI *Tom. I. pag.* 740. enumeravit, accedit: *Fasciculus Disputationum Philosophicarum* 1653 *&* 1654. *Vittebergæ à Joanne Fuchsio Coron. habitarum.* Coronæ 1659. 4. typis Mich. Hermanni.

XLI. *Ad pag.* 429. *post lin.* 20.

JOANNES GORGIAS Lector primùm, post Rector Gymnasii Coronensis, auctor est Libri inscripti: *Syllabus Distinctionum Philosophicarum Usitatiorum, exemplis illustratarum atque ordine alphabetico digestarum, in gratiam Studiosæ Juventutis adornatus à* M. Joanne Gorgia P. L. Cæs. *Gymnasii Coronensis Rectore.* Lipsiæ An. 1681. 8. plag. 5.

XLII. *Ad p.* 435. *post lin.* 27.

FRANCISCUS RHETER, Scholæ Coronensis Lector, ac postea Rector, quid in publicam utilitatem fecerit, prodit titulus Libri: *Joannis Bucelleni Officina, Epithetorum, Apellativorum & Nominum Propriorum, de novo revisa & in gratiam Tyronum Poëseos manuductionibus quibusdam locupletata: sedulitate Francisci Rheteri Scholæ Coronen. Lectoris.* Coronæ Typis Michaëlis Herrmanni, An. 1674 8. philyr. 11.

Item:

Item: Himmelische Seelen-Lust, oder andächtige Lieder. Coronæ 1664. 12. philyr. 7.

XLIII. *Ad pag. 436. lin. 11.*

Eſt etiam Opuſculum Manuſcriptum: *Laur. Toppeltini Medienſis, I. V. Doctoris Apologia, contra Muſarum Dacicarum Herculem* [Fortè Matthiam Miles.]

XLIV. *Ad pag. 437. lin. 3.*

Lectu quidem digna ſunt, quæ habet *Czvittinger Specim. Hung. Literatæ, p.* 404—406, de *Iſ. Zabanio*; at aberravit à vero, dum filium ejus *Joannem Zabanium*, ſive (ut Nobilitatem à Leopoldo Imp. adeptus, nominabatur) *Joannem Sachs ab Harteneck*, S. R. I. Equitem, Excelſi Regii Gubernii in Transſilvania Conſiliarium Intimum, Nationis Saxoniæ Comitem, ac Judicem Regium Cibinienſem, *capite truncatum* ſcribit *ob conſpirationem cum ſeditioſis* (ſeditioſorum nomine intelligit procul dubio Rakoczianos,) qua *ſuſpectus* fuerit. Decollationis namque ejus hæc erat cauſa: *Joannes Schuller de Roſenthal* (non *Michaël Deli*, ut putavit Mich. Cserei in Hiſtoria ſua,) Conſul Schæsburgenſis, Vir eximius, cuſæ falſæ monetæ adcuſatus, Gratiam Vitæ, Honori & Bonis, à D. Leopoldo Imp. exoraverat; Grationalibus Litteris An. 1702, 27 Januar. exaratis. His tamen minùs obſtantibus, Joannes Sachs (Hungaris communiter *Száſz János* dictus, quo ſe nomine ipſemet quoque ſubſcribere ſolitus fuerat, teſtibus Litteris apud me exſtantibus,) Schullerum ipſum, An. 1703, circa Feſtum S. Michaëlis, miſerabili nece perimi juſſit. Hanc ob rem, adulteriaque & homicidia, quæ juſſu Commendantis Generalis Rubutini inquiſita ſubinde fuerant, An. 1704, in foro Cibinienſi capite privatus eſt. Luculenter

hæc

hæc omnia docentur in Sententia Leopoldina in ipsum pronunciata; quam dehinc vulgabimus. Joannes verò insignia pœnitentiæ signa in ipso supplicio edidit, iisque patrem Isaacum non mediocriter consolari visus est. Scribit Timon ad An. 1704, *Epitom. Chronol. Rer. Hung. & Transsilv.* „Cibinii supre„mus Saxonum Judex Joannes Szabanius; alter „item ejusdem nominis, provincialis *Gubernii* as„sessor, gladio feriri jubentur.„ Sed *Saxonum Judex* seu Comes & *Gubernii Assessor*, unus idemque fuit Joannes; cujus servum quemdam, criminum heri sui conscium participemque, ejusdem cum domino supplicii pœnam luisse constat.

XLV. *Ad pag.* 447. *lin.* 14.

Nova Dacia Faschingana prodiit An. 1743 & 1744, tribus Tomis minoribus; quorum primus complectitur tres Partes, philyr. 11. 2^dus^ Partem 4^tam^. 3^tius^ Partem 5^tam^, philyr. 9.

XLVI. *Ad pag.* 449. *lin.* 3.

P. *Thomæ Gál* Opusculum prodiit An. 1753, hac inscriptione: *A' Romai Catholica Ecclesiának Igazsága*; constatque philyris 5. Auctor nunc *Kantæ* agit, *Scholasque* Conventûs ibidem *inspicit*.

XLVII. *Ad pag.* 449 — 454.

Tabellam Genealogicam Illust. KÁLNOKIORVM *de Köröspatak*, ab *Andrea Nemes de Kálnok*, in hunc usque diem, integram iam reperimus, quæ hæc est: 1) *Andreas*, genitor 2) *Stephani Nemes de Kálnok*, quem relicto nomine *Nemes*, cognomento *Kálnoki* uti cœpisse existimo. Genuit verò 3) *Matthæum*, hic 4) *Demetrium*, patrem 5) *Andreæ*, cujus fuit 6) *Valentinus*, qui Constitutionibus Siculorum An. 1506 Agyagfalvæ conditis subscripsit, habuitque fratrem germanum *Michaëlem*, deficien-

tem.

tem. Filius Valentini, 7) *Petrus*, Siculiæ Triſe-
denſis Supremus Judex Regius, ex Conjuge Clara
Burcsa (quam veriùs *Aporianam* dixeris) genuit,
8) *Valentinum* (ut dictum eſt) Tabulæ Regiæ Ad-
ſeſſorem, & *Thomam*. Valentinus, ex Conjuge ſua
Anna Petki, filiâ Magnifici Joannis Petki de Ders,
Transſilvaniæ Cancellarii, habuit *Druſianam*, quæ
priùs fuit conſors Joannis Kemény, poſt Thomæ
Baſa; & filium 9) *Joannem Kálnoki*, Tabulæ Regiæ
Adſeſſorem, Sediumque Sepſi, Kézdi, Orbai &
Miklósvár Supr. Judicem Regium. Joannes, ex
Conjuge ſua Catharina Károli, filiâ Stephani Káro-
li, Stephani Báthori Regis Poloniarum Campeſtris
Capitanei, genuit 10) *Stephanum*, qui ex Conjuge
Anna Béldi, Clementis Béldi, totius Nationis Si-
culicæ Generalis, filiâ 11) *Samuelem* Com. *Kálnoki*,
in cujus memoriam hanc ſcriptionem inſtitueramus.
Samuel, Philoſophiam Viennæ abſolvens, apud
Ill. Domum Zrinianam in Croatia rebus politicis ac
militaribus operam dedit. Redux in patriam, dum
tandem An. 1686, Emericus Comes Tököli, cum
ſuis Hungaris & certa Turcarum manu ad Hunyad
Oppidum, non longè à *Porta ferrea*, in Transſil-
vaniæ finibus conſediſſet, contra eum à Principe
Apafio cum valida Siculorum manu miſſus, felici-
ter eum profligavit. Anno poſtea 1690, in ſuſpi-
cionem Tökölii incidens, ad Csik-Lázárfalvam ca-
ptus, in præſentiſſimo vitæ periculo verſabatur, niſi
fideliſſimi ejus litteras (ut vocant) correſpondentia-
les clam ſurripuiſſent: ſub eadem captivitate in Va-
lachiam ductus, ægrè libertatem adeptus eſt. Ul-
timis vitæ annis Conſiliarii Theſaurariique Tranſil-
vanici honore à Magno Leopoldo condecoratus,
officia hæc, propter turbulentiſſimum Hungariæ &
Trans-

Transsilvaniæ statum, adire non potuit: sed Viennæ mortuus est d. 6ta 9bris 1706. (non 1703, ut antehac docti eramus,) ætatis 66; sepultusque est apud Patres è Familia S. Augustini, extra Urbem Viennensem. Solitus erat hic Comes dicere: *Cæteris paribus, qui vult suam Familiam elevare, semper uno gradu se ex altiori Conjugem ducat, & uno gradu ascendet; descendet verò eodem gradu, dum se inferiorem duxerit.* Samuel denique noster, è Comitissa Elizabetha Lázár, habuit filium 12) *Adamum*; hic, An. 1719, 1. Julii, peste quidem obdormivit: at, ex Mariâ Mamuka de la Torre (orta ex Ill. Prosapia Italica) reliquit: a.) *Dominicum.* b.) Excell. *Antonium Kálnoki*, Equitatûs Generalem, & Inclitæ Legionis sui nominis Tribunum. c.) *Thomam*, honore Tribuni, dum vixit, clarum. d.) *Samuelem*, Virum, dum viveret, militarem. e.) *Franc.* & f.) Ill. C. *Josephum.*

XLVIII. *Ad pag. 455. lin. 5.*

Kunicsio nomen proprium fuit *Franciscus.* Integer autem Libelli titulus (qui in nostro exemplo tum deerat) est: DACICA SICULIA, *brevi compendio exhibita. Laureatis honoribus Perillustrium, Reverendorum, Nobilium, Excellentium ac Doctissimorum DD. AA. LL. & Philosophiæ Neo-Magistrorum. Cum in Alma Regio-Princip. Acad. S. J. Claudiopoli suprema Phil. Laurea condecorarentur, per R. P.* Franciscum Kunics è *Soc. Jesu, AA. LL. & Phil. Doct. ejusdem, que Profess. Emerit. nec non inclyt. Facult. Philo. p. t. Seniorem, ab Oratoria Facultate Claudiopolit. oblata, Anno MDCCXXXI. mense Julio, die* 19. *Claudiopoli typis Acad. Societ. Jesu per Simonem Thaddæum Weichenberg.* Libellus est rarissimus.

XLIX.

XLIX. *Ad pag. 456. lin. 8—11.*

Præter hoc opus, Librum quemdam latinum P. *Joannis Raicsáni* è S. J. in lingvam hungaricam transtulit, ediditque ſub titulo: *Utozó, 's a' jövevény Unitarius Vallásról beſzélgetö Catholicus.* Kolosv. 1770. 8. philyr. 15. Inclita Proſapia, è qua *P. Mihálcz*, qui aliquot annis ſacræ expeditioni (*Miſſioni*) in Transſilvania operam navavit, ortum ſuum duxit, & antiquiſſima, & clariſſima eſt. *Michaël* Baro *Mihácz*, & genitor ejus *Nicolaus*, ſeculo 14^{to} fuêre Sclavoniæ & maritimarum Regionum Bani, quod *P. Timon* quoque memorat *Epit. Chronolog. ad* A. 1326. Michaël hic genuit *Benedictum*, qui *Alexium*, qui *Joannem*, qui a.) *Nicolaum*, genitorem, ex Barbara Pernyeſzi, *Helenæ*, conſortis Nicolai Bethlen (*vid. pag.* 373.) & b.) *Paulum*, qui *Mihálczfalvenſe* Dominium, cum aliquot Poſſeſſionibus ad id pertinentibus fato quodam amiſerat, ex eo, quòd Caſpari Békéſio, quem Maximilianus Imp. in locum Stephani Báthori ſubſtituere volebat, cum Siculis nobilibus compluribus, faviſſet. Bona illa Mihalczfalvenſia, in Comitatu Albenſi, non longè ab Alba Carolinâ ſita, ſui juris fecerat Fráncifcus Balaſſa, cujus filia Elizabetha uni è Familia Gyulafiana (quæ in virili ſexu An. 1755. defecit) nubens, ad eam dicti Dominii poſſeſſionem traduxerat. *Paulus* ille *Mihálcz* ex Contorali ſua Rebeca Porkaláb, genuit *Stephanum*; hic, ex Anna Veres, femina lectiſſimâ, ſuſcepit *Michaelem Mihältz* de Gelentze inſignem jurisperitum, in aula Francifci de Bethlen educatum, qui divenditis in *Gelencze* Bonis, jure paterno habitis, in celebrem pagum Al-Torja Sedis Seculicalis Kézdi transmigravit. Ex ejus genere ſunt cuncti hodie DD. MIHÁLCZII in Al-Torja, adeo-

adeoque etiam *P. Stephanus Mihálcz*, de quo narrationem orsi eramus. Filius Michaëlis Mihálcz fuit, ex Anna Rétyi *Nicolaus*, fata plura sub initium hujus sæculi in turbis Rakoczianis expertus, qui genuit *Michaëlem*, virum, ut Scripta ejus apud Hæredes superantia testantur, probè eruditum. Inter Liberos Michaëlis, ab optimis characteribus nobis notus est Ill. D. ALEXIVS MIHÁLCZ *de Gelencze*, Supr. Vigiliarum Præfectus, ac antehac *Fori Mixti* Siculorum Militarium Provincialiumque Præses. Ex Incl. denique Familia Mihálcziana impræsentiarum quinque sunt Viri Ecclesiastici, quinque & Militares.

L. *Ad pag. 456. post lin. 28.*

STEPHANUS PONGRÁCZ è S. J, fuit AA. LL. & Phil Doctor, ejusdemque Claudiopoli Professor emeritus An. 1750, quo, eo auctore, quantum conjicere queo, prodierunt: *Gesta S. Nicetæ, Veteris Daciæ Episcopi & Apostoli*, Claudiopoli, foliis octavis, philyr. 5. *Conf. pag.* 145. *lin.* 16.

LI. *Ad pag. 464. post lin.* 14.

JOSEPHUS BODOKI, Collegii Ref Claudiopolitani Professor Celeberrimus, (*Vid. pag.* 278,) duos Codices utiles lingvâ Hungaricâ donavit: 1) Jacobi Lenfant, Ecclesiæ Gallicanæ Berolinensis Pastoris, Introductionem in lectionem N. Testamenti, inscriptum: *Az Uj Testamentomi Sz. Irások olvasására való Bé-vezetés.* Edit. Claudiopoli 1775. 8. 2) Parvulorum Religionem, à Geor. Friderico Seilero, Acad. Erlang. Professore, concinnatam, ex Germanico, sub titulo: *Kisdedek Vallása.* Edit. Claudiop. 1775. 8.

LII. *Ad pag.* 471.

Vt liquidiùs origo magni Herois innotescat, quædam de Ill. FAMILIA DANIEL adnectenda cen-

censemus. Anno 1400, ante quem jam florens extitit Prosapia, eminuerunt: *Blasius*, *Petrus* & *Lucas Daniel*. Longo post tempore, *Sigismundus Daniel* gessit Officium Mareschalli in Aula Regis Poloniæ, Stephani Báthori, quem in bellis summa cum laude sequutus fuit. Filius Sigismundi *Petrus*, ex Conjuge sua *Anna Kornis*, genuit itidem *Petrum*, Trium Sedium Siculicalium Capitaneum. Filii Petri hujus fuêre *Franc.* & *Michaël*. Franciscus in prælio ad Coronam occubuit. Michaëli, Principatum tenente Gabriele Bethlen, Supremo Mareschallo Aulico, præter *Petrum* improlem, nati erant: *Franciscus* & *Joannes Dániel de Vargyas*. Horum

I. FRANCISCUS, Sedis Udvarhely Supremus Judex Regius, & ad Portam Ottomanicam vice non simplici Legatus extraordinarius, ex *Juditha Béldi*, Pauli Sorore, genuit *Stephanum*, Sedis Udvarhely Supr. Judicem Regium, Tabulæque Regiæ Adsessorem, & ad Imp. Leopoldum Legatum Transsilvaniæ extraordinarium. Stephanum Conjux sua *Sophia*, *Petri Kemény* (Fratris Joannis Kemeny Principis, & Supr. Comitis Albensis) ex Clara Torotzkai filia, patrem fecit septem Liberorum, quorum nomina fuêre: 1) MICHAEL, qui initio seculi præsentis in *valle salsa* juxta Claudiopolim fortiter pugnando occidit, relinquens filium *Stephanum*, jam vitâ functum, Genitorem I. D. EMERICI DANIEL, I. Tabulæ Reg. Adsessoris. 2) FRANCISCUS, Tab. Regiæ dum viveret Adsessor; cujus filius *Franciscus* superest, *Georgius* verò finivit. 3) Petrus, Francisci Rákoczii hujus seculi initio Armiger, qui ex Helena Sárosi genuit *Sophiam*, Exc. quondam Comitis *Joannis Haller* Transsilvaniæ Gubernatoris Contoralem. 4) STEPHANUS Noster; qui in aula Ill.

Nico-

Nicolai Bethlen, Transſilvaniæ Cancellarii conſummatiſſimi, quo viceſimum quintum ætatis annum agens profectus fuerat, Confeſſionem Helveticam amplexus eſt. Anno 1703, bello Rákocziano Transſilvaniam inundante, ſimul cum fratre germano Petro, Coronam Vrbem, ubi fidem integram Aug. Domui Auſtriacæ ſervaret, ſe abſtraxit: at mox, dum ambo fratres, expediti ab Vrbis commendante, quid Rákocziani gererent, ſpeculantur, ab iisdem capti, adhærere Rákoczianis coacti fuêre. Quantam Stephanus habuerit exiſtimationem, vel ex eo colligas, ut totus Rakoczianorum exercitus, eum Legationis ad Valachiæ Principem Bránkovanum miſſæ caput conſtituerit; quam non ſine laude perfecit, & dono excultus à Valacho rediit. Paulo poſt, fratres Petrus & Steph. in Hungariam profecti, Petrus Franc. Rákoczii Armiger, Stephanus Comitis Simonis Forgáts Supremi Belli Ducis Adjutor Generalis (Adjutant,) creati ſunt. Mox verò, evoluto annuo ſpatio, Com. Forgáts captus eſt, atque adeo Stephanus rediit in Transſilvaniam, hìcque à Supremo tunc Armorum Duce, Comite Laurentio Pekri de Pekrovina, non modò Generalis Adjutantius, ſed & actualis Capitaneus conſtitutus. Mortuo Comite Pekrio An. 1709, è tribus ejus filiabus pupillis, POLYXENAM PEKRI, formâ æque ac virtutibus tota Dacia Clariſſimam, tori thalamique Sociam eodem anno ſibi junxit. Poſtmodùm, cùm An. 1711, Pax inter Auguſtiſſ. Aulam Auſtriacam, & Rákóczianos, ad Oppidum Szathmár coaleſceret, ad amplectendam *Gratiam* Cæſaream *amneſtialem*, nomine Procerum & Nobilium in Transalpina ac Moldavia exſulantium, Stephanus miſſus eſt. Anno 1745, cum jam antea

titulo Lib. Baronis ornatus fuiſſet, Supremus Judex Regius Diplomaticus Sedis Udvarhely oraculo Auguſtiſſimæ denominatus. Vitâ functus, reliquit (α.) *Filium cognominem* & Succeſſorem, Heroëm Sapientiſſimum; :[: cujus Filius oculiſſimus, STEPHANUS itidem L. B. DÁNIEL, omnium, dum vixit, junior, Domicellus è Scholâ politus ac ſvaviſſimus, abſolutis circa An. 1770, ſumma cum laude in Collegio Ref. Claudiopolitano ſtudiis, habitu militari indutus, quo Principi fidelem, Patriæque utilem ſe olim teſtaretur, ditionem Polonicam Auguſtæ MARIÆ THERESIÆ ſalutavit, ibique vitâ, qua multo longiore dignum cenſebamus optabamusque, functus eſt. Exegit verò, dum Muſis Claudiopolitanis adhuc litaret, monumentum ſibi ære perennius, verſione hungaricâ, gallico ex idiomate. *Beliſarii* Marmonteliani, (quem à Cl. *Petro* quoque *Zalányi* lingva eadem hungarica donatum memoravimus pag. 510, editi Claudiopoli, poſt mortem metaphraſtæ, An. 1776. in 8vo, ſub titulo; *Beliſarius, mely — — Marmontel Uram által — — ki-adatott, azután pedig Magyarra fordittatott Báro Vargyaſi Leg-Iſjabb Dániel Iſtván által* :]: ac (β.) *Polyxenam* (Vid. p. 512) ceteri namque Liberi, vlt, *Ludovicus*, *Ladislaus*, *Ladisl.* alter, *Suſanna*, *Emericus*, *Eliſab.* & *Maria*, ante Patrem, cum Magnifica Genitrice ſua, naturæ debitum ſolverant. 5) CLARA, quam conſortem thalami habuit Ill. quondam *Samuel Biró* Senior de Homoród-Szent-Márton, Conſiliarius Gubernialis. 6) JUDITHA, *Ladislai* Lib. B. *Bánfi* Senioris de Loſontz, Comitatûs Kraſzna Supr. Comitis Conjux. 7) CATHArina, *Balthaſaris Horváth*, dum vixit Senioris, de Petrityevit Contoralis.

II. JO-

II. IOANNES DÁNIEL *de Vargyas*, alter Michaëlis Mareſchalli filius, Principi Gabrieli Bethlen, ob memoriam patris, & emicantes adoleſcentis virtutes, charus, auſpiciis & ſubſidiis dicti Principis, ad exteras regiones, diſcendi & experiendi gratia profectus, & in luce Academiarum verſatus, poſtquam ſolida eruditione ornatus repatriavit, Supremum Capitaneatum Triſedenſem conſequutus eſt; & dum memoratus Princeps Catharinam Brandeburgicam ducendam intendiſſet, Joanne Legatorum non ultimo in nuptiali fœdere uſus eſt. Joannes è *Sophia Gerendi* (ex Inclita Proſapia Gerendiana, quæ Magnificas Familias, Rákóczi, Keměny, Homonnai, Apafi, *cet*, attingebat) obtinuit: *Michaëlem Franciſcum* & *Petrum*. Horum FRANCISCUS, Sedis Udvarhely Supr. Judex Regius, *Agnetis Bánfi* maritus, ſine ſolatio liberorum deceſſit. MICHAEL autem Supr. Judex Regius Triſedis, ex *Juditha Haller* Conjuge, nactus eſt: 1) SOPHIAM, Excel. quondàm Comitis *Georgii Banfi* Transſilvaniæ Gubernatoris Conſortem primarum nuptiarum 2) JUDITHAM. 3) EVAM. 4) LAVRENTIVM, Genitorem LAURENTII L. B. DÁNIEL de Vargyas, Incl. Tabulæ Reg. Judiciariæ Adſeſſoris non pridem vitâ functi, cui Sacratiſſima Princeps, Dignitatem Liberi Baronatûs, in omnes Poſteritates (ſic adeoque duæ ſunt Lineæ, in Ill. Proſapia Daniel, Baronales) valituram, Diplomate 1751, 14 Febr. emanato, contulit, poſtquam dictus Laurentius, in Legione Vetéſiana Vexilliferi, poſtea in Legione Halleriana Centurionis officio functus, fidei ſpecimina dediſſet. 5) JOANNEM. 6) JOSEPHUM, Incl. Sedis Siculicalis Arannyas Suprem. Judicem Regium, genitorem: *a.*) ALEXII. *b.*) JO-

ANNIS. *c.*) GABRIELIS S. C. R. & Ap. Majeſt, antehac Capitanei. *d.*) PETRI, DANIELIORUM.

LIII. *Ad pag.* 477. *poſt lin.* 30.

SAMUEL HORVÁTH Med. Dr. Hungarus, Agropolitanus, poſt ſtudia feliciter in patria peracta, Vltrajecti Medicinæ litans, edidit ibidem erud. *Diſſertationem de diverſa aëris in corpora diverſa agendi ratione.* 1776.

LIV. *Ad pag.* 478. *lin.* 26, 27.

De *Dacia Huſztiana* rectè quidem Cl. Bod judicavit, continere eam res quoque nonnullas, quæ antiquis monumentis ſtabiliri nequeant. Sed ſimul & nos monendum habemus, talia quoque quædam Huſztium tradidiſſe, quæ Scriptoribus rerum geſtarum coævis rectiùs fortè perſpecta habuerit. Vnico exemplo res erit clarior: *Joannes Betlenius Rer. Tranſylv. Lib.* 2. *§.* 14, ſcribit, Principem Achatium Bartſai, juſſu Principis Joannis Keményi, Görgényino (tanquam in arcem Kövár transferendum) eductum, in itinere occiſum, in pagoque *Répa* per ruſticos humili funere tumulatum. In hanc fermè ſententiam procedit etiam *Joan. Szalárdi Hiſt. MS. Lib.* 8. *Cap.* 11. dum fatur, „ *Midön vitetnék Kövár* „ *felé* [Bartsai Akos,] *Répa nevü falunál, nagy vé-* „ *letlen reájok ütének, 's a' ſzekereket ottan fel-verrvén,* „ *nóba nagy reménkedéssel reménkedněnek, hogy ha ugyan* „ *meg-kellene lenni, ſzednék-el fejeket; de azok ö nékiek* „ *dühödvén és meg-lövöldözvén, vagdalván, öket meg-* „ *öltek vala, kiknek tetemeik a' falu lakoſſaitól ugyan tſak* „ *ott a' falu pellengérje mellett egy vermetskében, el-ta-* „ *karittattak vala. Es ily bóldogtalan ki-menetele lön á'* „ *Bartſai Akos uralkodásának.* „ Hos plerisque Scriptorum ſequutis, utpote Bartſaio coætaneos, cre-

dide-

diderarmus nos quoque dictum Bartſaium in pago *Répa* ſepultum; ideoque Huſztium, Principem in vico *Kozma* (debebat tamen ſcribere plenius: *Kozma-telke*) humatum docentem à verò aberraſſe. At non modò ex notationibus quibusdam manu exaratis doceor Bartſaium in Kozma-telke ſepultum: verùm etiam à fide dignis Viris Eccleſiaſticis, qui ex propoſito rei cognoſcendæ è vicinia incubuerunt, moneor, tumbam Acatii juxta fimetum Parochi Valachici Kozmatelkenſis concordibus incolarum vocibus commonſtrari. Aut ergo Huſztio aliquid deferimus, aut arbitrandum putamus, aliquem Sociorum Barcſaii in pago memorato tumulatum. Scribit quoque Huſztius Acatium trucidatum fuiſſe in territorio pagi *Szokoly*; & hoc roboris nonnihil ſententiæ ejus addere videtur: ager namque pagi Kozmatelke, terrenis poſſeſſionum Szokoly, Tants & Bányitza collimitatur. Et ſanè Bartſaius Görgényino in arcem Kővár rectà ad Szokoly duci debuit; niſi ideo ad ſubalpina, ubi vici Valachici Alſo-Répa (ſeu Répás) & Felſő-Répa jacent, deflexum fuiſſet, quò audentiùs Bartsaius perimi poſſet. Ceterùm, adduximus hæc, ut alii, quibus propriùs degere contigit, ad rem curatiſſimè inveſtigandam excitarentur.

LV. *Ad pag.* 485. *lin.* 24.

Inter aliorum Opera, quæ Köleſerius recudi fecit, eſt *Tibullus*, ſub titulo: Tibullus Corvinianus. *Seu* Albi Tibulli, Triumviri Poëtices, quæ ſuperſunt, e Codice Manuſcripto Matthiæ Corvini Regis Hungariæ, recenſuit Samuel Köleſerius à Keres-eer. Claudiopoli, Impreſſit Sam. Pap. Telegdi An. 1727.

LVI. *Ad pag.* 488. *lin.* 14.

Opus JOANNIS Com. LÁZÁR: *Verſus Mnemonici ad ductum Auſonii Popmæ Friſii.* Cibinii 1769. 8.

LVII. *Ad p.* 490. *poſt lin.* 10.

LADISLAUS MÓ'SA *de Sáros Berkeſz*, filius itidem Ladislai, Jurati Notarii circa An. 1697, & poſtea Vice-Capitanei Diſtrictus Kövár, quem è Chriſtina Viski An. 1710, 9 Dec. natum, reliquerat poſthumum; litteris probè excultus, primam juventam in Cancellaria Guberniali Transſilvanica transegit, ubi occaſione Diſtinctionis limitaneæ Transſilvaniam inter & Valachiam antea Auſtriacam, ad latus Commiſſariorum ex parte Principatûs Transſilvaniæ ad eam delegatorum pro tractando Protocollo denominatus, *Diarium* ſuper rebus inibi geſtis ſecuturæ ætati inſigni labore confecit, Archivo Guberniali repoſitum. In comitatu deinde Szólnok Interiore (cujus metropoli, Oppido nempe Dees, jure materno ſedem habitationis fixerat,) ſpatio 25 circiter annorum, *Notarii* & *Supremi Judicis Nobilium*, Juxtaque in Generalibus Principatus Comitiis ſæpius *Comitatenſis Deputati*, Muniis eximiè obitis, optimè de Provincia Szólnokenſi meruit, cujus Archivum in ſeram poſteritatem Noſtrum commendabit. Commendabunt binorum Tomi Manuſcriptorum; quorum *altero Civilem* noſtri ævi Hiſtoriam Transſilvanicam ex Actis Publicis, *Eccleſiaſticam altero*, ſimilibus è fontibus, multâ induſtriâ, ut erat diligentiæ indefeſſæ, elaboraſſe conſtat. Concinnavit etiam *Projectum* quoddam *de Contributione*, quo ſe verſatum in publicis Patriæ rebus teſtatum reddidit. Typis inſuper excudendum dedit: *Leſſum Funebrem in obitum Gabrie-*

lis

lis Atzél de Szathmár, Med. Dris, Cognati sui. Claudiopoli 1763. 4. Die 10 Nov. 1775. Cœlo terram Noster commutavit, relictis *Filiis*, cognomine *I. D.* LADISLAO MÓ'SA *de S. Berkesz*, SS. CC. RR. & AApp. Majest. in Inclita Secunda Legione Siculo-Limitanea Pedestris Ordinis Centurione, cujus eruditæ Collectiones Litterariæ sæpe nobis pro fuêre, & D. JOSEPHO MÓ'SA; nec non *Filiabus* Nobilissimorum Virorum Conjugibus. "usui fuit Colonello."

LVIII. *Ad pag.* 498. *post lin.* 34.

SAMUEL SZEGEDI Med. Dr. patriâ Claudiopolitanus, eadem ex Vrbe, ubi studiis diligentem operam dederat, Traiectum Rheni salutavit, publicique juris fecit: *Dissertationem sistentem Physiologiam & Pathologiam Muci.* Trajecti ad Rhenum 1772. 4. Jam Incliti Comitatûs Tordensis Physicum Ordinarium agit.

LIX. *Ad pag.* 499.

Com. *Ad. Székely*, hungaricum etiam fecit è germanico Librum de Cura Jumentorum, quem inscripsit: *A' Marhák körül valo Austriai rend-tartás.* Edit. Cibinii 1763. 4. plag. 10.

LX. *Ad pag.* 503. *lin.* 8.

In Sepulcreto Nagy-Enyedensi, ubi Szigetius (cum Gálfiana 1732, & Enyediana 1737, defunctis Conjugibus) jacet, in lapide sepulcrali legitur, litteris majusculis: *Exuvias Eximii Viri Clarissimi* ac *Reverendiss.* Dñi *Stephani Gyula Szigeti*, Theol. in *Ill. Collegio N. Enyediensi per integros XXIV. Annos Professoris immortaliter meriti. Dein verò Ecclesiarum* in *Transylvania Reformatarum Superattendentis Vigilantiss.*

at *graviora passi*, *hic collocarunt Gener & Liberi Mæstissimi*, *Anno* 1740, 17 Julii. *Obiit Anno Christi MDCCXL.* I^ma^ *Jul. ætatis suæ LXII.*

LXI. *Ad pag.* 504. *lin.* 10.

Utroque pollice laudandum etiam est institutum D. Com. JOSEPHI TELEKI, dum *Museum Animalium*, nunquam antehac in Transsilvania visum, quod Mammalibus, Avibus, Amphibiis & Piscibus constat, instituerit, locaveritque, Cibinio translatum, in Libera Regiaque Civitate Agropoli (*Maros-Vásárhely*) ad compitum platearum de *S. Georgio* & *S. Rege* Stephano nuncupatarum, propriis in ædibus, *Teleki Ház* vulgò nominatis; ubi & *Bibliotheca selecta* Ill. D. Comitis adservatur, unà cum *Libraria Supellectili*, ad cognitionem Rerum Hungaricarum & Transsilvanicarum ferè incomparabili, Cl. D. DANIELIS CORNIDES (de Quo vid. *P. Horányi Memoria Hungaror.* Tom. I. pag. 417, 418,) ab amplissima eruditione orbi litterato non ignoti.

LXII. *Ad pag.* 504. *lin.* 26.

Bibliotheca Ill. Dom. SAMUELIS TELEKI, Jam Consiliarii Gubernialis Actualis Intimi, qualem nullus unquam Vir privatus in Transsilvania habuit, quamque accessiones quotidianæ, tanto Comite dignæ, augent; in celebri Possessione Telekiana, *Sáromberke* nuncupata, quæ in Valle Marusii, supra Agropolim, jacet, Comitatuique Tordensi adscripta est, surrexit.

LXIII. *Ad pag.* 505. *lin.* 31.

Stephani Töke etiam est: *Consideratio Magnitudinis Mundi Adspectabilis Physico-Astronomica.* N. Enyed. 1766. 8.

LXIV.

LXIV. *Ad pag. 506.*

MICHAEL TSOMÓS Siculus *de Albis*, Professor Celebb. Collegii Claudiop. (*vid. p.* 278,) emensis Claudiopoli studiorum cursibus, Lugduni Bat. & Francofurti ad Viadr. altioribus incubuit. Lugd. Batavorum agens scripsit *Dissertationem de Jure Postliminii*, quae edita est Claudiopoli 1757. Edidit ibidem etiam *Orationem Inauguralem, de Ortu, Progressu, Fatisque Jurisprudentiae Transsilvanico-Hungaricae.* 1758. Scripsit plures quoque *Dissertationes Juridicas*, ab Auditoribus suis publicè defensas Claudiopoli. *Historiam* denique *Anonymi Belae Regis Notarii*, Civitate Hungarica donatam, prelo subjiciendam paravit.

LXV. *Ad pag. 508.*

Poëtica Opera patrio sermone exarata Reverendiss. *Georgii Veresstôi*, quorum *p.* 178. meminimus, prodierunt Claudiopoli 1772 in 8vo, inscripta: *Temetési és Lakadalmi Alkalmatosságokra irt Magyar Versek.* Dissertatio autem in Exod. 3: 1—5, *de Palma ardente* prod. Franequerae 1725. 4.

Filius itidem Cl. GEORGIUS VERESTÓI, Pastor Ecclesiae Claudiopolitanae, quem p. 278. commemoravi, in Academia Franequerana agens, edidit celebrem *Dissertationem Theologico-Philologicam, de duobus Philosophorum Ægyptiorum Mosi olim resistentium Ordinibus, quorum priores* JANNHS, *posteriores autem* JAMBPHS *nominabantur.* Franequerae 1764. 4.

Filius pariter Georgii, Cl. SAM. VERESTÓI M. D. edidit: *Specimen Annotationum Helmintologicarum, quae Naturalem spectant Historiam Lumbricorum.* Franequerae 1772. 4.

LXVI.

LXVI. *Ad pag. 516. lin. 25, 26.*

Illuſtriſſimæ quoque Heroinæ, SUSANNA & MARIA VESSELÉNYIÆ, laudem maternam, & Eruditarum laudem propediem adipiſcentur: *Maria*, enim, Adamo-Telekiana, *Artem ſemper gaudendi*, ab Hiſpano *Saraſſa* latinè ſcriptam & foliis quartis impreſſam, poſtea autem a *D. Windheimio*, Profeſſore Theologiæ Erlangenſi contractam, & in 8vo germanicè editam; *Suſanna* verò, Conjux B. Georgii Bánfi Protribuni, *Veritatem Religionis Chriſtianæ ex Converſione Pauli Apoſtoli*, ab Anglo erud. *Litbleton* concinnatam, & poſt lingvâ germanicâ donatam; idiomate hungarico typis exſcribendas aptarunt.

LXVII. *Ad pag. 518. lin. 12.*

JOAN. ALBRICHIUS inſignis fuit Collector *Manuſcriptorum hiſtoricorum*, exſtatque Volumen ejus in folio, quo continentur: I.) *Annales*, quibus cerußâ ſeu plumbo ſcriptorio aliena manus ſuperſcripſit: *Fuchſii Chron.* Initium capiunt Annales iſti An. 990; pergunt usque 1585. incluſivè. In fine hujus anni, hanc adſcripſit Albrichius notam: „ NB. „ Hæc hactenus ignoto auctore circumvolitant. Eſſe „ verò Chron. hoc collectum à diverſis auctoribus; „ in primis à D. *Simone Maſſa*, Paſt. Cor. [*Coro-* „ *nenſi*,] & poſt eum à D. *Marco Fuchſio*, in Paſto- „ ratu Cor. prioris Succeſſore, firmiter perſvaſus „ ſum: uti id etiam ex ſequ. Manuſcripto proprio „ hujus auctoris [*Fuchſii*,] quod adhuc hodiè pe- „ nes Familiam ejus conſervatur, videre licet, & „ ſub titulo ſeq. conſcriptum eſt: *Notatio Hiſto-rica.* Jam ergo ſequitur *Fuchſii Notatio Hiſtorica* in Volumine Albrichii, qui in fine An. 1590, hanc iterum adjecit notam: „ NB. Hic rurſus notandum

occur-

„ occurrit, omnia Manuſcripta, quæ ad manus „ meas pervenerunt, quorum exemplaria numero 6. „ fuerunt, hactenus, paucis exceptis, in omnibus „ concordant. A quo verò tempore Sim. Maſſa „ in Paſtorat. Cor. devenit, ſcil. ab An. 1591, „ uſque dum moreretur An. 1605, variationem ali„ quam pati. „ Ab An. 1591, Albrichius, quæ ex alio Manuſcripto, quod Maſſæ tribuit, deprompſit, ſuis locis inſeruit Fuchſianæ Notationi, utriſque, *M.* & *F.* litteris in margine, diſtinctis. Maſſana plerumque uberiora & ſpecialiora ſunt Fuchſianis, ac ab auctore, qui rebus geſtis interfuit, profecta videntur. An. 1598, ad verba quædam Manuſcripti, quod Maſſæ tribuerat, notam adſcripſit Albrichius: „ ex quo elucet, non eſſe Maſſam hujus „ Manuſcripti auctorem. „ Pergit tamen litt. M. ponere in margine. Tandem verò; quæ Fuchſio addit, ex alio Manuſcripto deprompta vocat. Poſt An. 1605, quo mortuus eſt Maſſa, ſola Fuchſiana habet. *Conf. p.* 428, 429.

FUCHSIUS interim *Notationem* ſuam *Hiſtoricam*, perduxit ab An. 1586, ad 1619, quo, die 28 Jan. æt. ſuæ An. 62, mortuus eſt: conſtat. 14 circiter philyris. Continuationem ejus adornarunt Viri Doctiſſimi, CHRISTIANUS LUPINUS & JOAN. OLTARDUS Paſtores Cibinienſes.

II.) In Volumine Albrichiano ſcribitur:

„ Q. D. B. V.

„ COPIA MANUSCRIPTORUM, ex aucto„ rum autographo, opera *Joh. Albrichii*, M. D. „ ac Phyſici Ordinar. in lucem publicam poſterita„ ti productorum. An. 1726. „

Sequunturque poſtea:

1. Liber

1. *Liber Annalium raptim ſcriptus per MICH. WEISS Medienſem, Senator. Reipub. Cor. ab A.* 1569-1612. Hujus, ſub titulo Diarii *p.* 528. meminimus. Fuit verò Michaël Judex Coronenſis, qui ad Marienburgum in Barcia ab exercitu Gabrielis Báthori victus ac interfectus eſt; id quod ſuo loco fuſiùs narrabimus.

2. *Anonymi Continuatio*, uſque ad An. 1614.

3. ALBERTI HVTTERI *Oratio.* Vid. *P. Horányi* Tom. I. p. 192.

4. *Litteræ* Hungar. inter Andr. Géczi, Senat. & Popul. Coron. atque Nobil. Coronæ exiſtentes factæ.

5. *Chronicon* incerti auctoris, ex *Andreæ Hegyes* Manuſcript. deſcript. ab An. 1038 — An. 1601. Parvi momenti.

6. *Hiſtoriæ* ſ. *Annales* ab An. 1520 — 1570, auctore HIERONYMO OSTERMAYER, Orgoniſta Coron. Vsque ad An. 1561, ex eodem Manuſcripto *Andr. Hegyes* deſcript.

7. ANDREÆ HEGYES [Hedgyes aliis] Senatoris Coron. *Annales*, ſeu potius Diarium, ab An. 1603 — 1617. Autographum, idque lacerum prora puppique carens, eſt in manibus Clar. *Pauli Roth* (*pag.* 521.)

8. MICHAELIS SEYBRIGER, aurifabri Coron. Anmerkungen. ab An. 1599 — 1611.

9. *Chron.* ſ. *Hiſtoria* Dom. BENKNERI, ab A. 1600. ad 1618.

10. *Fragmenta*, ab An. 1648 — 1660. Horum pars ex DANIELIS NEKESCH ſ. *Schuleri* Diario, quod itidem Cl. Paul. Roth poſſidet, deprompta eſt.

11. A. M. i. e. ASSARELÆ MEDERI *Fragmenta.* Vid. p. 432. His Fragmentis, ſerie per lacunas

cunas interruptâ, enarrantur res, An. 1688, à d. 8 Mart. usque d. 21 Apr. 1689, Coronæ ſatis turbulenter actæ; cum fatali incendio, Coronam d. 21 Ap. devaſtante; lingvâ Germanicâ.

12. *Litteræ publicæ* d. An. 1689, in cippo turris repertæ. Narrant res triſtes, illo tempore Coronæ geſtas, & rebellium civium ſupplicia.

13. **Des Grafen Tököli Einfall in Burzenland, dessen Schlacht bey Zernest und Tohan, und Abmarsch aus Siebenbürgen.** An. 1690, d. 13 Aug. **bis** An. 1691, d. 13 Maji.

14. MARTINI ZIGLERI *Collectanea Hiſtorica.* Vid. de Martino *p.* 428. Dictus fuit aliàs *Mart. Piſtorius*, quòd Patre piſtore propè Caſſoviam in Hungaria genitus fuerit.

15. Anno Mundi 6900. Anno Chriſti 1392. **Sind die Bulgaren hier an diesen Ort, i. e. bey Cronstadt kommen.** In calce hujus Hiſtor. de Valachis Coron. Subſcript. eſt: A. Adami 7140.

Horum meminiſſe non piguit, ut futuris Scriptoribus Rer. Transſilvanicarum comparanda manifeſtaremus.

LXVIII. *Ad pag.* 519. *poſt lin.* 19.

DANIEL FILTSCH, Paſtor Cibinienſis (*pag.* 310.) Celeberrimus, Eruditiſſimusque; & digniſſimus, in quem, poſt obitum Reverendiſſ. JER. HANERI, Eccleſiarum in Transſilvania Auguſtanæ Confeſſioni addictarum Superintendentis, pro Succeſſore candidatum, ſuffragia convenerint. Auctor eſt Operis Poëtici, quod inſcribitur: **Sinngedichte auf** JOSEPH **den Zweyten, Römischen Kaiser, aus dessen Reise in Siebenbürgen, von D. F. aus Hermanstadt** 1773. 8. Inſignis Poëta acutè, quæ voluit

luit, expressit. Sic, ex. gr. è festivis Cæsaris verbis, non *tres* (tres namque sunt in Transsilvania *Nationes Receptæ*, puta: Hungarorum, Siculorum & Saxonum; reliquæ *Toleratæ* dicuntur & sunt,) sed *duas* tantùm, *bonam* videlicet ac *malam*, Nationes pronunciantis, pulcrè cecinit:

> Giebt es nur (Cæsar sprichts) zwoo Nationen,
> Die eine bös, die andre gut.
> So seyd: ihr vielen die hier wohnen,
> Nur eine - - - aber gut.

Nunc Noster agit Viennæ, à vacante Sede Superintendentiali exspectatus.

LXIX. *Ad pag. 519. lin. 27, 28.*

JEREMIÆ HANERI, hoc (1777.) anno, dieque 9na Mart. vitâ functi, *Adversaria de Scriptoribus Rer. Hungaricar. & Trans. Scriptisque eorundem Antiquioribus*, prodierunt Viennæ apud D. Joannem Thom. Nobilem de Trattnern, 1774. 8. philyr. 19½.

LXX. *Ad pag. 521, 522.*

Scharsii Opera omnia sunt Manuscripta.

LXXI. *Ad pag. 527.*

Opera *Teutschii*, præter Arithmeticam, inedita sunt.

nb. Notata, ad loca Citata

Bayerische Staatsbibliothek München

INDEX.

INDEX.

A.

	pag.
Aagh Stephanus.	529
Aaron Petr. Paul. .	440
Aba Rex Hung. .	365
Abats Joannes.	474, 572
Academiæ Ref. . .	304
Academici Ref. . .	195
Academiæ Luther. .	317
Adami Mich. . .	423
Adami Steph. . .	423
Adminiſtratio 5plex Transſilvaniæ. .	1
Adminiſtratio Cameralis.	61
Adminiſt. Eccleſiaſtica..	121
Adminiſt. Judiciaria.	50
Adminiſtratio Politica.	2
Advocati Guberniales.	27
Agnethler Mich. .	424
Agnethler Mich. .	517
Agropolis, 48, 49.	278
Ajtai Abod Mich.	459, 591
Alba-Julia. . . .	18
Albelius Simon. .	424
Alben[illegible] Capitulum.	161
Albenſes Epiſcopi.	149
Albrichius Joan. .	424
Albrichius Joan.	518, 620
Albrichius Martin. .	424
Aleſius Dionyſius.	130, 131
Almáſi Andr. . .	361
Almáſi Joannes. .	458
Almáſi Mich. . .	529
Alvintzi Petr. . .	361
Alſtedius Joan. Henr.	253
Anabaptiſtæ. . .	243
Andreas Steph. . .	425
Antitrinitarii. . .	122
Apafi Mich. I. . .	362
Apafi II. Mich. . .	599
Apafiana Famil. .	369
Apátzai Joan. . .	362
Aranka Georg. . .	509
Areapolitanum Collegium. . . .	293
Arenda Decimar. .	66
Árkoſi Benedictus.	427
Armor. Præfectura.	118
Articuli Diætales. .	6, 7
Artz Joannes. . .	518
Aſzalai Matth. . .	363

Auner Steph. . . 518
Auri Lotura. . 69, 76
Auri Campsoratus. 69, 76
B.
Bádo Joan. . . . 363
Bakoss Joan. . . 425
Balásfalva. . 235. 320
Balsarati Jo. Vitus. 336
Bálintit Georg. . . 58
Bándi Andr. . . . 40
Bándi Mich. . . 459
Bándi Samuel. . . 363
Bánffi Dionysius. . 249
Bánffi Georg. . . 23
† Bánffi Wolffg. . . 58
Bánffi Wolffg. . . 270
Bánffi-Húnyad. . . 4
Baritz Joan. . . . 473
Bárótzi Alexand. . 460
Bartsai Acatius Princ. 614
Basa Steph. . . . 290
Basch Simon. . . 425
Basilius Leonh. . . 349
Basilius Steph. . . 353
Bátai Georg. . . 363
Báthori Gabr. . . 362
Báthori Steph. . . 331
Batzoni Matthæus. . 460
Bausner Barthol. . 425
Bausner Sebast. . . 349
Belényesi Franc. . 384
Bellicæ Expeditiones. 80
Benkner Paul. . . 518
Benkö Mich. . . 190
Benkö Mich. . . 290
Benkö Martin. . . 461
Besodnerus Petr. . 425
Bethlen Adam. . . 377
Bethlen Alexand.
. . . . 270, 377
Bethlen Catharina. 510
Bethlen David. . . 377
Bethlen Dominicus. 368
Bethlen Gabr. . . 364
Bethlen Gabr. . . 378
Bethlen Gregor. . . 89
Bethlen Gregor. . 374
Bethlen Gregor. . 377
Bethlen Georg. . . 377
Bethlen Ladisl. . . 377
Bethlen Ludovic. . 273
Bethlen Nicol. . . 380
Bethlen Nic. 61, 378, 538
Bethlen Paulus. 55, 375
Bethlen Sam. . . 368
Bethlen Wolffg. . 374
Bethlen Wolffg. . 376
Bethlen Familia. . 365
Betlen Joannes. 379, 600
Bethlen Joan. . . 378
Binder Mich. . . 317
Bisterfeld Jo. Henr.
. . . . 215, 602
Blandrata Georg. . 130
Bod Petrus. . 330, 461
Bodoki Jos. 278, 457, 609
Bodoki Steph. . . 464
Bodza. 30

Bogáti

Bonffi Sig. - 268.

Bogáti Nicol. . . 356
Bogáti Nicol. . . 354
Bojti Caſpar. . . 384
Bomel Thomas. . 349
Bona Coronæ. . . . 67
Bona Fiſcalia. . . . 66
Boroshyai Joan. 177, 464
Boroshyai Sigism. . 464
Bornemiſza Jo. Joſ. 15
Borſós Thomas. . 385
Braun Max. Ulyſ. . 94
Brenner Martin. . . 350
Brüz Ladisl. 460
Bruckenthal Sam. . 25
Buccow Ad. Nic. 25, 95
Buzinkai Mich. . . 385

C.

Calendarium. 239, 247
Cameralis Adminiſtratio 61
Cancellaria Aulica. 11
Cancel. Provincialis. 26
Cancelliſtæ Gubern. 27
Canonici. 161
Capitula Luther. . 205
Caratto Emman. . 554
Caſſa Provincialis. . 31
Caſſa Bellica. . . 119
Catholici. . 121. 162
Catecheſis Palatina. . 170
Cibinium. . . . 3. 17
Cibinienſe Gymnaſium. 307
Civitates. 48
Claudiopolis. 245, 270, ... 318
Cloſius Martin. . . 40
Cloſius Steph. . . 518
Coconari Horat. . 114
Collegia Reform. . 250
Colleg. Vnitar. . . 318
Colbius Lucas. . . 428
Comitatus Transſilv. 32
Comitia. 2
Commiſſio Commercialis 30
Commiſſ. Cenſuræ Librorum. 30
Com. Contributionalis. 29
Commiſſ. Militaris Mixta. 28
Commiſſ. Sanitatis. 30
Commiſſ. Catholica. 533
Commenius Jo. Amos. 280
Commendatura Præſidior. 119
Commiſſariatus Bellicus 118
Commiſſariatus Provincialis. . . . 31
Coronenſe Gymnaſ. 310
Csanádi Demetr. . 355
Csató Alexius. . . 440
Cſáſzmai Steph. . 355
Cserei Alexius . . 440
Cserei Familia. . . 441

Cserei Mich. . . 466
Cserei Wolff. . . 445
Csernovics Franc. . 446
Csernátoni Petr. . 179
Csernátoni Joan. . 572
Cseréni Mich. . . 337
Csomós Joan. . . 470
Cusani Marchio. . 93
Czak David. . . 425
Czernin Theobald. 94
Czvittinger David. 330

D.

Dacia Petrus de. . 335
Dálnoki Mich. . . 437
Dániel Familia. 471, 609
Dániel Emericus. . 376
Dániel Stephanus. . 470
Daniel Polyxena. . 512
Dantzkai Joseph. . 269
Daróczi Georg. . 446
Davidis Franc. . .
. . 128, 131, 354
Deák Joan. . . . 464
Deáki Jos. . 177, 472
Deáki Paul. . . . 473
Decani Luther. . . 205
Decius Joan. . . 337
Decimæ in Fundo Regio. 69
Deidrich Georg. . 350
Delegatum Militare Judicium. . . 118
Demeter Martin. . 446
Dengelegi Petr. . . 385
Deputati. . . . 16
Deputatio. . . . 18
Dersi Stephan. . . 529
Dees. 302
Dés Akna. 63
Dési Georgius. . . 473
Dési Martin. . . 408
Dési Sigismund. . 298
Détzi Joan. . . . 337
Dévai Matthias. . 338
Diæta. 2
Diætales Articuli. . 6, 7
Districtus Commissariales. . . . 31
Dobai Steph. . . 473
Domidocti. . . . 195
Dominale Forum. . 59
Draudt Georg. 315, 429

E.

Ecclesiasticus Status. 121
Enyedense Collegium. . . . 251
Enyedi Georg. . 355
Enyedi Ioannes. . 388
Enyedi Samuel. . 388
Enyedi Samuel. . 473
Eperjesi Sigism. . 593
Episcopi Transsilvanienses. . 140, 149
Erbeville Commendans Generalis. . 93
Erdövidéke. . . 189

EruditiTransſilvaniæ. 329
Eſzeki Steph. . . 389
Evangelica Religio. 198
Exactoratus Prov. . 29
Expeditiones Bellicæ. 80

F.

Fagaras. 235
Fagaraſienſes Epiſcopi. 585
Fagaraſi Franc. . 389
Fagaraſi Joſephus. 474
Farkas Steph. . . 338
Faſching Franc. . 447
Fejérvári Ládisl. . 516
Felmer Martin. . 519
Felvintzi Georg. . 475
Ferentzi Tobias. . 447
Filialia Salis emporia. 64
Filialis Sedria. . . 35
Filtſch Daniel. 310, 623
Filſtich Joan. . . 519
Fiſcalia Bona. . . 66
FogaraſchinusThom. 425
Forro Georg. . . 356
Forro Paul. . . 389
Forum Dominale. . 59
Forum Mixtum. . 118
Forum Productionale. 58
Forum Superreviſorium. 118
Franck Valent. . . 426
Franciſci Joan. . . 426
Fridváldſzky Joan. 448
Fronius Marcus. . 428
Fronius Matthias . 350
Fuchſius Joan. . . 603
FuchſiusMarcus. 428, 620

G.

Gál Thomas. . . 448
Gelei Steph. . . 390
Generalis Sedria. . 36
Generalis Regni. . 88
Generalatus Tranſ. 118
Geréb Alexius. . . 40
Gidofalvi Joan. . . 475
Girás Szék. . . . 38
Græci RitûsReligio. 229
Greiſſing Valent. . 429
Gubernium Regium. 15
Gubernatores Trans. 23
Gundhardus Steph. 528
Guneſch Andr. . . 520
Gyeröfi. 394
Gyöngösi Joan. . 475
Gymnaſia Refor. . 250
Gymnaſia Luther. . 307
Gyimes. 30
Gyúlafi Ladisl. . . 15
Gyulafi Euſtachius. 339
Gyulai Joſeph. . . 270
Gyulai Paulus. . . 339
Gyulai Sam. . . 557
Gyulai Steph. . . 339

H.

Hadik Andreas. 25, 95
Haller Joan. . . . 24

Haller Joan. . . . 356
Haller Gabriel. . . 390
Halmágyi Steph. . 538
Haner Georg. . . 429
Haner Jerem. . . 519
Harſányi Jacobus. 392
Házi Joannes. . . 392
Heblerus Mathias. . 350
Hegyes Andr. 528, 622
Hegyeſi Steph. . . 393
Heisler Sigebertus. . 93
Heltmannus Andr. . 520
Heltai Caſpar. 340, 594
Helvetica Confeſſio. 169
Helv. Conf. Addicti. 122, 127, 169 - 198
Helv. Conf. Superintendentes. . . 172
Helv. Conf. Collegia. 250
Herepei Steph. . . 570
Herrmannus Leonhardus. . . . 350
Hermannus David. . 430
Hermányi Joſ. . . 476
Honterus Joan. 125, 351, ... 595
Horvát Familia. . . 530
Horvath Mich. . . 352
Horvát Franc. . . 529
Horányi Alexius. 331, 525
Höll Maximilian. . 449
Hunyadi Martin. . 393
Hunyadi Demetr. . 356
Huſzár Mich. . . 575
Huſzti Andr. . . 477
Huſzti Georg. . . 478
Huſzti Petrus. . . 341
Hutterus Albert. . 622
Hutterus Georg. . 431

I.

Illia Andr. . . . 449
Ilyés Andreas. . . 358
Ilosvai Benedictus. 341
Impenſio Judicii. . 60
Imre Samuel. 555, 576
Inſurrectiones. . . 80
Intze Michaël. 277, 461
Intze Stephan. . . 277
Intze Steph. . . 488
Intze Samuel. . . 575
Intze David. . . 575
Intzédi Familia . . 480
Intzédi Joſeph. . . 479
Iſpány Széki. . . . 35

J.

Jacobinus Joan. . . 341
Jánoſi Nicolaus. . 449
Járai Samuel. . . 437
Jástfalvi Georg. . 478
Jáſzberényi Paul. . 393
Jordan Thomas. . 333
Judaica Religio. . 241
Judaizans. 242
Judiciaria Adminiſtratio. 50
Judicium Montaniſticum. 69

K.

K.
Kabós. 394
Kálmántsehi Martin. 127, 341
Kálnoki Familia. 450, 605
Kálnoki Sam. 14, 15, 449
Kamaráſi Georg. . 481
Kaprontzai Adam. . 329
Kapuſi Samuel. 284, 482
Karafa Anton. . . 93
Károlyi Petrus. . . 342
Károlyi Sebáſtian. . 342
Kaſſai Sigism. . . 342
Kelemen Didacus. . 454
Kelpius Martinus. . 520
Kemény Familia. . 393
Kemény Joan. . . 393
Kemény Joan. . . 482
Kemény Ladisl. . 24
Kemény Simon. . 273
Kendeffi Alexius. 270, 482
Keresd. 384
Kereſztes Matthæus. 576
Kereſzturi Paul. . . 398
Kertzius Paul. . . 352
Keſerüi D. Joan. . 399
Kiküllö Joannes de. 335
Kis Gregor. . . . 300
Kis Michaël. . . 554
Kolos. 63
Kolosvári Paul. . . 530
Kolosvári Valent. . 342
Kolumbán. Joan. . 483
Kornis Sigism. . 15, 23
Kosd. 209
Kovácsóczi Wolffg. 343
Kováſznai Alexan. 290, ... 482
Kováſznai Steph. . 575
Kováts Franc. . . 455
Kováts Joſeph. 266, 484
Kováts Thomas. . 455
Köleséri Sam. 432, 484
Köpetzi Sam. . . 486
Körmöndi Georg. . 297
Köröſi Georg. . . 266
Köröspataki Joan. . 399
Kraus Georg. . . 431
Krichpaumb. Ge. Frid. 94
Kun Steph. . . . 399
Kunits Andr. . . 455
Kurtzböck Joſeph. 329
Kyr Paulus. . . . 352
Kysd. 209
L.
Ladiver Elias . . 431
Kakatos Steph. . . 455
Laskai Petrus. . . 343
Lázár Joan. . . 486
Leges Transſilvaniæ. 55
Leopoldinum Diploma. 382
Leſtyan Moſes. . 456
Letenyei Paul. . . 295
Limitanea Militia. . 101
Liſznyai Franc. . . 488
Liſznyai Paulus. . 400

Litteraria res. . . 244
Lobkovitz G. Chrift. 94
Lorándfi Sufanna. 422
Ludovicus Badenfis. 93
Lutherani, 122, 198, 307

M.

Magiftratus Saxonum. 47
Málnáfi Ladisl. . . 489
Marchalis Sedria. . 38
Maros-Váfárhely. 51, 278
Martonfalvi Geor. . 401
Matthiæ Georg. . . 428
Mátyus Steph. . . 489
Media. 13
Mederus Petrus. . 431
Mederus Afarela, . 432
Mederus Afchnath. 432
Medjefi Paul. . . 401
Melotai Steph. . . 401
Melius Petr. . . . 128
Mezei Hadak Gener. 88
Mihálcz Familia. . 608
Miháltz Steph. . . 456
Miko Francifcus. . 402
Mikola Ladisl. . . 456
Mikola Familia. . 393
Miles Matthias. . 433
Militaris ftatus. 77, 118
Militia Campeftris. 95
Militia Limitanea. 101
Militia Siculica. . 101
Militia Valachica. . 112
Milkovienfis Epifcopatus. 140
Mirabilibus Nicol. de 335
Mirifzló. . . . 64
Mixtum Forum. . . 557
Mogyorofi Alexius. 404
Mólnar Adamus. . 520
Molnár Albertus. . 344
Molnar Gregorius. 347
Monetaria. . . 69, 75
Montaniftica. . . 69
Mofa Ladislaus. . 616
Müller Jac. Aurelius. 310

N.

Nadányi Joan. . . 405
Nádudvari Benj. . 490
Nádudvari Petr. . 490
Nagy Georg. . . 530
Nagyári Jofeph. . . 405
Nagy-Sink. . . . 18
Nekofch Daniel. . 622
Nemes Adam. 39, 58, 491
Nemes Joannes. . 31
Németi Mich. . . 406
Németi Sam. . . 406
Non-Vniti. . 240, 587

O.

O Donel Carol. 25, 95
Octavales Termini. 51
Ojtóz Paffus. . . 30
Officium Montanum. 69
Off. Monetarium. . 69
Offic. Architectonicum. 119
Off. Armamentar. . 119

Offic. Annonarium. 119
Officium Silvanum. 69
Olahus Nicol. . . 333
Oltardus Andr. . . 433
Oppida. . . . 32. 49
Orientalis Græci Ritus Religio. . . 229
Oroſzhegyi Mich. . 358
Orphanotrophium. 564
Oſtermayer Hieronym. 622

P.

Pagi. 49
Pancratius Mich. . 433
Pápai Franc. . . . 492
Pápai Emericus. . 264
Pápai Emericus. , 406
Parajd. 63
Partialis Sedria. . . 36
Particularis Sedria. . 36
Pasko Chriſtoph. . 406
Patai Joan. . . . 407
Pataki Steph. . . . 407
Pataki Sam. . 278. 326
Pataki Daniel. . . 573
Pécſi Simón. . . 408
Pelſötzi Joan. . . 496
Peringer Andr. . 455
Pernyeſzi Sigism. . 407
Peſti Gabriel. . . 333
Peſti Caſpar. . . . 596
Péterffi Ladisl. . 574
Petrityevit. . . . 529
Petröczi C. Szid. . 422
Piritske. 30
Piſcator Ludov. . 353
Politico-Cameralia. . 63
Poloni. 582
Popæ. 238
Portus Maruſii. . 63
Portus Váradja. . 63
Póſaházi Joan. 282, 408
Poſtæ Præfectoratus. 119
Prætoriana Turma. 117
Preiss Franc. . . 95
Preidt Georg. . . 315
Proceſſus Tridualis. 60
Proc. Impenſarius. . 60
Productionale Forum. 58

Q.

Quártélyos Katonaság. 95

R.

Rabutin Joan. Ludov. 93
Rádai Eſthera. . . 513
Radna. 30. 69. 77. 115
Radnenſis Diſtrictus. 115
Radák Steph. . . . 270
Radecius Valentinus. . . 224, 319, 437
Rákóczi Georg. I. 408
Receptæ Religiones. 121
Recurſus ad Thronum Suæ Majeſtatis. 21
Reformata Religio. 122, 250
Régeni Mich. 408. 438
Regales Litteræ. . 3

Plenipotentiarius. . 4
Regni Generalis. . 88
Regulamentum Militare. . . 96. 101
Reichersdorff Georg. 335
Reipchius Daniel. . 352
Reiſzner Georg. . 521
Religiones Receptæ. 121
Religiones Toleratæ. 229
Religioſi Ordines. . 167
Romano-Catholici. 121, 136
R. Catholicor. Epiſcopi. 149
Roth Paulus. 315, 521
Roth Joſephus. . . 558
Rubra turris. . . . 31

S.

Sabbatharius. . . 242
Sachs Joan. de Harteneck. . . . 604
Sajo. 493
Salis Perceptoratus. 63
Samuel Rex Hung. 365
Sándor Andr. . . 347
Sárdi Sam. . . . 328
Sarola. 365
Sárpataki Martin. . 408
Saxones. . . . 147
Sarpataki Mich. . . 408
Saxopolis. 302
Scholæ. . . 244—321
Scheſæus Chriſtianus. 352
Scharſius Andr. 521, 624
Scharſius Thom. . . 528
Schismatici. . . . 229
Schmeizel Mart. . 522
Schnitzler Jacob. . 528
Schulerus Daniel. . 622
Sedes Siculorum. . 32
Sedes Saxonum. . 32
Sedria Filialis. . . 35
Sedria Partialis. . 36
Sedria Dominalis. . 59
Sedria Generalis. . 36
Sedria Marchalis. . 38
Sedriæ Comitatuum. 35—38
Sedriæ Siculorum. 38
Seivert Joan. . . 525
Selyei Stephanus. . 409
Seniores. . . . 194
Siculorum Sedes. . 32
Siculorum Sedriæ. 38
Siculica Militia. . 101
'Sidozó. 242
Sigler Michaël. . 353
Silveſter Joan. . . 333
Siménfalvi Joan. . 40
Simigius Ambroſius. 409
Simoni Martin. . . 310
Simon Ioannes. 40. 497
Simon Joannes. . 574
Siskovits Joſephus . 538
Societas Jeſu. . . 245
Sociniani. . . . 130
Sófalvi Joſephus. . 497

Sóly-

Sólymós. . . . 64
Sommerus Joan. . 311
Soos Franciscus. . 498
Soterius Georgius. 528
Steinville Steph. . 94
Superintendentes Reformator. . . . 172
— Lutheranorum. 202
— Vnitariorum. . 221
Suprema Principatûs Officia. . . 8
Supremus Præfectus. —
— Aulæ. . . . 9
— Cubiculariorum. 9
— Agasonum. . . 9
— Pincernarum. . 9
— Dapiferorum. . 9
— Venatorum. . 9
— Janitorum. . . 9
Szabó Samuel. . . 593
Szalárdi Nicolaus, . 409
Szálárdi Joan. 410, 600
Szárási Franc. . . 345
Szászváros. . . . 302
Szathmári P. Mich. 289
Szathmári. Mich. . 498
Szathmári Sigism. 177. 498
Szathmári Steph. . 347
Szegedi Josephus. . 266
Szék Oppidum. . . 63
Székely. 555
Székely Steph. . . 347
Székely Adamus. 499, 617
Szeli Carol. . . 527
Szeli Jos. . . . 525
Szent-Páli Franc. . 500
Szent-GyörgyiDavid. 411
Szent-Györgyi Stephanus. . . . 411
Szent-Királyi Bened. 411
Szent-Miklósi Mich. 411
Szeredai Anton. . 456
Szeredahelyi Gabr. 457
Szigeti Steph. . . 501
Szilágyi Petrus. . 600
Szilágyi Samuel. . 500
Szilvási Joan. 348. 358
Szokalyai Steph. . 412
Szombatos. . . . 242
Szombatfalvi Ladisl. 40
Szomosközi Steph. 412
Szönyi Steph. . . 412
T.
Tabula Regia. . . 51
Tabula Principis. . 51
Tabulæ Continuæ. . 33
Tályai Martin. . . 412
Tartler Thomas. . 427
Taxalia Oppida. . 49
Teke. 193
Teleki S.R.I.C. Familia. 413
Teleki Adam. . . 504
Teleki Carolus. . 558
Teleki Joseph. 503, 618
Teleki Mich. . . 412
Teleki Mich. . . 89

Teleki Ladisl. . . 270
Teleki Sam. 270, 504, 618
Teutſch. Joſ. . . 527
Teutſch Andr. . 528
Theſaurariatus Regius. 61
Thuri Alexan. . 451
Tige Joan. Carol. . 94
Toféus Mich. . . 418
Tolnai Steph. . . 419
Toppeltinus Laur. . 435
Torda. . . 63. 302
Tordai Sam. . . 505
Torotzkai Matthæus. 438
Totfaluſi Nicol. . 419
Töke Stephan. . 505
Tömös. 30
Törtsvár. 30
Transſilvanus Maximilianus. . . . 334
Traun Otto Ferd. . 94
Triceſimæ. . . 63. 64
Tridualis Proceſſus. 460
Tröſterus Joan. . 436
Tsanádi Paul. . . 438
Tsejdi Nicol. . . 284
Tsengeri Steph. . 419
Tsepregi Franc. . 506
Tsepregi Mich. . 420
Tsomos Mich. . . 278
Turma Prætoriana. 117

V & U.

Vak Ladisl. . . . 516
Valachi. 112
Valachica Militia. . 112
Valachor. Scholæ. . 320
Valkai Andr. . . 348
Vallis Franc. Paul. . 94
Vallis Venceslaus. . 95
Váradi Matthias. . 420
Váró Mich. . . . 531
Váſárhelyi Petr. . 421
Váſárhelyi Steph. . 420
Vér Juditha. . . . 414
Vereſtói Georg. 178. 507
Vermerus Matth. . 313
Veſzprémi Steph. . 330
Veterani Frid. . . 93
Vice Officiales Principatûs. . . . 10
Viennæ reſidet Cancellaria Aulica. . 11
Virmond Dam. Hugo. 94
Vizakna. . . 63. 302
Volkány. 30
Udvarhelyenſe Gymnaſium. 293
Udvari Hadak Generaliſſa. 88
Uncius Leonhardus. 334
Unitarii. 122, 130, 215, ... 318
Unita Valachor. Religio. 229
Univerſitas Claudiopolitana. . . . 245

Uſta-

Uſtoria Res. . . 69, 76
Uzoni Blaſius. . . 422
Uzoni Steph. . . 531

W.

Wagner Valent. 353, 598
Wass Gabriel. . . 506
Weidenfelder Laur. 528
Weiss Michaël. 528, 622
Werböczi Steph. . 334
Weſſelényi Anna. . 513
Weſſelényi Familia. 513
Wolff Daniel. . . 528

Z.

Zabanius Iſaac. . . 437
Zaban. Joan. . . 604
Zagoni Gabr. . . 509
Zágoni Georg. 178. 509
Zalányi Petr. . . 510
Zalathna. . . 69. 76
Zalmen Joan. . . 40
Zamoſius. Joan. . 422
Ziegler Martin. . 428
Zilahi Joſeph. . . 465
Zilahi Joan. . . 422
Zingari. 73

Errata. ſic Corrige.

Pag.	Linea.		Lege.
11	14	Etiam *dele*	
24	30	pendendas	*lege* pendendos.
25	8	ad finem vergente .	*l.* 8. 8bris.
--	22	Corniolиæ	*l.* Carnioliæ.
31	16	dependitur.	*l.* dependuntur.
44	28	dextra	*l.* ſiniſtra.
--	29	ſiniſtra	*l.* dextra.
49	11	Thorda & Dés . . .	*l.* Torda, Dés, &c
53	14	*poſt* locum. *adde:*	habuit.
55	27	Eccleſiaſtico. *adde:*	Catholico.
62	9	cretus	*l.* creatus.
64	16	præſcripta	*l.* præſcripto.
66	3	Gyirfalu	*l.* Győrfalu.
90	10	confutabunt . . .	*l.* conſultabunt.
107	25	Primario	*l.* Primarii.
--	26	Secundario	*l.* Secundarii.
125	19	Marcus	*l.* Marus.
--	32	poſt Lunka *adde:* ;	
134	19	Hungaricæ	*l.* Hungaricis.
--	20	Siculicæ Eccleſiæ .	*l.* Siculicis Eccleſiis.
147	11	gaviſum	*l.* gaviſam.
150	31	*dele:* Vid. §. 99. n. 12.	
--	34	*dele.* poſteriorem numerum: 1485.	
155	26	Bálva	*l.* Dálva.
168	29	in Kézdi Váſárhely .	*l.* ad Kézdi-Váſárhely in contiguo vico *Kanta.*

Pag.	Linea		Lege.
176	34	*dele.* litteram j.	
204	29	1631.	*l.* 1632.
204	5	*n. b.* communiter vocatur	Tortlau.
209	10	*dele.* Eingepfarte.	
212	13	Mallen	*l.* Mallenkrog.
222	25	1573.	*l.* 1577.
233	18	poſt univerſis, *adde:*	propemodum.
234	1	erlargiantur	*l.* elargiantur.
235	17	Major	*l.* Majer.
236	17	Trinatis	*l.* Trinitatis.
246	31	cura	*l.* curæ.
255	6	defetiſcunt.	*l.* defetiſcuntur.
265	20	1745.	*l.* 1747.
289	34	fortè An. 1739. . .	*l.* 1741.
290	1	1748.	*l.* 1745.
296	3	*Letienyei*	*l.* *Letenyei.*
313	14	Bnicknerus	*l.* Bincknerus.
----	18	Brandt	*l.* Draudt.
314	13	Georgias	*l.* Gorgias.
317	19	comparatur	*l.* comparantur.
320	22	Gregorius	*l.* Georgius.
332	27	1583.	*l.* 1589.
337	19	*Perſia*	*l.* *Perſiai.*
----	22	*ki-ſedett*	*l.* *ki-ſzedetett.*
345	13	1668.	*l.* 1768.
352	26	Ehren-Fraus	*l.* Ehren-Kranz.
367	21	Ioannius	*l.* Joannis.
369	2	Conſortem	*l.* Conſortis.
371	30	1712.	*l.* 1713.
375	32	Comis	*l.* Comi.
379	5	adfundunt	*l.* adfundit.
394	7	Domini	*l.* Domui.
399	20	Transſilvaniæ. . . .	*l.* Transalpinæ.
403	25	poſt ſabula . *adde:*	immo.
404	9	Debeamus	*l.* Debebamus.
418	7	ultimum	*l.* non ultimum.
426	9	Pyrotheticum . . .	*l.* Pyrotechnicum.
428	11	Paivilegio	*l.* Privilegio.
429	5	Plurimum	*l.* Plurimorum.
443	5	1442.	*l.* 1441.
447	14	1733.	*l.* 1743 & 1744.
----	34	KALNOK	*l.* KALNOKI.
455	5	Andreas	*l.* Franciſcus.
458	8	poſt. Ioſ. Teleki, *adde:*	Sam. *Teleki.*
477	5	unum	*l.* unus.
487	12	Zarándienſis	*l.* Szólnok Interioris.
491	26	Gubernilisque . . .	*l.* Gubernialisque.
493	23	ſubciſivis	*l.* ſubſecivis.
512	27	Avamque	*l.* Aviamque.
518	6	1704.	*l.* 1740.
525	12	Hungarus . . . *adde:*	aut forſitan Saxo Hungarizatus.

Correct. per Fran. Benkö mpr 1837.
m. Majo Vásárhelyini

Bayerische StaatsBibliothek
Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Benkő, József, 1740-1814

Transsilvania Sive Magnus Transsilvaniae Principatus Olim Dacia Mediterranea Dictus. Orbi Nondum Satis Cognitus. Nunc Multifariam, At Strictim Illustratus
Bd.: 1,2

Vindobonae 1778

Res/Austr. 5468-1,2
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10914655-1
VD18 90042085